IOHANNIS WYCLIF

OPUS EVANGELICUM

NOW FIRST EDITED FROM THE MANUSCRIPTS

WITH CRITICAL AND HISTORICAL NOTES

BY

DR IOHANN LOSERTH
PROFESSOR OF HISTORY AT THE UNIVERSITY OF CZERNOWITZ.

(ENGLISH SIDE-NOTES BY F. D. MATTHEW.)

VOLS I and II.

LONDON.
PUBLISHED FOR THE WYCLIF SOCIETY BY TRÜBNER & Co.
PATERNOSTER HOUSE, CHARING-CROSS ROAD.
1895.

Digitized by Google

~~Sh. 239~~
CF28.10.15



Subscription fund.
(I, II, in 1.)

Vindobonae, Carolus Fromme, typogr. C. et R. Aulae.

Digitized by Google

INTRODUCTION.

When the 'Magister' John Huss started on his journey to Constance, in the autumn of 1414, his intention was not so much to justify himself and answer for his doctrines before the assembled Fathers, as to gain over the Oecumenical Council and the whole of the Western world to his ideas of reform, which he had hitherto triumphantly preached throughout Bohemia. To this end he prepared three great orations, which he intended to deliver in presence of the Council. One of them bears the title: *De Sufficiencia legis Christi* etc., and maintains that the law of God, i. e. Holy Scripture, is sufficient for the government of the world. All other existing laws, whether Papal, Imperial, or national, are good only in so far as they are at one with the former.

But what is the doctrine of Huss? Merely a feeble extract from the present work of Wyclif, in which we find continually repeated, the fundamental idea of this treatise, viz., that the law of God (the Bible) is amply sufficient to rule the whole world.[1] All other laws are only to be obeyed if they are conformable to it.[2] It would be better if there were no civil laws in God's Church.[3] History shows us that the government of the Jews was good only so long as it

[1] See p. 37: Fides enim scripture est sufficiens ad regendum ecclesiam militantem. P. 91: Et si quis fuerit ita sciolus sicut Salomon aut ita grandevus ut Matussale, debet cognoscere quod modica pars evangelii sibi sufficeret, quantumcunque velit addiscere. P. 147: Illa lex fuit nobis data ad regulandum nos in via. [2] Lex Christi foret per se sufficiens ad totam militantem ecclesiam regulandum melius quam regitur per tradiciones hominum introductas . . . dictum est sepius quod iste leges sunt acceptande a fidelibus, de quanto consonant legi Dei. [3] P. 200: Bonum esset non esse in ecclesia legem civilem . . .

Digitized by Google

followed God's law; and the Church in the Apostles' time was at its best, because it was ordered in all things according to[1] Holy Writ. The Sermon on the Mount alone, even without the rest of the Bible, is a law sufficient to govern the world.[2] At present, of course, men do not live according to God's law, as they did in the time of the Apostles. The hierarchy is tainted with every kind of evil; and if prelates have not now so much power as the disciples formerly had (Cap. XXVII—XXIX), it is because in our days the prelates tear God's law to pieces.[3] They do not teach or convert the people with the same efficacy as the Apostles did.[4] Thus we must go back to the Bible, the only true source of good secular and ecclesiastical rule. Every truth, and the confutation of every error, are to be found in the Bible; it is therefore necessary that all should know the Bible,[5] for it alone contains truth. Whether you be the legist (legista) of the Pope, of the Emperor, of a kingdom or a province, your law, to have any worth at all, must be found in the Bible.[6]

It is from this point of view that Wyclif expounds Matth. V—VII, XXXIII—XXV, and John XIII—XVII, according to the renowned Fathers of the Church, Augustin and Chrysostom, and points out how the Christian, whether a priest or a layman, ought to regulate his life. There is not a single doctrine of the Church that he does not either discuss at length, as for instance, that of the Eucharist, or mention by the way, as that of auricular confession; he also examines the ethical system of the Church. But what he specially attacks with passionate warmth, is the Church government as it was in his days. He points out the contrast between the then existing and the primitive Church. From the Pope, to whom he seldom gives any

[1] P. 368: Sic in tempore gracie apostoli et eorum sequaces fuerunt pura lege evangelii regulati. [2] P. 368: Et sic sufficeret eciam sermo Domini in monte regulare perfecte sine tradicione humana quotlibet viatores. [3] P. 79: Scindunt tunicam quam Christus ordinavit . . . legem Dei lacerant. [4] P. 372: Non docent et convertunt populum tam efficaciter, sicut fecerunt apostoli . . . [5] P. 91: Omnis veritas et omnis erroris destruccio est in evangelio . . . Istud moveret quemcunque fidelem ad evangelium addiscendum . . . [6] Sine ipso cognito forent homines bestie sicut bruta; et sic, si sis legista papalis, imperialis, regalis vel provincialis, si lex tua quicquam valeat, ibi docetur expresse . . .

Digitized by Google

other name than 'Antichrist', down to the very lowest ecclesiastical official, every degree of the hierarchy is very sharply criticized by him. The third book of the 'Opus Evangelicum' is so specially characterized in this way that it has received another name, appropriate to its virulence: '*De Antichristo*'.

As my intention is, to give an account of the contents of this work only in the introduction to the second volume, I will here say but a few words about its date and the MS. transmission. It is known that Wyclif died soon after having written this work; a fact to which the copyist evidently alludes:

Autoris vita
Finitur et hoc opus ita.

The date, besides, is indicated as clearly as can possibly be desired, in the XXXIVth Ch. of the third book: *Cum iam sit annus millesimus trecentesimus octogesimus quartus* . . .

The 'Opus Evangelicum' exists in two MSS.: B. 16, 2 of Trinity College, Cambridge, and C. 1, 23, Trinity College, Dublin. Both have been described in the introduction to the 'Sermones', vol. I (pp. XXXV—XXXVII) and 'De Ecclesia' pp. XXII—XXIV).

In the Cambridge MS. (B 16, 2, or *A*) the 'Opus Evangelicum' begins on f. 353^{a} and ends on f. 437^{d}. The first book comes to a close on f. 379^{b}, the second on 404^{b}, the third on 432^{a}, and the fourth on 437^{a}. In the pagination the number 488 alone is wanting, without any lacuna in the text. The handwriting and other externals are exactly similar to the 'Sermones'. At the top of each page stands the number of the book: at the upper corner, at the very edge of the page, are the words: *De Sermone Domini in Monte.* There are also short marginal notes, numbers, and the following names: *Chrysostomus, Augustinus, Johannes*, and (in the third book) *Jeronymus.*

The copyist was obviously thinking of the Trialogus. He supposed that Wyclif intended to give the present work the form of a trialogue, as Augustin, Chrysostom, and John (Wyclif) are made to speak alternately.

In Cod. Dub. C 1, 23 (or *B*), the 'Opus Evangelicum' commences on page 3 and ends on page 332. But I must mention a considerable mistake in the pagination. After p. 290, comes p. 301, without any gap in the text. The transcription is very

Digitized by Google

correctly made. No such mistakes as in A are to be found in B, and careful corrections are numerous in the latter. As both codices have a good many identical mistakes — corrected more frequently in B, and less so in A — and specially as the omissions in A are the same as those in B (mostly corrected in the latter, and very seldom in the former MS.), it is probable that both A and B were copied from the same manuscript. That neither was directly transcribed from the other, may be more or less perfectly demonstrated in several places. The text of B is not only more correct; it is also more complete; in A, Ch. 57 of Book III (a rather long chapter) is missing. The order of the chapters is somewhat different in the two MSS. Certain chapters do not end at the same place in A and in B. B lacks many marginal notes that are to be found in A, affording special facilities for reference; B goes no farther than giving marginal corrections of the text. The four books begin respectively on pp. 3, 100, 195 and 313, with illuminated initials; each chapter commences with blue initials ornamented with red arabesques. B has an extensive index to the 'Opus Evangelicum', which, as it does not suffice for the use of the book, I have not included in this edition.

The principles followed in this edition are the same as those of the former works. I feel it to be my duty to offer my thanks to those who have helped me in editing this volume: Dr. Furnivall, Mr. F. D. Matthew — who has carefully read all the sheets and written the side-notes — and Dr. Buddensieg.

Czernowitz, Christmas 1892.

J. Loserth.

Digitized by Google

Digitized by Google

Fol. 353a

CAP. I.

Licet totum evangelium annuatim deferat sua spiritualia vellera que sunt sentencie subtiles et utiles quibus est viatoris anima induenda, tria tamen sunt loca evangelica que videntur quibusdam supra literam et exposicionem communem racionabiliter postillanda; scilicet tria capitula Matthei incipiendo a quinto usque ad octavum capitulum exclusive. Tria capitula Matthei incipiendo a XXIII usque ad XXV capitulum inclusive; et tercius locus evangelicus continet quinque capitula de evangelio Johannis incipiendo verba Domini a XIII capitulo Johannis usque ad XVII inclusive. Unde visum est Augustino quod necessarium fuit propter fructum verborum Domini primo loco duos libros ad exposicionem huius evangelii postillare; ideo videtur multis fidelibus primo per primum Matthei evangelium transcurrendum.

Three passages in the Gospels specially requiring exposition: Mat. V—VII, Mat. XXIII—XXV, John. XIII—XVII.

Dividitur autem primus locus more scriptorum philosophancium in tres partes scilicet prohemium, partem executivam et conclusionem. Sicut enim in qualibet creatura relucet vestigium Trinitatis, sic in quolibet libro novi testamenti, cum sit liber Christi et Spiritus Sancti, relucet quecunque perfeccio que patet in libris aliquibus creature; quia, sicut intuens se in speculo videt faciei sue similitudinem quotquot specula intuetur, sic videns quamcunque scripture sacre particulam videt principium, medium et finem per que tenderet ad beatitudinem adquirendam.

The first passage is divided into proem, substance and conclusion.

Tres ergo sunt proposiciones in prohemio supradicto: In prima quidem dicitur: *Videns autem Jesus turbas*

Proem teaches

2. A in marg.: *Johannes.* 6. A: *potillanda;* B: *postulanda.* 13. A in marg.: *Augustinus.* 24. B: *vidit.* 25. A: *quoquot.*

Digitized by Google

ascendit in montem; in secunda dicitur: *Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius;* et in tercia dicitur: *Et aperiens os suum docebat eos dicens.*

1. Christ's pleasure in finding a multitude to teach.

Pro declaracione autem primi istorum verborum notandus est Crisostomus quem magis sequimur in hoc actu. Ponit enim Omelia IX[a] in Opere Imperfecto: *Omnis,* inquit, *artifex secundum professionem suam oportunitatem operis videns gaudet.* Et ponit ad hoc triplex exemplum. *Carpentarius,* inquit, *si viderit arborem bonam, concupiscit eam prescindere ad opus artificii sui. Agricola eciam, si viderit terram pinguem, desiderat eam arare. Et quid dico de racionabilibus hominibus quoad spiritualia semina seminanda? Item, equus irracionabiliter de stabulo exsiliens si viderit campos placentes, rapit frenum et excitatur ad cursum; sic et Dominus videns magnam congregacionem populi excitatus est ad docendum. Sed et omnis sacerdos cum viderit ecclesiam plenam, gaudet animus eius et delectatur, ut doceat; si autem viderit ecclesiam vacuam, confunditur et nihil dicere potest.*

2. Christ's human works find an example in the works of God.

Notari potest eciam secundo fideliter quomodo omnia opera Christi humanitus a deitate fuerunt exemplata. Nam ut Gen. I crebro repetitur: *Vidit Deus cuncta que fecerat,* cum Augustinus clare delucidat quod *nihil fecit Deus, nisi quod vidit eternaliter faciendum;* et sic cuncta opera Christi et dicta cum ita a deitate exemplata fuerant, inculpabiliter erant facta.

3. The motive that should animate us in preaching.

Et tercio per hoc quod videns sic turbas notatur quod humilibus dans graciam docet intrinsecus suas animas tamquam capaces; et erubesceret evangelizans predicare populo propter nomen, ut faciunt predicantes in studiis, propter famam vel propter lucrum, ut faciunt Mendicantes, captantes sibi divitem populum quem statim spoliant post sermonem. Turba enim dicitur pro maiore parte communitas pauperum plebeorum. Cum enim

4. A in marg.: *Crisostomus.* 5. A in marg.: *1.* 8. A in marg.: *a.* 8, 9. B: *triplex exemplum ad hoc.* 11. A: *autem si viderit;* ib. A in marg.: *b.* 12. A: *racionalibus.* 13. A in marg.: *c;* ib. A: *seminanda* deest; ib. *Item,* B corrigit: *ipse equus;* ib. *irracionabiliter* deest. 20. A in in marg.: *2.* 22. A: *Vidit Dominus.* 23. A: *cum angelus.* 24, 25. A: *sic cum opera.* 26. A: *cum ista.* 27. A in marg.: *3.* 31. Codd.: *formam.*

1—3. Matth. V, 1. 6. Opus Imperfectum. In Matthaeum Hom. IX, ex cap. V. Opp. tom. V (ed. Parisina alt.), pag. 788. 22. Gen. I, 18, 31. 23. Augustini Opp. tom. IV, 1201. *Deus nihil facit quod non ab eterno se facturum esse prescivit.*

Digitized by Google

Jesus dicitur *Salvator*, nemo predicare debet in nomine Jesu, nisi pure salutem intenderit animarum. Per hoc autem quod ascendit in montem notatur non solum quod voluit populum distinccius et congruencius atque liberius ipsum audire, sed in facto docuit quod predicator in sanctitate vite auditorium suum debet precellere.

Christ's reasons for going up into the mountain: 1. to fulfil prophecy, 2. to shew that preacher and hearers should stand on the high ground of virtue.

Unde dicit Crisostomus quod *propter duas raciones ascendit in montem. Primo ut impleret propheciam Isaie dicentis: Super montem excelsum ascende tu qui enuncias Syon. Deinde ut misterium pietatis ostenderet. Ascencio enim eius est altitudo virtutum. Ascendit ergo in montem, ut ostendat nobis quoniam in altitudine virtutum consistere debet qui docet iusticiam Dei pariter et qui audit. Qui*
353b *docet ut verborum suorum sit ipse exemplum, | ut magis opere doceat quam sermone, sicut ait Apostolus ad Timotheum: Exemplum esto omnium fidelium.*

Et commendando vitam sic evangelizantis ultra contemplativam sic loquitur: *Qui*, inquit, *ambulat per convallia eterne vite, obscuras semitas calcat et loquitur altos sermones. Non alterum instruit, sed se ipsum castigat. Nemo enim potest in valle stare et de monte loqui, sed aut ubi stas, inde loquere, aut unde loqueris, ibi siste, ut careas duplicitate in opere et sermone. Ille autem qui audit iusticiam Dei populus, ideo debet in altitudine bonorum operum consistere, quia discipulus imitator magistri debet esse. Si autem in peccato vivas et audias iusticie verba loquentem, iudicium tibi, non salutem acquiris. Audis autem eum, ut non ignorancie excusacionem habeas ante Deum.*

3. to teach that the preacher should speak words coming from on high.

Tercia autem racio ascensus Christi in montem dum sic predicavit docet fideles quod predicator debet docere verba evangelica ab alto descendencia, non apocrifa, non ludicria neque fabulas, et multo magis non verba mendacia neque cupida sed ad altitudinem celi ducencia. Et utinam fratres et alii practizantes in evangelizacione efficaciter cognoscerent istam scolam. Manuducit autem Crisostomus scolam suam in istam sentenciam per practicam artis mecanice; discens autem edificare vel pin-

2. A: *intenderet.* 6. A: *excellere.* 7. A in marg.: *Crisostomus.* 8. A: *primum.* 10. A in marg.: 2. 22. A: *inde* deest. 25. B: *operum* deest. 27. A: *docentem.* 30. A in marg.: *Johannes* 3. 36. A: *mandavit autem.*

7. Opus Imperf. l. c. 788. 9. Is. XI., 9. 16. I. Tim. IV, 12.

Digitized by Google

gere post leccionem sese sollicitat, ut sciat operari conformiter leccioni. Sic auditor verborum Dei multo magis debet propter salutem anime verba que conceperat practizare; et (ut refert Crisostomus) per ascensum Christi in montem notatur quod tam predicator quam auditor verbi Domini debet in monte ecclesie residere. Illa enim est *mons pinguis*, de quo in Psalmo LXVII, 16: Et altitudines hereticorum sunt *montes coagulati*, de quibus omnes homines et fideles in hoc opere debent specialiter precavere.

CAP. II.

The first of twelve abuses. 1. Wisdom without good works.

Pertinens est ad dicta dicere de prima duodecim abusionum que est *Sapiens sine bonis operibus*. Ex fide enim debemus capere quod evangelizacio est supremum opus pertinens ecclesiastice ierarchie; ideo declarat fides evangelii Marc. ultimo quomodo Christus in recessu suo ultimo apostolis suis iniunxerat illud opus: *Predicate*, inquit, *evangelium omni creature;* et cum debemus imitari Christum quantum sufficimus, patet quod debemus in sanctitate vite sequi illum magistrum qui cepit facere et docere. Nam I^a^ Petri II^c^, 22 scribitur: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* Si ergo in passione debemus sequi Christum que est opus difficillimum, multo magis in aliis operibus facilioribus citra ipsum. Debemus ergo secundum datam sapienciam exercitando voluntatem secundum intellectum virtuosius operari; et hoc docebat ascensus Christi in montem et quelibet alia opera Salvatoris.

Si, inquit Augustinus, *sine operibus bonis homo sapiens et predicator fuerit qui quod sermone docet actibus explere negligit, est prima abusio condempnanda. Auditores*, inquit, *doctrine dicta facere contempnunt, cum predicatoris opera a predicacionis verbis discrepare conspiciunt; nunquam fit efficax constituentis auctoritas, nisi eam effectu operis cordi affixerit audientis, presertim cum et ipse doctor si in viciorum amorem dilapsus fuerit alterius doctoris immo sui ipsius medicamentum suis vulneribus apponere parvipendit. Unde et ipse Dominus in evangelio de doctrina*

12. A in marg.: *Johannes*. 29. A in marg.: *Augustinus*.

17. Marc. XVI, 15. 29. Sti. Augustini, De duodecim abusionum gradibus. Opp. tom. VI, App. pag. 211.

Digitized by Google

pariter et de bono opere instruere volens discipulos, qualem in hiis cautelam haberent, ammonebat dicens: Vos estis sal terre. Quod si sal evanuerit in quo salietur? ad nichil valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab ho-
5 *minibus (ut patet Matthei V); hoc est,* dicit Augustinus, *si doctor erraverit, a quo iterum doctore emendabitur?*

Et si lumen quod in te est, tenebre sint, ipse tenebre quante erunt? Si namque oculus a videndi officio desierit, quis a manu vel pede vel a reliquo corpore illud ministerium
10 *exiget? Quapropter lectores cogitent ne ampliori vindicte subiaceant, si pluris perdicionis occasionem habundancius prestent.*

Ideo dicit Gregorius super illud Matthei XVIII, 6:
353c *Si quis scandalizaverit | unum de pusillis istis, expedit*
15 *ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum maris. Hoc est,* inquit, *expedit curato per malam vitam suam scandalizanti subditos, ut degat abiectam vitam mundanam a superioribus limitatam et dampnetur postmodum micius in infernum, quia* (ut
20 inquit Gregorius) *tot mortibus digni sunt prelati quot perdicionis exempla ad subditos transmittunt.*

Et hec racio sepe dictorum quare caritatis regula necessitat dominos seculares abstrahere facultatem temporalium a clericis, per quam se ipsos incendunt culpa-
25 biliter ad infernum et deserunt paupertatis evangelice leges quas limitant leges Christi. Unde prelati debent de ista coaccione evangelica congaudere.

Duty of rulers to withdraw endowments.

Unde Crisostomus Omelia X^a^ Operis Imperfecti super illo *Luceat lux vestra* etc., dicit quod *qui docet legem*
30 *Domini et non facit, se ipsum dampnat, alios scandalizat et Deum blasphemat.* Et Omelia XL^a^ sic scribit: *bene docendo et male vivendo Deum doces quomodo te debeat condempnare, quia cum os et opus sunt ita falsa et in opere contraria sibi ipsis, pertinenter potest Deus dicere*
35 illud Luce XIX, 22: *De ore tuo te iudico serve nequam.* Ideo (ut inquiunt fideles logici) nullus redarguit se ipsum

5. A in marg.: *Augustinus.* 9. B: *ipsum ministerium.* 13. A in marg.: *Gregorius.* 14. Codd.: *scantelizanti.* 18. A: *ut denegat.* 20. A: *mortibus scilicet;* ib. A in marg.: *Gregorius.* 22. A in marg.: *Johannes.* 23, 24. A: *facultam temporalium.* 28. A in marg.: *Crisostomus.* 30. Codd.: *scandelizat.* 33. A: *et* before *in* deest.

5. Matth. V, 13. 7. Matth. VI, 23. 13. In Opp. S. Gregorii hic locus non habetur. Cf. Moralium VI, pag. 208. 28. Opus Imp. l. c. 793, 905.

Digitized by Google

turpius aut severius quoad Deum. Ideo dicit Augustinus ubi supra: *Salomon dum multe sapiencie transgressionem incurrit, tocius Israelitice plebis regni dispersionem solius sui merito prestitit. Quibus ergo committuntur multa, maiora perdunt, si non recte dispensaverint rectoris sui munera que ab eo perceperant. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur; et servus qui domini sui intelligens voluntatem non facit, acrioribus et gravioribus flagellis vapulabit* (ut patet Luce XIV).

All sin may be shown to be against knowledge.

Et ad istam abusionem reducunt quidam omnia peccata tam racionibus quam exemplis. Non enim est possibile creaturam racionalem debere quicquam facere nisi illud debere luceat in sapiencia increata, et per consequens deficiendo hoc debito abutitur creatura peccans exemplacione sapiencie increate, et sic (quantum in ipsa est) dissipat ordinanciam creatoris. Et ista videtur luciferina superbia, qua quiescens presumptuose in se ipso post Dei noticiam et sue fabrice, Deo non reddit laudes dignas, et ab ipso exemplatur maximum delictum ecclesie modo regnans. Nam patris sapiencia incarnata ex caritate summa et sapiencia infinita exemplavit pro tempore conversacionis sue in terris quomodo ecclesia sua et clerus specialiter debet vivere non dominanter vel secularitor sed propinque statui innocencie vitam pauperem et honestam iuxta illud I. Petri II, 21: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius.*

Sed finis tam utilis et tam penaliter a tam sancto intentus per Antichristi versucias est quassatus. Sed ubi maior racio peccati? Ideo non mirum si istud peccatum perturbat ecclesiam militantem. Immo breviter cum omnis virtus vel potencia quam Deus tribuit creature est, ut ipsa laudet Deum actu suo vel opere, patet quod non est possibile creaturam peccare nisi dum defecerit ab hoc fine. Si igitur habes noticiam a Deo ut instruas vel edifices ecclesiam, fac secundum finem quem Deus in dando tibi hoc medium ordinavit. Et hec est una racio quare peccatum diaboli est tam grave,

1 A in marg.: *Augustinus.* 6. A: *perceperunt;* ib. A: *Cui autem.* 11 A in marg.: *Johannes.* 13. B: *debere;* in marg. addit: *re.* 18. A: *reddidit.* 20. B in marg.: *Nota.* 35. B: *a Deo noticiam.*

2. S. Augustini, De duodecim abusionum gradibus, l. c. p. 211. 8. Lucae XII, 47.

Digitized by Google

ex hoc quod ex tanta superbia sic resistit ordinacioni divine. Ideo dicunt quidam quod peccator qui sic abusus fuerit dono Dei est similis vacce que copiam lactis largita fuerit et post collectam dissipat pede suo. Si enim prelatus vel alius docet doctrinam mellifluam et post in operibus est contrarius doctrine proprie, doctrinam propriam dissipat prius doctam, quia opus est confirmacio virtutis, sic Deus potenciam suam enucleat per opera que produxit.

The preacher that thus abuses God's gifts is like a cow that kicks over the pail full of her milk.

CAP. III.

Sequitur tractandum de duobus verbis que ex dicto 353[d] prohemio sunt dimissa. Quorum primum | est: *Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.* Ubi duo ex causa multiplici sunt notanda. Quod autem Christus ascendens sedit, signat quod ille est magister optimus qui traderet hanc doctrinam et quod predicator debet inperturbato animo dicere populo verbum Dei. Non enim debet predicator pronunciare excellenciam suam, lucrum vel commodum sed utilitatem populi ad honorem Dei; et illud signatur per quietam sessionem huius magistri. Et ex isto confunditur error phariseorum qui nolunt predicare nisi in pulpito nec populo nisi de quo sperant temporale commodum vel honorem. Ab omnibus enim talibus quietus debet esse predicantis animus tamquam sedens. Ideo dicitur communiter quod sessio Christi in proposito signat potestatem condentis quietem sine perturbacione et amorem ac familiaritatem excludentem terrorem legis antique (de quo Exodi XX°).

Meaning of Christ's sitting down.

Secundum notandum est quod discipuli in montem accesserunt ad Christum, ubi notatur quod qui vult esse maior Christi discipulus debet esse spiritualiter plus montuosus ad sensum expositum et propinquius sequi Christum. Modo autem est ista condicio per diabolum adversata, quia post dotatam ecclesiam qui est maior in ea secundum consuetudinem introductam est a Christo distancior quoad imitacionem morum, ut patet de papa,

Those who would be Christ's disciples must follow him upwards.

2. B in marg.: *4.* 8. Codd.: *enucliat.* 10. A in marg.: *Johannes;* B in marg.: *3.* 13. A in marg.: *Nota duo.* 1. 19. A: Ad vocem *pronunciare* sequitur in marg.: *proximo.* 27. B: *sine turbacione.* 29. A in marg.: *2.*

12. Matth. V, 1.

Digitized by Google

cardinalibus, episcopis et generaliter de cunctis prelatis, ut in instanti ecclesia sunt maiores; et cum ex fide credimus quod oportet omnem salvandum sequi dominum Jesum Christum, cum ex fide ipse sit ierarcha tocius ordinis christiani, patet quante christiana religio ex cautela diaboli est perversa. Et ista potest dici abusio pervertens totam ecclesiam militantem, cum ex fide credimus, quod sicut oportet omnem salvandum sequi dominum Jesum, sic oportet omnem sacerdotem salvandum excellencius et propinquius sequi ipsum, cum proporcionaliter ut christianus viator fuerit similior Christo in moribus, sic in beatitudine erit maior. Et si stupor mortiferus Antichristi non mortificaverit vires salvandi, ista sentencia catholica homines exterreret, et deliteret ista Antichristi sentencia, quam ipse suis discolis deridendo narrat Christi fidelibus volentibus sequi ipsum. O iste ypocrita vult esse dominus Jesus Christus; sed sciat quod sua blasphemia est ex sua impotencia reprimenda. Satis est ergo quod caveamus a peccatis gravibus, licet parificati non fuerimus Salvatori nostro.

The higher clergy have ceased to follow Christ and this is a great abuse.

Ista autem luciferina excusacio in peccato debet cognoscere quod non intendimus parificari in moribus Jesu nostro sed ipsum sequi quantum sufficimus quod ex fide credimus nos debere. Nec concipio quomodo est possibile christianum aliquem dampnare vel vivere culpabiliter hic in via, nisi ex hoc quod abutendo sua sufficiencia secundum suam possibilitatem deserit sequi Christum.

Peter was rebuked for less sin than this.

Ideo omnes qui in verbo vel opere dicunt ista videntur peccare Petro gravius qui ad partem accepit Christum et propositum suum sanctum prohibuit. *Absit*, inquit, *hoc a te Domine*, sed (Petrus ut narrat evangelium Matthei XVI, 23) audivit divinum responsum: *Vade post me, sathana.* Tales autem dicunt implicite: Nolumus hunc abbatem regnare super nos sed volumus religionem meliorem et sibi contrariam exemplare. Ideo timerent tales stolidi supra apostolos se tollentes quomodo appetentes primatum religionis dampnabiliter sese

9. Jesum; B in marg. addit.: *Christum;* ib. B: *sacerdotem* deest. 14. B: *exerceret.* 15. Codd.: *Ista autem.* 21. A: *nostro* deest. 24. B: *Jesu Christo.* 30. B: *verbis.* 36, 37. B: *volumus meliorem et sibi contrariam religionem exemplare.*

32. Matth. XVI, 22.

Digitized by Google

humiliant. Et cum Augustinus in tractatu superiori dicit quod secundus abusus est *si senex sine religione esse inveniatur*, in quo peccato delinquunt lamentabiliter nostri privati religiosi, ymmo communiter nostri presbyteri, cum presbiter grece sonat in seniorem latine. Talis, inquit, peccans in isto secundo abusu *cum membra exterioris hominis veterascunt et vires animi, id est, interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt,* mentem ad interitum preparat, quod est abusio condempnandá, cum florere debet magis virtutibus, ut mortis terminus appropinquat. Ideo dicit Augustinus: *Plus omnibus religioni operam dare senibus competit quem presentis seculi florida etas transacta deseruit. Sicut namque in lignis ipsa reproba arbor comparet que post flores fructus optimos cultori suo non exhibet: sic et in hominibus ipse reprobus est, quem flos iuventutis deserit; et tamen in sui corporis senectute bonorum operum maturos fructus proferre parvipendit. Quid enim stolidius fieri potest, si mens ad perfeccionem non contendat festinare, quando tocius corporis habitus senectute confectus ad interitum properat:*
354a *Dum oculi cali | ginant, auris graviter audit, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, vires deficiunt, flatus non suaviter olet, discrecio evanescit, pectus suffocatur, tussis cachinnat, genua trepidant, talos et pedes tumor inflat, eciam homo interior qui non senescit, his omnibus aggravatur. Et hec omnia ruituram iamque domum corporis cito prenunciant. Quid ergo superest, nisi ut dum huius vite defectus appropriat, nihil aliud cogitare debet quam quomodo futura habitacio prospere comprehendatur, quisque senex appetat? Iuvenibus enim incertus huius vite terminus instat, senibus vero cunctis maturus ex hac luce exitus breviter applicatur.*

Augustine's second abuse: that an elder should be without religion. Elder = priest.

Vult iste sanctus consulere quod, cum omnis christianus debet in moribus sequi Christum sub pena dampnacionis attemptet hanc sequelam capere avidius prope mortem; et hec racio quare conversacio Christi est tam crebro in evangelio explanata. Sed de duobus membris

2. A in marg.: *Secunda abusio.* 3. A: *lamentabiliter* deest. 9. Codd.: *ad meritum.* 11. A in marg.: *Augustinus.* 13. A in marg.: *Nota.* 14, 15. B: *fructus oportunos.* 15. B: *et* deest. 26. A: *et homo interior.* 33. Augustinus: *breviter concordat.* 34. A in marg.: *Augustinus.*

1. Augustini De duodecim abusionum gradibus, l. c. p. 211.

Digitized by Google

debet homo prope mortem precipue precavere. Ideo dicit Augustinus quod *cavende sunt homini due particule valde periculose, que in illius carne non veterascunt sed totum hominem subdole ad peccatum trahunt, cor videlicet et lingua, quia cor semper novas cogitaciones et vanas machinari non desinit, lingua impigre ac balbuciare quodcumque machinari senserit minus provide tacenda dicit. Caveat ergo senilis etas ne iste iuvenescentes particule totam sui armoniam decipiant et per res ineptas reliqui corporis gravitatem ne illudant. Unicuique namque considerandum est quid etate eminenti dignum sit: et hoc agat quod nec vitam nec etatem nec ministerium deturpet.*

Hec doctrina huius sancti proporcionaliter ad auditorium quantumcunque longus finis fuerit dilatari; cum quilibet debet assidue addiscere istic mori et prope mortem necesse habet vitam suam conversacioni domini nostri Jesu Christi (in quantum potest) devote conformare. Ideo felix est ista doctrina que sufficit cuilibet christiano; nec est possibile hanc sequelam accipere in mortis articulo nisi perante in sequela morum Christi homo fuerit assuetus.

We must prepare ourselves for death during life.

CAP. IV.

Why Christ is said to epen his mouth.

Ultimum autem verbum huius prohemii sic completur: *Et aperiens os suum docebat eos dicens.* De quo verbo querunt multi communiter, cum nullius verbi addicio sive subtraccio caret ministerio in scriptura, quare hic dicitur: *Aperiens os suum docebat eos dicens,* cum notum sit quod, in quantum quis loquitur humanitus, os suum aperiat.

1. Because it was His first public sermon.

Sed hic dicitur assumptum tamquam catholicum, concedendo quod est causa notabilis quesiti, si quis ipsam cognosceret; et sic tres sunt cause quas multi hic assignant. Primo cum iste sermo sit primus et publicus quem Christus de lege gracie predicavit, necesse fuit quedam verba inserere per que huius legis notabilitas impressa foret signancius christianis; et cum persone

1. precipue; B: *inaynue* (maynue? sic) *precavere.* 2. A in marg.: *Augustinus.* 8. A: *inveterascentes.* 8, 9. B: *totam suam dilatari* sc. potest. 15 B: *discere.* 17. A: *nostri — devote* deest. 24. A in marg.: *Questio.* 27. B: *cur hic.* 30. A in marg.: *Responsio.* 33. A in marg.: *1.*

2. l. c. pag. 211. 24. Matth. V, 2.

Digitized by Google

gravitas et verborum que ex proprio ore loquitur signancius est notanda, ideo ad notandum istorum verborum gravedinem fertur quod *Christus os suum aperuit ista docens.* Si enim rex terrenus vel dominus propter hoc quod ore proprio ita loquitur et non per ministrum vel subditum signancius est notandus, quanto magis rex regum et dominus dominancium ista loquens?

Secunda causa quesiti taliter assignatur: Quedam est excellencia legis gracie supra legem veterem, licet utraque processit ab eiusdem Dei sapiencia infinita quod testamentum gracie datum est ex ore et persona propria Domini incarnati. Vetus autem testamentum datum est terrifice ministerio angelorum iuxta illud Hebreorum I, 1: *Multiphariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Patet autem forma dacionis legis veteris Exodi XX et Act. VII. Ideo ad exprimendum familiarem dacionem legis gracie hic dicitur quod *Christus aperiens os suum docebat eos dicens.*

2. To mark the contrast between the new law given by Christ and the old law given through the angels.

Tercia vero racio datur talis: Deus compendiose consonans legi veteri destruit heresim per verba huiusmodi in hac parte. Nam Psalmo LXXVII, 2 dicitur: *Aperiam in parabolis os meum. Loquar proposiciones ab inicio.* Istud autem factum Christi explicat quis est iste qui verba prophetica ista dicit; et multi sunt heretici qui humanitatem Christi nimis superficialiter concipiunt, qui dicunt quod non est possibile Deum humanitus ita loqui, moti ex hac evidencia: Deus ex fide est omnino immobilis sed si sic loqueretur parcialiter quia secun-
354b dum labia moveretur, ideo necesse | fuit quod Spiritus Sanctus hic insereret istam formam; et cum Mattheus fuit primus qui scripsit evangelium, ista sentencia est continue posterius supponenda.

3. To shew the true humanity of Christ.

Christus ergo vere et proprie *aperiens os suum* non cachinnabat vel deridendo *dixit fratribus suis Racha* sed docebat eos fidem salubrem que postmodum explicatur. Et ex ista sentencia quidam fideles eliciunt quod quamcunque legem humanam quis dogmatizando docuerit ipsam non accipiunt nisi de quanto ex lege Domini

8. A in marg.: 2. 13. A: *ministerio.* 20. A in marg.: 3.
28. A: *omnino* deest; B in marg. addit. 34. A in marg.: *Nota.*

35. Matth. V, 22.

Digitized by Google

All laws must rest on God's law.

edocetur, ut allegando legem civilem, papalem sive canonicam statim contempnitur, nisi de quanto origo eius in lege Domini est edocta. Nam sentencia ista est valde catholica et sonat in reverenciam verbi Dei; ideo fidelis non pusillanimis illam defenderet tamquam fidem. Constat quidem quod infinita sapiencia posset faciliter dare legem in qua explicite vel implicite secundum quod proficit omnis veritas est edocta; et talem legem apparuit Augustino in multis locis Deum ecclesie sue dare. Nec dubium quin ad reverenciam foret legis divine ipsam in sua radice dimissis tradicionibus allegare. Ideo proposita proposicione considerant isti si sit proposicio ex scriptura, et tunc illam concedunt ad sensum catholicum propter reverenciam huius legis. Et si sit proposicio ex sensu humano edocta vel racione naturali, tunc eciam ipsam concedunt, quia Dominus ipsam docet, et alias proposiciones abiciunt tamquam apocriphas, cum nesciunt si ipse a prima sapiencia emanarunt. Et ita quascunque tradiciones legum hominum tamquam suspectas de heresi, dum in lege Domini fundate non fuerint, abiciunt ut venenum. Et ista fidelis sentencia practizata fideliter resisteret peccato Antichristi in papa, episcopis et cunctis prelatis cesariis.

Fundacio autem istius fidei erigitur super isto quod idem est Christum diligere et diligere legem suam. Patet ex fide Johannis XIV, 21: *qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me.* Et ex eadem fide patet quod admittere super hanc legem Domini legem hominum extraneam in lege Domini non fundatam indicat de tanto perdicionem amoris legis Christi quod omnino indicat peccatum, cum quilibet debet Deum diligere toto corde. Istud autem peccatum non debet viator committere propter bonum aliquod acquirendum vel aliquid penaliter deperdendum.

Cowardice now prevalent in the church.

Et ex istis correlarie colligitur quam vecors est ecclesia in fine temporum seducta propter versucias Antichristi. Olim enim propter servacionem huius fidei *Diliges Deum ex toto corde* martyres eciam tenelle virgines qualescunque penas corporis tolerarunt, sed modo superiores

9. A in marg.: *Augustinus.* 24. A in marg.: *Nota fundamentum.*
31. A: *peccata tum cum quibus.* 35. A in marg.: *Correlarium.*

37. Deut. VI, 5.

Digitized by Google

ecclesie qui videntur esse aliquid non audent pro defensione excellencie legis Christi perdere pauca temporalia, famam seculi vel honorem; sed ubi plus vecors infidelitas vel inobediencia Jesu Christo?

Augustine's third abuse; that the young should fail in obedience.

5 Sed Augustinus ut supra dicit quod tercius abusionis gradus est *si adolescens sine obediencia deprehenditur quo mundus a recto ordine racionis depravatur. Qualiter namque in senectute ministrari illi sperabit qui in adolescencia se senioribus obedienciam exhibere contempnit? Unde* 10 *et in proverbiis apud veteres habetur quod dominari nequeat qui servitutem prius alicui denegat prebere. Propter quod et dominus Jesus in temporibus sue carnis, dum adhuc ad etatem legitimam doctoris non pervenerat obedienter ministracionem parentibus suis prestavit. Sicut* 15 *ergo in senibus sobrietas et morum perfeccio requiritur, ita in adolescentibus obsequium et subieccio et obediencia rite debetur. Quapropter et in mandatis legis primum in his que ad hominem pertinent patris et matris honor imperatur, quia quamvis carnalis pater non supervixerit* 20 *aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno et viventi paternus honor usque ad dignam etatem a filiis prebendus esse ostenditur. Quatuor etenim modis per scripturas divinas patres vocantur, hoc est, natura, gente, admonicione, etate. De patre namque naturali Jacob ad Laban loquitur:* 25 *Nisi timor patris mei Isaac adfuisset, tulisses omnia que mea sunt. Gente vero pater dicitur, quando Deus ad Moysen de rubo loquebatur: Ego sum, inquiens, Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob. Etate autem et admonicione pater dicitur, cum Moyses in* 30 *cantico Deuteronomii XXXII, 7, loquitur: Interroga patrem tuum etc. Quod si ergo naturalis pater superstes non fuerit aut indignus fuerit, admonenti tamen seniori adolescentis obediencia prebenda erit. Quomodo enim in senec-* 354ᵉ *tute honoratus apparebit, qui discipline laborem in | ado-* 35 *lescencia non sustinuerit? Quodcunque enim homo laboraverit, hoc et metet quod seminat, qui in iuventute bona opere exercuit, in senectute multipliciter gaudebit. Omnis*

5. A in marg.: *Tercia abusio.* 6. A in marg.: *Augustinus.* 7. Codd.: *Qualiter autem.* 14. *prestavit.* Rect. ut in S. Augustino: *exhibuit;* ib. A in marg.: *Nota.* 23. A in marg.: *Pater accipitur quadrupliciter.* 30. A: *Cant. V;* B: deest.

6. Augustini, De duodecim abusionum gradibus, l. c. p. 211. 25. Gen. XXXI, 42. 27. Exod. III, 6. 37. Hebr. XII, 11.

Digitized by Google

namque disciplina in presenti non videtur iuvenibus esse gaudii sed meroris, postea autem fructum centesimum et pacatissimum exercitatis per eam reddet ad glorie et iusticie coronam. Sicut enim fructus non invenitur in arbore in qua pampinus aut flos prius non apparuerit, sic et in senectute honorem legitimum consequi non poterit, qui in adolescencia discipline alicuius exercitacionibus non laboraverit. Disciplina igitur absque obediencia qualiter fieri potest? Adolescens sine disciplina, adolescens sine obediencia est, quoniam et ipsa obediencia que omnium disciplinarum mater est, magna exercitacione indiget que sui normam studii a Christo domino sumpsit, qui obediens patri usque ad mortem crucis ignominiam libenter sustinuit. Nec dubium quin Augustinus intelligit per istam obedienciam sicut debet non hanc fictam obedienciam in novis ordinibus introductam sed solum obedienciam Deo que est ad plenum et perfectum amorem legis Domini retorquenda.

CAP. V.

The substance of the sermon. The eight beatitudes.

Per hunc levem cursum huius prohemii sequitur circa partem executivam diucius insistendum. Sunt autem octo partes correspondenter ad octo beatitudines quibus Christus prophetat condicionaliter beatitudinem, dum tales taliter operantur. Et sic in qualibet harum octo parcium innuit Christus virtutes et opera ac peccata virtutibus istis contraria et per consequens beatitudines ad istas virtutes et opera consequentes.

1. The poor in spirit.

Dicit ergo primo: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.* Mos est sapientis philosophi in primis allicere suum auditorium ad largum premium quod consequetur infallibiliter per laborem. Sic Christus primus sapiens imprimit octuplicem beatitudinem et media ad eandem. Beatitudo quidem est finis optimus quem homines possunt acquirere, nec possunt illum non appetere, cum omnes homines naturaliter desiderant ut finaliter sint beati. Unde dicunt philosophi quod finis

6. A: *honorem limitivum.* 11, 12. A: *sui moram.* 21. A: *Sint;* B: *autem* deest. 24. A: *tales* deest; B in marg. addit. 31. B: *consequentur.* 32. Codd.: *octiplicem.* 33. A in marg.: *Quid est beatitudo.*

14. Phil. II, 8. 28. Matth. V, 3.

Digitized by Google

est primum intencione et ultimum in execucione. Meritum autem primum ad hunc gradum beatitudinis est paupertas spiritus, de qua quidam dubitant utrum sit inopia quam fratres observant ut vel sic ipsi sint beatitudine propiores.

Poorness of spirit = humility.

Sed hic firmiter teneas et nullatenus dubites quod Christus hic principaliter loquitur de spirituali paupertate que est humilitas, quia ipsa opponitur primo peccato quod sit superbia, et tamquam prior virtus ac perseverancior usque ad beatitudinem perseverat. Et hec creditur racio quare Christus annectit isti virtuti premium de presenti, dum dicit *quoniam ipsorum est regnum celorum*. Nam beati cuncti laureantur ista virtute, sicut superbia sibi contraria cuncti diaboli fuerant deturpati. Ista ergo virtus sicut alie in via non cessat in opere, cum beati sint perpetuo summe mites.

It implies a certain degree of poverty.

Ista ergo virtus alludit statui innocencie, statui beatitudinis et statui hic in via. Nec dubium quin implicat honestam egenciam, statum innocencie et statum beatitudinis aliqualiter consequentem. Nam in istis duobus statibus non forent homines secularibus diviciis onerati, sed forent habentes in mensura de istis bonis fortune infimis quantum est necessarium eos habere; et sic ille viator non est firmatus vere hac virtute celesti que est paupertas spiritus que non excutit divicias mundanas superfluas, specialiter cum sint viantibus onerose ad superbiam, gulam atque luxuriam et omnia crimina allective: Nec in ista corporali inopia consistit inicialiter medium contra primum peccatum ad beatitudinem acquirendam.

Dubitatur eciam communiter si iste sermo Christi fuit ille quem Spiritus Sanctus reserat Luce VI, et videtur esse magna contrarietas hic et ibi. Primo quoad locum, quia ibi Christus in valle disseruit, hic in monte. Secundo quoad verba multipliciter variata, nam ibi dixit Christus: *Bene pauperes,* hic *beati pauperes spiritu.* Et tercio per hoc quod hic multe sentencie sunt inserte que in Luce evangelio sunt dimisse.

3. A: *quidem.* 23. A: *hos habere.* 24. B: *vere ac.* 31. A in marg.: *Dubium;* ib. A: *isti sermo.* 36. B: *beati pauperes hic beati.*

36. Lucae VI, 20.

Digitized by Google

Sed tales difficultates sunt tamquam inutiles deridende, cum Christus tamquam magister optimus pro locis diversis disparibus hominibus atque temporibus eandem sentenciam sepe dixit, utrobique tamen ut fidem capimus quod nichil fe | cit ex indifferencia vel variavit 354[d] sine notabili racione; ideo arguat Antichristus si sciverit quod Christus dicit contrarias sentencias hic et ibi; sed cum hoc non poterit, studeat efficaciter sentenciam Salvatoris.

Unde Crisostomus Omelia nona Operis Imperfecti:

Chrysostom's exposition.

Quamvis ipsas beatitudines exponat ex parte et Evangelista Lucas, tamen iste beatitudines perfecciores illis intelligende sunt, quoniam ille in loco campestri dicte sunt, iste autem super montem. Ille mediocribus, iste autem prefectis et rectoribus populorum, sicut fuerunt apostoli ad quos dicta sunt hec. Illic autem simpliciter pauperes dixit, hic autem pauperes spiritu. Pauper, inquit, *spiritu est humilis corde, id est, pauperum spiritum habens qui non magna sapit de se. Ex adverso dives spiritu intelligitur magna de se sapiens et superbus qui non implet mandatum Christi dicentis: Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum celorum. Qui enim iam conversus factus est sicut puer, ille est pauper spiritu. Et qui pauper est spiritu, ille conversus factus est sicut puer.* Et dicit postmodum quod *nutrix dilecionis est humilitas et odii mater superbia. Ergo tocius boni humilitas inicium est et tocius mali superbia. Denique et perdicionis inicium a superbia cepit per diabolum et inicium salutis ab humilitate per Christum: propterea et convenienter omnium beatitudinum humilitatem fecit inicium.* Sed post sic dubitat *quare non dixit: Beati humiles spiritu,* et sua solucio stat in isto quod aliqui sunt humiles a natura et aliqui humiles ex fide vel gracia, et illam humilitatem per hec apta nomina hic commendat. *Et tales,* inquit, *sunt indigentes humiles, ut semper sint Dei adiutorium mendicantes. Unde in Greco non dicit: Beati pauperes sed beati egeni vel beati mendici. Si*

1. A in marg.: *Responsio.* 4. B: *sentenciam* deest. 10. B: *nona in Imperfecto.* 11, 12. A: *enim Evangelica;* A in marg.: *Crisostomus.* 14. B: *montem, id est.* 19. Chrysostomus: *Sicut ex.* 22. Chrysostomus: *sicut puer iste.*

10. Homilia nona ex capite quinto. Opp. l. c. pag. 788, 789.
21. Matth. XVIII, 3.

Digitized by Google

autem dixisset beati humiles spiritu, nichil amplius significasset quam humiles. Nunc autem et humiles et secundum fidem humiles et intelligentes unde sit adiutorium hominis. Sunt enim multi naturaliter humiles spiritu et non ex fide; et tales non pulsant adiutorium Dei; qui autem secundum fidem humiles sunt et intelligentes dum nimis timent de se adiutorium Dei pulsare non cessant.

Our own sin or folly is in fault, when we fail to understand the Scripture.

Talia sunt multa dicta de fide scripture et sanctorum testimonio que vere humilitati vel paupertati spiritus possunt alludere. Nec dubium quin Christus qui ista docuit habuit summas primicias que ad virtutum excellencias pertinebant. Et sic quandocunque non claret fidelibus scripture notanda diversitas vel codicum incorreccio vel linguarum variancium, indiscrecio vel ex peccato Spiritus Sancti instruccionis defeccio est in causa, quia primus loquens Christus Deus et homo non potest in sensu vel sermone deficere.

CAP. VI.

Eight signs of humility set down by Grossetête.

Quia parum prodest nobis viantibus loqui de laudibus humilitatis nisi habuerimus eius opera atque signa, ideo ad noscendum si simus vere humiles de ipsis aliquid est loquendum. Ponit autem Lincolniensis in Sermone *Beati pauperes spiritu* multa signa vere humilitatis per que fideles possunt noscere si ipsam habuerint. *Vere*, inquit, *humilis istis signis dinoscitur; si correptus a iuniore non dedignetur, si non insolescat honoribus, si non elevetur et delectetur suis laudibus, si non reddit malum pro malo vel maledictum pro maledicto sed econtrario benedicat, si inter coequales primus est in opere et ultimus in ordine, primus in labore et ultimus in requie, primus in ministrando et ultimus in recumbendo, si gracias agit benevolencie divine, si tam libenter obedit quam precipit, si eciam in potestate constitutus prius se noscit subiectum quam suprapositum. Omnia autem hec octo demonstrari possunt cum veris de vere humili; et patent exemplariter de Christo quod valet multipharia argumenta.*

2, 3. A: *secundum fides.* 9. A in marg.: *Johannes.* 13. A: *quantumcunque.* 23. A in marg.: *Lyncolniensis.* 26. A: *humilis habens signis.* 35. B: *suppositum.*

Digitized by Google

These signs are wanting in the prelates and the pope.

Quidam autem coniciunt quod iste octo condiciones sunt a prelatis ecclesie et a papa precipue maxime elongate et cum humilitas sit fundamentum virtutibus aliis sine quo impossibile est alias possidere, oportet quod illi prelati tamquam luciferini vel Antichristi discipuli maxime sint elati; sed absit fidelem sequi vel eligere tales duces, quia certum est quod ducerent ipsos sequentes ad suum dominum Antichristum.

1. The pope will not submit to reproof.

Quantum ad primam condicionem, patet in practica quod qui temptaverit papam corripere, ipse cum suis minabitur horribilissimam mortem suam.

2. He clutches at honours.

Quantum ad condicionem secundam, patet quam blaspheme insolescit honoribus, | dum in templo Dei 355a
sedeat, faciens quod vocetur *Pater beatissimus*.

3. He will promote no one who does not praise him.

Et quantum ad condicionem terciam, patet quod tantum elevatur in suis laudibus quod promovendus ipsas reticens statim cum dedecore tamquam inhabilis est repulsus.

4. He deals freely in curses.

Quantum ad condicionem quartam, patet in practica quomodo unus papa severissime alteri maledicit, in tantum quod signum est quod ille papa qui alteri maledicit levius est de tanto minus a Domino maledictus. Uterque tamen in hoc et aliis infinitis se indicat non esse vicarium Jesu Christi sed vicarium precipuum Antichristi.

5. He does not labour for God.

Et quantum ad condicionem quintam officiarie triplicatam, patet quod papa sub nullo gradu est in opere evangelico sed mundano, etsi sit in ordine, hoc est, in ordine demonum Deo plus culpabiliter serviencium, et sic sub nullo gradu est laboris laudabilis sed supremus inter viatores laboris demonis et per consequens profundat se, ut severius condempnetur inter ypocritas. Vocat autem licet false se *servum servorum Dei*, nisi servus Dei vocetur quis improprie demerendo; ideo necesse est quod sit ultimus in asperius paciendo.

6. He strives madly to get his will.

Et quantum ad condicionem sextam, dicitur quod magis remurmurat, quando mundus non cedit sibi

1. A: *convinciunt;* A in marg.: *Johannes.* 5. B: *Antichristi;* correxit: *Antichristivi.* 9. A in marg.: *1.* 12. A in marg.: *2.* 15. A in marg.: *3.* 17. A: *ipsas* deest. 19. A in marg.: *4.* 20—22. A: *in tantum — maledicit* deest. 26. A in marg.: *5.* 32. A: *se* deest; B addit. 36. A in marg.: *6.*

1. Cf. Wyclif's De Christo et suo adversario Antichristo, cap. XI—XIV.

Digitized by Google

prospere sicut optat; ideo tamquam furibundus per media simoniaca et alia excommunicacionem fulminancia conturbat ecclesias iuxta ipsum.

Et quantum ad condicionem septimam, vendicat quod non obediat homini sed tamquam Deus in terris exigit quod cesar et quicunque alii appetant suorum pedum oscula beatorum. Numquid credimus ipsum esse fidelem Christi discipulum, ipsum in moribus imitantem qui lavit humiliter pedes discipulorum et postmodum lintheo quo se suscinxerat emundavit (ut patet Joh. XIII)?

7. He claims obedience from all as if he were a God.

Et quantum ad condicionem ultimam, patet quod papa quantumcunque perfunctorie fuerit in potestate huiusmodi constitutus concedit indulgencias et alia blasphema privilegia et non cognoscit se furtuose Deo subiectum; sed tota contencio sua sollicita stat super isto quomodo debet cunctis aliis mortalibus superponi. Et sic ubi Christus venit ad Baptistam humiliter a Galilea in Jordanem baptizandus ab eo, ipse tamquam ydolum quod sit abhominacio desolacionis quam Daniel prophetavit citat vel in valvis ecclesie quos vult sue presencie comparere. Et tali citacione utuntur sui episcopi et prelati cesarei, quia Matthei VIII, 9 de centurione scribitur: *Ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, et dico huic: Vade et vadit; et alii: Veni et venit; et servo meo: Fac hoc et facit.* Et si non fallor: Si non hic, nullibi alibi in evangelio ista citacio est fundata. Et tamen in virtute tironis inferioris quam fuit iste miles prelati citant homines longe melius in causa Dei legitime occupatos, homines quos rex regum citat ad locum contrarium, immo quos Deus inpossibilitat ut sic compareant; et tamen lex papalis hos tres casus excipit in quibus homo solvitur a citacione papali. Sed Antichristus *extollitur super omne quod dicitur Deus*, et persequendo suos citatos, excusaciones huiusmodi non acceptat, sed ubi propheta Psalmo CXVIII, 176 sic orat: *Erravi sicut ovis que perit, quere servum tuum Domine*, quod Christus complevit in opere, dum de celo descenderat incarnandus et descendit postmodum ad

8. He pretends to exercise powers which belong only to God;

and in his citations he shews himself altogether opposed to Christ.

1. B: *peroptat.* 4. A in marg.: 7. 11. A in marg.: 8. 14. B: *blasphemia*; ib. A: *pravilegia*; codd.: *furiuose.* Rectius: *fructuosa.* 15. A: *sollicita* deest; B addit. 36. Codd.: *querere.*

33. I. Thessal. II, 4.

Digitized by Google

infernum ponens ovem perditam in humeros et detulit ad celeste gaudium, Antichristus evertit istum ordinem et cogit ovem quam dicit esse morbidam ipsum querere, licet sit in itinere sepe perdita, tam corporaliter quam spiritualiter; et ista est patens condicio Antichristi. 5

Some men when cited ask for their expenses and assurance of safety.

Unde quidam fideles sic obediunt isti citacioni: dicunt quod volunt libenter dare suam operam sic quod expense pre manibus ministrentur et pericula sive insidie in itinere per citatorem huiusmodi sub securitate sufficienti citatis evacuentur et aliter nolunt propter citacionem 10 huiusmodi comparere; et dum citantes maledicunt, inquiunt quod exponunt copiam sui thesauri qui est maledicciо, sed ipsis servantibus iusticiam Deus e contrario benedicit, quia Matthei V cap. 11 dicit: *Beati eritis, cum maledixerint vobis homines.* Et Psalm. CVIII, 28: 15 *Maledicent illi et tu benedices.*

They make light of the curses that follow.

Ideo ista Antichristi exprobracio signum consolatorium est fideli; et sic amplitudo talis iurisdiccionis per principem huius mundi ex innata superbia machinata sonat in confusionem regulacionis suorum subditorum et pate- 20 faccionem notificacionis suarum fraudium dolosarum et per Dei graciam amplius pate | fient; et sic quidquid 355b diabolus machinatus fuerit contra christicolas cedit ad Dei gloriam et eorum extollenciam ut oportet, et sic Antichristus se ipsum utrobique redarguit et causa Domini 25 preterit gloriosa.

Unde ut quidam prenosticant quod iste immediatus vicarius principis huius mundi ruinam celerem ex sua fallacia necessario pacietur, quia Psalmo XXXVI, 20 scribitur: *Inimici vero Domini mox ut honorificati fuerint* 30 *et exaltati deficientes quemadmodum fumus deficient;* et cum Joh. X, 1 dicat Veritas: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium sed ascendit aliunde, ille fur est et latro,* necesse est ipsum ex veritatis victoria in fine corruere.

CAP. VII. 35

A few words on pride.

Cum secundum philosophos sit contrariorum eadem disciplina et humilitas predicta atque superbia sint quo-

10. A: *aliter* deest; ib. A: *noluit.* 15. B: *in Psalmo XVIII.* 17. A: *Christi.* 22. A: *patefiant.* 27. A: *et quidem;* ib. A: *quod iste.*

35. S. Augustini, De sermone Domini in Monte, secundum Matthaeum, Opp. tom. III, pars II, pag. 166.

Digitized by Google

dammodo contraria, videtur hic pertinenter sentencia de superbia inserenda, sed quia sermonis prolixitas gignit fastidium, ideo innitendo hic brevius verbis Domini videtur tractatum istum esse hic ex prudencia dimittendum. Sed ne labamur ex stulto garriloquio verba tam digna et salubria exponendo, videndum est quid sancti antiqui priores ex istis verbis Domini sencierunt. Scribit enim Augustinus de sermone Domini in Monte in principio isto modo: *Sermonem quem locutus est Dominus Jesus in monte sancto, sicut in evangelio secundum Matheum legimus, si quis pie sobrieque consideraverit, puto quod inveniet in eo, quantum ad mores optimos pertinet, perfecte christiane vite modum quod temere non audemus polliceri sed ex ipsis eiusdem Domini verbis conicientes. Nam sic ipse sermo concluditur, ut appareat in eo precepta esse omnia que ad informandam vitam pertinent. Sic enim dicit: Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea, similabo eum viro sapienti qui edificavit domum suam supra petram. Descendit pluvia et venerunt flumina, flaverunt venti et offenderunt in domum illam, et non cecidit; fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea hec et non facit ea, similabo eum viro stulto qui edificavit domum suam super arenam: descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, offenderunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina domus illius magna. Cum ergo non dixit "qui audit verba mea" tantum, sed addidit dicens, "qui audit verba mea hec," satis ut arbitror significavit hec verba que in monte locutus est, tam perfecte instruere vitam eorum qui voluerint secundum ea vivere, ut merito comparentur edificanti super petram. Hoc dixi, ut appareat istum sermonem omnibus preceptis quibus christiana vita informatur esse perfectum.*

Quotation from Augustine.

Hec verba inserui, ut pateat legentibus quod in isto opinionem sequimur Augustini. Unde quantum ad sensum verborum prohemialium sic effatur: *Si queritur quid significat mons, bene intelligitur significare maiora precepta iusticie, quia minora erant que Iudeis data sunt.*

3. A: *ideo* deest. 8. A in marg.: *Augustinus*. 14. B: *convicientes*. 19. A: *et* deest. 27. A: *sed satis*. 37: B: *signat*.

17. Matth. VII, 25—27. 36. S. Augustini, De sermone Domini in Monte, l. c. p. 165.

Digitized by Google

Unus tamen Deus per sanctos prophetas et famulos suos secundum ordinatissimam distribucionem temporum dedit minora precepta populo quem timore adhuc alligari oportebat, et per filium suum maiora populo quem caritate iam liberari convenerat. Cum autem minora minoribus, maiora dantur maioribus, ab eo dantur qui solus novit congruentem suis temporibus generi humano tribuere medicinam. Nec mirum est quod dantur maiora precepta propter regnum celorum et minora data sunt propter regnum terrenum, ab eodem uno Domino Deo qui fecit celum et terram. De hac ergo iusticia que maior est, dicitur per prophetam: Iusticia tua Domine sicut montes Dei; et hoc bene significat quod ab uno magistro solo docendis tantis rebus idoneo docetur in monte. Sedens autem docet quod pertinet ad magisterii dignitatem; et accedunt ad eum discipuli eius, ut audiendis verbis eius hii essent eciam corpore viciniores qui preceptis adimplendis eciam animo propinquent.

Et quantum ad primam octo beatitudinum Augustinus sic loquitur: *Legimus*, inquit, *scriptum de appeticione rerum temporalium: Omnia vanitas et presumpcio spiritus; presumpcio autem spiritus audaciam et superbiam significat: vulgo autem magnos spiritus habere dicuntur; et recte quando quidem eciam spiritus ventus vocatur. Unde scriptum est: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis. Quis vero nesciat superbos in | flatos dici,* 355c *tamquam vento distentos? Unde eciam illud Apostoli: Sciencia inflat, caritas vero edificat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles et timentes Deum, id est, non habentes inflacionem spiritus. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem, si quidem perventura est ad summam sapienciam. Inicium autem sapiencie timor Domini, quoniam et e contrario inicium omnis peccati superbia esse describitur. Superbi ergo*

7, 8. In textu Aug.: *exhibere medicinam.* 11. A: *Deo* deest. 18, 19. *propinquant;* B in marg.: *Et quantum ad istud ver . . . : Aperuit os suum in hec verba . . . . te ipsa mora commenda . . . aliquanto longiorem futuri e . . . . sermonem nisi forte non vacat quod nunc eum dictum est os suum aperuisse quod ipse in veteri lege apparere solet ora prophetarum . . .* 22, 23. A: *presumpcio spiritus* before *presumpcio autem* deest. 24. Aug.: *vulgo eciam.* 34. B: *quando et econtrario.*

11. Psalm XXXV, 7. 26. Psalm CXLVIII, 8. 29. I. Cor. VIII, 1. 33. Psalm CX, 10. 40. Eccli. X, 15.

Digitized by Google

appetunt et diligunt regna terrarum: Beati autem pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.

Loco autem peccati superbie inseri potest quartus abusionis gradus quem Augustinus inserit loco dicto: *Quartus*, inquit, *abusionis gradus est dives sine elemosina qui superflua conversacionis sue que custodienda in posterum recondit indigentibus et nichil habentibus non distribuit: per quod efficitur, ut dum in terra quesita diligenti cura custodit, celestis patrie perennem thesaurum amittat. Ad quem thesaurum Dominus Jesus adolescentem divitem qui illum de perfeccione interrogaverat ita respondens invitavit: Si vis perfectus esse, vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni et sequere me, et habebis thesaurum in celo. Quem thesaurum nullus unquam hominum habere potest nisi qui pauperibus solacia prestat aut per semetipsum pauper est. Non ergo dormiat in thesauris tuis quod pauperem dormire non sinit. Dives namque etsi multa congregaverit, his frui solus nequaquam poterit, quia unius hominis natura multis rebus vesci non requirit. Quid ergo stulcius est quam propter unius hominis victum et vestitum totam regni celestis perhennem iocunditatem perdere et eternos inferni cruciatus absque consolacionis prestolacione subire? Quod ergo aliquando per necessitatem admittendum est, pro eterna remuneracione sponte distribuendum est. Omnia enim que videntur temporalia sunt, que autem non videntur eterna sunt. Quamdiu namque temporales sumus, temporalibus temporalia deserviunt, et cum transierimus eternis eterna solacia prestabuntur. Idcirco non debemus diligere ea que non semper habebimus, presertim cum expertem racionis divitem thesauri sui et agri et omnia que habet ostendunt, qui toto cordis intuitu illas res amat que nunquam se diligunt. Si enim aurum et argentum et agros et vestimenta et cibos et metalla et bruta animalia quis dilexerit, hec et omnia vicem sibi amoris rependere non posse ipsa rerum natura ostendit. Quid ergo a racione longius est quam diligere quod te*

Augustine's fourth abuse; a rich man who does not give alms.

3. A: *Loco autem peccato loco autem peccati.* 5. A in marg.: *4ª abusio Augustinus.* 16. August.: *aut qui per se.* 26. Codd.: *Qui (quoniam) enim que videntur.* 30. B: *prestabuntur.*

1. Matth. V, 3. 4. Augustini De duodecim abusionibus, l. c. 212. 12. Matth. XIX, 21. 26. II. Cor. IV, 18.

Digitized by Google

amare non valet et negligere illum qui tue dicioni cum dileccione omnia prebet. Propter hoc igitur non diligi mundus precipitur sed diligi proximus a Deo iubetur, quia proximus vicem sui amoris potest rependere, quod mundus minime posse non dubitatur. Licet enim inimicum esse diligendum Dominus preceperit, ut illa dileccio amicum illum ex inimico efficiat, quisquis ergo cupidus dives, si vult eternas habere divicias, distribuendo egenis prestet interim non mansuras. Si enim quod diligit non vendit, nemo emere potest quod cupit. Avari ideo namque in iudicio a rectissimo iudice nuncupantur maledicti: quia qui preteribant eorum habitacula non dicebant: Benediccio Domini super vos, benedixímus vobis in nomine Domini. Infelices ergo sunt avari divites qui propter res transitorias in dampnacionem perpetuam dilabuntur. Et e contrario: Beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Felix est igitur misericors, dum in hac virtute non substanciam sed affectum Deus requirit.

Et patet quod paupertas spiritus inducit veras divicias et virtutes.

CAP. VIII.

Christ's second saying: Blessed are the meek.

Sequitur secundum verbum Christi dum dicitur: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* Ubi patet quod loquitur de miticia que sequitur ad humilitatem, sicut invidia sequitur ad superbiam. Loquitur de terra vivencium que est regnum celorum. Unde Augustinus in de sermone Domini in Monte: *Illam credo terram de qua in Psalmo CXLI dicitur: Spes mea es tu, tu porcio mea in terra vivencium. Significat enim quamdam soliditatem et stabilitatem perpetue hereditatis, | ubi anima per* 355[a] *bonum affectum tamquam loco suo requiescit, sicut corpus in terra, et inde cibo suo alitur, sicut corpus ex terra: ipsa est requies et vita sanctorum. Mites autem sunt qui cedunt improbitatibus et non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.*

5. Aug.: *Licet enim.* 7. A: *quod inimico.* 23. B: *ubi patente quod.* 26. A in marg.: *Augustinus.* 29. B: *signat.* 29, 30. A: *soliditatem hereditatis perpetue et stabilitatem.*

5. Matth. XXII, 39. Matth. V, 44. 12. Psalm. CXXVIII, 8. 16. Matth. V, 7. 22. Matth. V, 4. 26. Cap. II, p. 167. 28. Psalm. CXLI, 6.

Digitized by Google

Textus autem Crisostomi habet: *Beati mansueti. Mansuetus,* inquit, *neque irritat malum neque irritatur a malo neque adversus eum prevalet causa peccati neque adversus alterum ex illo nascitur causa peccandi. Sed magis contentus est iniuriam pati quam facere. Nam nisi contentus fuerit homo ut noceatur, nunquam potest esse sine peccato, quia sicut zizannia numquam desunt in agro, sic nec desunt irritatores in mundo. Ille est ergo vere mansuetus qui cum motus fuerit nec cogitat facere malum nec facit.*

Et quoad secundum verbum sic loquitur: *Quoniam ipsi hereditabunt terram. Sine dubio terram vivorum de qua scriptum est: Credo videre bona Domini in terra vivencium. Terra autem hec, sicut quidam dicunt, quamdiu est in hoc statu, terra est mortuorum, quia vanitati subiecta est; cum autem liberata fuerit de corrupcionis servitute in libertatem glorie filiorum Dei, sit terra vivencium, ut immortales hereditent immortalem. Alterum exponentem legi quasi celum in quo habitaturi sunt sancti, dicatur terra vivorum quod quantum ad regionem nostram inferiorem celum est, quantum ad illud superius celum terra dicitur.*

Alii autem dicunt quod corpus nostrum terra est et quamdiu subiacet morti terra est mortuorum. Cum autem fuerit transformatum et conforme factum corpus glorie Christi, erit terra vivorum et hereditabunt eam eternam eterni et spiritualem et sanctam spirituales et sancti.

Meekness is the fruit of humility and the earth which the meek shall inherit is heaven.

Videtur autem istos sanctos intendere quod Christus excitat hic ad miticiam que est fructus humilitatis non solum in anima ad iniurias paciendum sed in corpore ad equanimiter sufferendum. Et de terra loquitur que est celum. Nam illud verbum Gen. I, 1 *In principio creavit Deus celum et terram* sane intelligit per terram corporalem naturam que habet ibi diversa nomina; sed de forma variacionis verborum est dubietas apud multos. Creditur tamen quod Christus more suo priori infert ex hac virtute commodum quod videretur mundialibus esse ab huius virtutis opere maxime elongatum. Sicut enim paupertas spiritus secundum mundanum apparen-

1. A in marg.: *Crisostomus.* 5. A: *nam si.* 12. A: *ipsi* deest. 29. Codd.: *hec.*

1. Opus Imperf., l. c. p. 789. 13. Ps. XXVI, 13.

Digitized by Google

ciam multum distat ab habicione regni celorum (et tamen Christus prius dixit: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum*), sic mites videntur mundialibus esse a possessione terre maxime elongati; et tamen Christus certificat quod ipsi possidebunt terram. Con- 5 questores autem regnorum et terrarum huius seculi sunt austeri et crudeles directe contrarii huic miticie: ideo videtur mundialibus quod illi sunt maxime indispositi ad terram istam satis modicam possidendam; cum viator non prius sedet in quiete sue habitacionis 10 mundane, antequam in bello se exercuerit et ostenderit suo adversario quod vult tenere id quod obtinet se invito. Hec ergo est racio Christi quare connectit quod mites possidebunt terram. Ideo dicit Augustinus ubi supra: *Rixentur immites et dimicent pro terrenis et* 15 *pro rebus temporalibus. Beati autem mites, quoniam ipsi possidebunt terram de qua evelli non possunt.*

It is the worst of signs when the clergy are given to war.

Unde pessimum signum est quod clerus a papa usque ad episcopos et curatos intendit sic actibus bellicis appetens sic dominium seculare. Signum quidem 20 evidens est quod perturbat pacem brachii secularis et quod nichil possidebit in terra vivencium propter abusum tam contrarium domino Jesu Christo.

This and the greed of rule are now seen in Antichrist.

Notat autem Christus istam secundam beatitudinem cum verbali termino de futuro, quia talis rixa cui con- 25 trariatur miticia non est in patria; ideo dicit Christus quod *ipsi possidebunt terram vivencium* in futurum. Et hic possunt tangi abusus Antichristi qui dicentur posterius diffusius suo loco. Christus enim, quando meritum secte sue fuit incognitum, vixit vitam summe pauperem et 30 exproprietariam. Antichristus autem in fine temporum quando diabolus magis seducit mundum, id est, viatores per seculum, appetit summe seculariter dominari. Tempore quidem Christi Samaritani negaverunt sibi et suis dicipulis | 356a hospicium et vescibilia (ut patet Luce IX), sed modo 35 quando christiani sunt proni ad dandum sacerdotibus temporalia, sunt magis proni ad acquirendum sibi dominia; et sic est de aliis abusibus infinitis, ut ubi

1. A: *et* deest; B addit. 13. A: *quare convenit.* 14. A in marg.: *Augustinus.* 17. Aug.: *pelli non possunt.* 19. A: *intendit* deest; ib. A in marg.: *Johannes.* 34. B: *discipulis* deest. 37, 38. A: *sibi dominia.*

2. Matth. V, 3, 10. 15. Augustini, De sermone Domini, l. c. pag. 167.

Digitized by Google

Christus benedixit pani et piscibus ad populum nutriendum, sacerdotes moderni benedicunt armis duplicibus, scilicet invasivis et defensivis, ad populum occidendum; et sic loco benediccionis mitis manus dextere maledicunt sacerdotes crudeliter cum gladio, lancea et sagitta; et sic fides quam Christus reserat: *Benedicite et nolite maledicere* per Antichristi versuciam est eversa. Numquid credimus tales filios esse hereticos qui sic subvertunt a miticia in destruccionem membrorum ecclesie fidem Christi?

CAP. IX.

Augustine's fifth abuse: a whoman without modesty.

Cum iuxta fidem Proverb. ultimo mater ecclesia sit *mulier fortis*, patet, quod clerus superior est pudicicia precipue perornandus. Sed Augustinus dicit in tractatu quo supra: *Quintus abusionis gradus est femina sine pudicicia. Sicut enim omnes mores bonos procurat et custodit in viris pudencia, sic et in feminis cunctos honestos actus nutrit, fovet et custodit pudicicia. Pudicicia namque castitatis avariciam refrenat, lites devitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciviam castigat, ebrietatem cavet, verba non multiplicat, gule concupiscenciam oppugnat, furtum omnino dampnat. Quid plura? Omnia vicia restringit et omnes virtutes bonas et quidquid coram Deo et hominibus laudabile est nutrit. Impudica namque vitâ nec laudem ab hominibus in hoc seculo nec remuneracionem a Deo expectat in futuro. Pudica vero vita famam bonam inter homines possidet et de spe future beatitudinis gaudet. Presentibus semetipsam imitabilem facit, posteris memoriam amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur et consentit et assiduis scripturarum meditacionibus et eloquiis ànimum figit. Bonorum precedencium exempla custodit et inseparabilia perfectis contubernia nectit.*

Duobus ergo modis constat vere pudicicie exercitacio, scilicet corporis habitu et superficie et animi affectu interno. Per exteriorem modum iuxta Apostolum coram

6. B: *quam Petrus reserat.* 16. A in marg.: *Augustinus. 5a abusio.* 17. A: *viri prudencia.* 25. A: *namque* deest. 28, 29. A: *mutabilem.* 34. B: *vero modis.*

6. Rom. XII, 14. 13. Prov. XXXI, 10. 14. Augustini, l. c. p. 212, 213.

Digitized by Google

hominibus exempla, per interiorem modum coram Deo providemus opera bona. Pudicicia namque corporis est alienas res non appetere et omnem immundiciam devitare, ante congruam horam non gustare, risum non excitare, verba vana et falsa non loqui, habitum per omnia ordinatum propositumque convenientem tam capillorum quam vestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, supercilii intuitu neminem adspicere, vagari oculos non permittere, pompatico et illecebroso gressu non incedere, nulli inferior incepto bono apparere, nulli ruborem aut contumeliam incŭtere, neminem blasphemare, bonis non invidere, senes non irridere, meliori non controversari, de his que ignoras non tractare et ea que scis non omnia proferre. Hec cum proximis amabilem hominem reddunt et Deo acceptabilem faciunt.

Pudicicia vero anime est plus propter Dei oculos quam hominum omnia bona facere, appeticiones turpium cogitacionum compescere, omnes meliores se esse estimare, nemini invidere, de semetipso nihil confidere, Dei auxilio omnes res committere, ante Dei oculos semet ipsum constituere, heretica pravitate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire, Deo soli adherere, castitatem interne mentis domino Jesu Christo offerre, omnia cepta bona opera tantum mortis termino finire, presentes tribulaciones animi fortitudine parvipendere, in terra preter proximos nihil amare, cuncti amoris in celo thesaurum constituere et pro omni bono actu mercedem in celestĭbus a Deō sperare. Pudicicia ornamentum nobilium est, exaltacio humilium, nobilitas ignobilium, pŭlcritudo vilium, prosperitas laborancium, solamen mestorum, augmentum omnis pulcritudinis, decus religionis, defensio criminum, multiplicacio meritorum creatoris Dei omnium amica.

Et sic frenum pudicicie (de quo hic loquitur Augustinus) videtur esse miticicia vel conformitas Christi in moribus per quam copulatur militanti ecclesie tamquam sponsus et cum ecclesia perpetuo desponsatur; et sic omne verbum quod Salomon dicit Prov. ultimo de matre ecclesia potest ad istam | pudiciciam applicari. 356b

8, 9. B: *vagari oculos non permittere* deest. 10. A: *rubore.* 11, 12. B: *bonis non invidere* deest. 22 A: *castitatem intuere.* 26. A: *in celum.* 29. B: *pulchritudo debilium.* 32. A: *amicicia.* 33. A in marg.: *Johannes.* 35, 36. B: *tamquam ego.* 36. A: *cui ecclesia.* 38. A in marg.: *Duplex pudicicia.*

Digitized by Google

Et sic ut dicunt metaphisici duplex est pudicicia, scilicet corporis et anime, et tercia pudicicia stans in signis. Cum enim omnis viator debet tamquam membrum ecclesie cum Domino desponsari, patet quam necessarium est hominem hac pudicicia infrenari et specialiter sacerdotes ac prelatos superiores partes ecclesie. Ipsi enim debent esse tamquam pudica iuvencula plus placens ex virtutis pulcritudine sponso suo sed frons meretricis facta est illi, cum non sequitur suum Christum quam diligit sed vivendo omnino contrarie Antichristum. Et sic potest applicari moralis sentencia secundi Christi convivii (de quo Matthei XV et Marci VIII) in quo miraculose pavit quatuor millia hominum exceptis mulieribus et parvulis, ut dicitur in Mattheo. Hec autem mulier que est hec quatuor millia hominum potest militans intelligi ecclesia quatuor virtutibus cardinalibus perornata. Omnes enim debemus esse hic peregrinantes ad patriam et sic sequendo sponsum nostrum Christum gestu sibi placido (quod est spiritualis pudicicia) perornari. Si igitur volumus esse de istis quatuor millibus spiritualiter saciandis, teneamus primo viam regiam, que consistit in iusticia placente Deo et homini, et viatore servante illam iusticiam indefectibiliter impossibile est quod inimicus impediat quin ad lectum sponsi pro tempore congruo perducetur.

Modesty specially needed by churchmen.

If we wish to eat of Christ's banquet, we must practise the four virtues:

1. Justice

Sed cum tres sunt hostes hominis qui pro tempore vie non desinunt insultare, et primus est fortis diabolus, necesse est ecclesiam fortitudine perornari; et ista est secunda virtus cardinalis per quam contra diabolum homo decertat fideliter; non autem intelligitur corporalis fortitudo, cum armis ferreis sed spiritualis fortitudo ad humiliter sed perseveranter impulsus qui veniunt paciendum. Et ista fortitudo que cum longanimitate convertitur est indumentum pro tempore vie necessarium sponse Christi. Sed cum duo sunt hostes alii pro tempore huius vie ecclesiam retardantes, necesse est hanc sponsam indui in duobus aliis ornamentis.

2. Fortitude

Habeat ergo prudenciam que est virtus tercia cardinalis per quam ut sotulares prudenter pedes induat accipiendo de rebus mundanis quantum expedit sue

3. Prudence.

1. B: *pudicia.* 9. A: *sed fratres.* 11. B: *Antichristo.* 12. A: *Matthei XIV;* B: correxit. 20. A in marg.: *Justicia.* 28. A in marg.: *Fortitudo.* 38. A in marg.: *Prudencia.*

Digitized by Google

vie habendo continue pedes mundos quantum ad affecciones amplexus celestium possidendi, sic quod semper potest recolere vigilanter istius Cantici Cant. V. 3: *Lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?*

4. Temperance. Quarta autem virtus cardinalis scilicet temperancia erit tercio hosti hominis scilicet carni proprie prudens frenum, sic quod hec mulier sit quasi peplo pudicicie perornata. Ita temperate vescatur in esibilibus quantum promovet servato coniugio vie sue. Et ista est quarta virtus cardinalis qua decet hanc feminam perornari. Has autem vestes potest fidelis predicator lavare et ut expedit populo dilatare.

CAP. X.

Third beatitude: Blessed are they that mourn.

Sequitur tercia beatitudo in hiis verbis: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Luctus,* inquit Augustinus, *est tristicia de amissione carorum: Conversi autem ad Deum ea que in hoc mundo cara amplectebantur amittunt: non enim gaudent hiis rebus quibus ante gaudebant, et donec fiat in illis dulcedo eternorum nonnulla mesticia sauciantur. Consolabuntur ergo Spiritu Sancto qui maxime propterea paraclitus nominatur, id est, consolator, ut temporalem amittentes leticia eterna perfruantur.*

Crisostomus autem persequitur sensum huius verbi diffusius: *Qui,* inquit, *peccata sua lugent beati sunt, sed mediocres beati: beaciores autem sunt qui aliena lugent peccata, quoniam qui aliena luget peccata, certum est quod non habet sua que lugeat.*

Hoc autem verbum potest sic sane intelligi: Justus qui aliena luget peccata pro tempore quo hec luget autonomatice non habet peccata propria pro quibus hic sic lugeat, quia cum omnis caritas incipit a se ipsa, pro tunc pro peccatis propriis sic lugeret; et sic addunt quidam luctum tercium, ut homo lugeat hic in via continue pro se ipso vel pro peccato proprio, cuius fomitem et sensualem delectacionem habet suum animum

5. A in marg.: *Temperancia;* ib. B: *scilicet temperancia* deest. 15. A in marg.: *Augustinus.* 23. A: *autem* deest; B in marg. addit. 24. A in marg.: *Crisostomus.* 28. A in marg.: *Johannes.* 31. A: *sic* deest.

14. Matthaei V, 5. 15. Sti. Augustini, De sermone Domini in monte, l. c. p. 167. 24. Op. Imperf., l. c. p. 769.

Digitized by Google

356[c] stimulantem vel quia periculosa | decertacione vie a quiete patrie retardatur iuxta illud Psalmi CXIX, 5: *Heu michi, quia incolatus meus prolongatus.* Et sic est viatori continue tempus lugendi, in risivam insolenciam prorumpendi, et tunc servato hoc vultu consolabitur et ridebit in die novissimo. Et servat hic Christus hoc scema quod servaverat in priori, quia videtur stolidis quod luctus talis a consolacione maxime elongatur.

Lugentes, inquit Crisostomus, *decet esse omnes doctores populi christiani quomodo possunt esse sine luctu, cum videant cotidie christianorum animas usque ad infernum cadentes? Nam de angelis qui exituri sunt in fine seculi, ut signent servos Dei qui de alienis lugent peccatis. Sic scriptum est per Ezechielem: Ite per Jerusalem et signate omnes qui lugent super iniquitates que fiunt in medio Jerusalem. Jerusalem enim est vere ecclesia Christi, cuius fundamentum est in montibus sanctis. Si,* inquit, *consolacio sanctorum est cessacio luctus pene, quoniam qui sua lugent peccata consecuti indulgenciam consolabuntur in seculo illo. Qui aliena lugent peccata quomodo consolabuntur? Numquid desinent lugere de peccatoribus? Eciam quoniam quamdiu sunt in mundo nescientes providenciam Dei nec intelligentes ad plenum qui diabolo compellente delinquunt et ex opposito malo diligant mala, omnes peccantes lugent omnes a diabolo circumveniri et cogi putantes. Cum vero in seculo illo providenciam Dei cognoverint et intellexerint manifeste, quoniam qui Dei sunt perire non poterant; qui autem perierunt non fuerunt Dei, quia de manu Dei nemo rapere potest, deposito de eis luctu consolabuntur et sine mixtura alicuius doloris in sua sola beatitudine letabuntur. Namque quamdiu est charitas sanctorum viancium ad peccatores dampnandos eciamsi propinqui fuerint. Sicut docet parabola Salvatoris,* Luce XVI, 24, *in qua dicit dives: Pater Abraham miserere mei et mitte Lazarum, ut intinguat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia graviter crucior in hac flamma. Numquid misertus est ibi Abraham filium suum ardentem? Nam quia fuerat epulator, in qua parte corporis sui plus peccaverat, id est, in gula, in ea amplius torquebatur.*

4. A: *funrisivam.* 9. A in marg.: *Crisostomus.* 24. A: *ex posito.* 27. A: *cognoverunt et intellexerunt.* 27, 28. A: *Dei fuerunt.* 36. A: *aqua.*

9. Op. Imp., p. 789. 14. Ezech. IX, 4.

Digitized by Google

We may have true charity, yet be in default through ignorance.

Videtur istum sanctum velle dicere quod viantes cum mixtura ignorancie imperfecte cum caritate quodammodo perfecta non sunt in toto deiformes, cum velint multa quodammodo condicionaliter que Deus vult simpliciter non impleri, ut multos viatores cognoscimus quos ignoramus, si eterno Dei iudicio salvabuntur; et videndo ipsos lapsos in crimina condolemus volentes ipsos liberari ab ipsis criminibus, condicionaliter tamen si Deo placeat, quod si essemus plene et perfecte noticie beati in patria illam condicionalem volucionem in volucionem Dei simpliciter verteremus; et sic illam volucionem condicionalem partim ex ignorancia et partim ex caritate quoniam Deum diligimus bene elicimus.

Ideo dicunt quidam quod illa condicionata volucio que partim procedit ex ignorancia non potest esse plene et totaliter deiformis. Cum autem plene noscemus in patria Dei voluntatem eternam de quocunque hic viante, volemus simpliciter secundum voluntatem eternam quod talis homo perpetuo sit dampnandus et de sua dampnacione erimus perpetuo consolati.

Et patet in parte quomodo luctus viantis condicionatus ex ignorancia in consolacionem perpetuam est conversus. Et sic ex parte Salvatoris erit perfecta caritas ad dampnatos, cum ipsi ex plena noticia conformi divine iusticie quod presciti sic perpetuo sint dampnati. Et hoc cedit illis ad bonum iusticie et sic utrobique beatorum caritas est completa. Et sic cum unum condicionale et aliud simpliciter non sunt plene contraria, patet quod predestinati viantis volucio et beati non sunt plene contrarie sed consequenter in pulcro ordine se habentes. Et sic eadem caritas qua predestinati volunt ut isti qui sunt ipsis ignorantibus presciti eternaliter salvabuntur, eadem quidem caritas est qua adquirentes claram noticiam volunt quod eternaliter dampnabuntur. Et sic eadem manebit caritas, licet sit secundum veritatem noticie alterata; et sic vult Crisostomus quod non erit caritas in patria, | ut presciti beatificentur, sed erit 356[a] caritas perfecta in patria, ut secundum Dei iusticiam ad universi pulcritudinem perpetuo condempnentur.

Et patet consideranti attente istam Christi sentenciam convertibilem cum beatis quam multi viantes de paten-

1. B in marg.: *Johannes.* 3. A: *cum velut.* 18. B: *secundum Dei.* 24. ita cod.: *The verb is wanting to complete the sentence.* 25. B: *cedet.* 31. A in marg.: *Nota.*

Digitized by Google

tibus criminibus hic non lugent sed pocius fovent ipsa propter pecuniam. Ideo repugnant Dei iudicio, quod propterea in patria consolentur. Multi enim gaudent, quod conviventes cum illis incidant in notoria crimina propter pecuniam vel vindictam, ubi tamen secundum evangelium lugerent sicut nisi peniteant perpetuo desolandi; et ista caritas movebat perfectos viantes ad exponendum se mortis periculo propter fratres criminosos notorie convertendos.

Many wickedly rejoice in the wickedness of others.

Isti ergo sunt, qui non lugent propter crimina propria nec fratrum sed pocius consolantur, ut vel gaudeant de vindicta capienda de ipsis vel participent de peccato eorum per quod ut peccent. diuturnius sunt multati. Et in isto crimine sunt multi prelati ecclesie hodie insensibiliter evirati.

CAP. XI.

Sequitur quarta beatitudo quam prodit Dominus in hec verba: *Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iam istos,* inquit Augustinus, *dicit Christus esse amatores veri et inconcussi boni quia iusticie. Illo ergo cibo saturabuntur de quo ipse Dominus dicit: Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei qui in celis est, quod est iusticia, et illa aqua de qua quisquis biberit, ut idem dicit, fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam.*

Fourth beatitude: Blessed are they which do hunger and thirst after justice.

Et Crisostomus: *Esurire et sitire iusticiam Dei est desiderare iusticiam Dei, ut sive faciant homines iusticiam Dei sive audiant, non quasi inviti audiant vel faciant, sed ex desiderio cordis, quoniam omne bonum quod non ex amore ipsius boni faciunt homines ingratum est ante Deum. Unde Dominus per Johannem non omnes vocabat ad potum sed tantummodo sicientes dicens: Qui sitit veniat ad me et bibat. Estimo,* inquit Crisostomus, *quod non sine racione dixit: esurire iusticiam et sitire. Ille forte esurit iusticiam qui secundum iusticiam Dei desiderat conversari quod est recti cordis; sitit autem iusticiam qui*

13. A: *diuturnus.* 19. A in marg.: *Augustinus.* 26. A in marg.: *Crisostomus;* ib. A: *Dei* deest.

17. Matth. V, 6. 19. Augustini De serm. Dom. in monte l. c. p. 167. 22. Joh. IV, 34; IV, 14. 26. Op. Imp., l. c. 790. 32. Joh. VII, 37.

Digitized by Google

scienciam Dei adquirere cupit, quod potest consequi ex studio scripturarum, quod est docilis viri, quoniam ipsi saturabuntur, videlicet largitate remuneracionis Dei, quoniam maiora erunt premia Dei quam desideria avara sanctorum. 5

What justice is.

Et ut breviter comprehendam, cuncti termini in principio sunt notandi; et non dubium quin Christus tunc inculcat hic sensum notabilem in hiis verbis. Vult ergo Christus quod illi sunt hic in spe et arraliter beati qui ferventer et caritative desiderant iusticie complementum. 10 Nec dubium quin Christus hic loquitur spiritualiter et mistice; pro quo oportet primo notare quid est iusticia.

It consists in rendering to every one what is his.

Iusticia quidem secundum vulgariter loquentes consistit in tribuendo unicuique quod suum est, et sic est creata iusticia bipertita. Primum membrum est Deo 15 tribuere quod est suum, et secundum membrum est desiderare competere creature quod ex lege divina debet habere; et istud iustum desiderium facit iustos; nec dubium quin esurire et sitire iusticiam importat multa multis abscondita. Nam esurire et sitire dicunt vehemen- 20 ciam corporei appetitus, sic quod esurire consistit in appetitu calidi et sicci, sitire vero in appetitu calidi et humidi; et per hoc docemur quod homines debent effectualiter appetere iusticie complementum, sic quod pro complecione illius iusticie homines debent pati in 25 corpore, ut patet de multis penis corporeis quas homines debent subire pro iusticia adimplenda; et illi dicuntur sitire iusticiam qui sanguinem suum volunt effundere remanentes sitibundi in corpore pro iusticie complimento. Et non dubium quin illi qui racione duce 30 sic esuriunt et siciunt iusticiam stante perfecta continuacione erunt in beatitudine saturati; quod sperabat Psalmista, cum dixit Psalmo XVI, 15: *Saciabor, cum apparuerit gloria tua.* Et illa saciacio consistit in bonis spiritualibus beatitudinis que saciant animas beatorum; 35 et in ista esurie et siti sit candor vindicte et invidie expellendus, ne homo appetat propter vindictam vel malum proximi hec impleri sed propter se iusticiam divini beneplaciti. Et tunc appetitus sunt vere iusti ex divina iusticia beatitudine reformandi. 40

6. A in marg.: *Johannes.* 24, 25. A: *complementum — iusticie* deest. 27. A: *volunt subire.* 37. B: *expellenda.* 38. A: *compleri;* ib. A *propter per se.*

Digitized by Google

Et hec causa movebat sacerdotes simplices quod superiores vel prelati sint ad ordinacionem Domini reformati, quod si quandoque surrepit inanis vel vindicativa cogitacio, 357* de hoc dolent et in prima iusticia | secundum quod lēges 5 Dei edocent conquiescunt et ex fide sperant quod non possit talis esuries et sitis non bonis beatitudinis saturari.

Augustine's sixth abuse: a ruler without virtue.

Et hic potest introduci abusus quem supra inseruit Augustinus: *Sextus,* inquit, *abusus est dominus sine virtute. Et vere est abusus, ac si quis diceret quod est animal* 10 *sine vita; virtus enim debet esse communior, quia inesse cuilibet christiano, sed sine virtute non est possibile esse secularem dominum, cum tunc plenarie sit tirannus. Nichil,* inquit Augustinus, *proficit habere dominandi potestatem, si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. Sed* 15 *hic virtutis rigor non tam exercitus fortitudine, quia et ipsa secularibus dominis necessaria est, indiget, quam animi interiorem fortitudinem bonis moribus exercere debet. Sepe enim dominanti per animi negligenciam perditur fortitudo, sicut in Heli sacerdote factum fuisse compro-* 20 *batur, qui dum severitate iudicis peccantis filios non cohercuit in eorum vindictam, Dominus velut consencienti illi ferociter inputans non pepercit. Tria ergo necessaria hiis qui dominantur habere oportet, terrorem scilicet et ordinacionem et amorem. Nisi enim ametur dominus pa-* 25 *riter et metuatur, ordinacio illius constare minime poterit. Per beneficia ergo et affabilitatem procuret, ut diligatur, et per iustas vindictas non proprie iniurie sed legis Dei studeat ut metuatur. Propterea dum multi pendent in eo, ipse Deo adherere debet, qui illum in ducatum constituit* 30 *qui ad portandum multorum onera ipsum veluti forciorem solidavit. Paxillus enim nisi bene fixus firmetur et alicui forciori adhereat, omne quod in eo pendet cito labitur et ipse solutus a rigore sue firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic et princeps nisi suo conditori ad-* 35 *heserit, pertinaciter ipse et omnis qui consentit vicio cito labitur. Quidam namque per dominandi officium plus Deo appropinquant, quidam in proposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto populi*

7. A in marg.: *Sexta abusio;* B in marg.: *6.* 13. A in marg.: *Augustinus.* 16. A: *indiget* deest. 18. A in marg.: *dominandi virtus.* 21. A: *in* deest. 23. A in marg.: *Nota.* 31. Codd.: *et* deest.

8. S. Augustini, l. c. p. 213. 19. I. Reg. II, 27. 38. Exod. XXXIII, 11.

Digitized by Google

ducatu familiarius Dei locucionibus utebatur, Saul vero filius Cys postquam sceptra regni adeptus est, per inobediencie superbiam Deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui David sedem obtinuit, Deus illum ultra omnes mortales velut ad innumerosi populi gubernacionem sapiencie munere ditavit. Econtrario vero Jeroboam servus Salomonis postquam regni domus David partem occupavit, ad ydolorum cultum decem tribus Israel que erant in parte Samarie divertit. Per que exempla evidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfecc cionem crescere, quosdam vero per supercilium dominacionis ad deteriora profluere. Per quod utrumque intelligitur eos qui ad meliora conscendunt per virtutem animi et Domini auxilium posse illud facere, et eos qui ad deteriora divertuntur per mentis imbecillitatem pariter et negligenciam errare. Unde dominum absque virtute fieri non decet, quam virtutem sine Dei auxilio nullatenus habet. Qui enim multa tuetur, si non habeat fortitudinem animi, non valet illud agere, quoniam magna magnis infestacionibus vel adversitatibus solent laborare. Omnis igitur qui preest, hoc primitus tota animi intencione procuret, ut per omnia de Dei adiutorio omnino non dubitet. Si namque ceperit in actibus suis auxiliatorem habere Dominum dominorum, nullus hominum contemptum habere poterit eius dominatum. Non enim est potestas nisi a Deo. Ipse enim elevat de stercore egenum et sedere facit cum principibus populi sui, et potentes deponit de sede et exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus Deo et egeat omnis gloria Dei.

CAP. XII.

Meaning of Christ's saying that the stones would cry out.

Cum Christus asserit Luce XIX, 40 quod *lapides clamabunt* et illud quidam evidenter intelligunt quod temporales domini dicent et defendent Dei iusticiam, videtur esse de ista materia paululum disserendum. Nam ex fide concipitur (ut Augustinus hic asserit) quod *neque potestas neque dominium inest homini hic vianti, nisi ut*

6. A: *donavit.* 18. A in marg.: *Nota.* 32. Codd.: *quidem.* 35.: A in marg.: *Augustinus.*

2. I. Reg. XV, 11. 4. III. Reg. III, 12. 7. III. Reg. XII, 27. 25. Rom. XIII, 12.

Digitized by Google

defendat et practizet Dei iusticiam nec sine illa virtute est quis eorum dominus sed tirannus. Ideo laudanda est quedam virtualis consuetudo militum in hac parte, qui ut fidei consenciunt quod non valet consuetudo ordinis 357b sive secte, nisi in lege Dei sit fundata. |

The gentry rightly hold that all rites must be founded on God's law.

Et ex isto fideli principio multa eliciunt, primo quod clerum cesarium ut papam et suos subditos auctoritative non approbant sed cum tollerancia modesta sufferunt. Secundo quod has tres sectas per diabolum introductas modeste dirimunt, querentes prudenter introduccionem earum a Domino, et deficiente illa a qua credimus omne bonum, non habent conscienciam (ut nec debent) possessionem eorum et alia bona mobilia prudenter subtrahere.

Hence they disapprove of clerical rule and will confiscate the property of orders that cannot shew authority from God.

Tercio vero habent istam prudenciam cum discolis recencioribus in ecclesiam introductis, scilicet cum venditoribus veniarum et fratribus, quia permittunt eos dicere suis tenentibus fidem catholicam, sed prohibent collectas vel rapinas eorum et postmodum si oporteat mittunt regi si rex velit illa spolia vel quod suus pauper populus ipsa rehabeat sicut prius, quia certum credunt ut fidem, quod si spoliacionem illam primo intenderent et non salutem anime talis populi, sunt manifesti diaboli vel discipuli Antichristi, et laudabilius foret ipsos prudenter destruere quam predones publicos villas pauperum destruentes. Sed cum non procurant salutem anime immo populi egeni quem visitant, depositi ab hac rapina multocius cessant hunc populum ypocritice visitare. Curati vero dicentes sub auctoritate pape sive episcopi talium discolorum negocia dirigunt sermones ad papam tractando de indulgenciis, assumendo ut fidem quod non sunt indulgencie ad istud propositum nisi concesse fuerint a domino Jesu Christo; et cum sophisticacio in ista materia sepe evenit, querunt sub pena reieccionis hoc testimonium.

They treat friars with discretion.

Fides enim scripture est sufficiens ad regendam ecclesiam militantem; sed non legunt quod aliqui apostoli tales indulgencias concesserunt.

The apostles did not grant indulgences.

Similiter, cum fideles curati debent lugere de spoliacionibus suorum pauperum subditorum et de peccato

6. A in marg.: *1.* 9. A in marg.: *2.* 10. A: *pendenter.* 12, 13. B: *ut ne.* 15. A in marg.: *3.* 17. A: *a fratribus;* ib. B: *quod permittunt.* 26. A in marg.: *unum verbum* erasum. 37. A: *sed quod non legunt;* A in marg.: *1.* 39. A: *cum fides;* A in marg.: *2.*

Digitized by Google

eciam spoliancium, quia Matthei V, 5 dicit Christus: *Beati qui lugent*, et infra: *Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam*, et infra: *Beati misericordes*, videtur eis quod foret opus misericordie veritatem fidei detegere in hac parte. Papa autem non habet potestatem tales indulgencias pro tam vili precio concedendi, ideo cum littere vel bulle adducte non sunt fides catholica, in hac parte movet illos prelatos discolos tales reicere et non permittere eos pauperes sue parochie spoliare.

Prelates should protect their flock from being robbed by pardoners.

Similiter, res corporalis quantumcunque parvi precii non debet emi nisi cum ista prudencia quod emptor de vendito probabiliter sit securus, sed papa non potest assecurare aliquem quod post mortem vel ante tantam indulgenciam habebit, ideo probabiliter est tale commercium dimittendum. Papa enim nescit de aliquo neq eciam de se ipso si sit predestinatus a Domino vel prescitus; quod si prescitus fuerit, non currunt tales indulgencie contra ordinacionem Domini oppositum eternaliter ordinantis. Ideo cum papa non potest generaliter procurare tales indulgencias sibi ipsi, est multis evidens quod talia commercia de symoniaca cupidine sunt suspecta. Non enim obstat fidei vel probabiliter veritati quod multi pape qui concesserunt verbaliter amplas indulgencias sunt dampnati. Quomodo ergo possunt defendere suas indulgencias coram Deo?

The pope sells what he cannot deliver.

He cannot even keep himself out of hell.

Similiter, assistente duce vel comite regi terreno et rege libertatem vel aliud privilegium concedente non ex hoc infertur quod dux vel comes libertatem vel privilegium illud concesserit sed pocius quod est propria regie dignitati. Cum ergo Christus sit rex infinitus quocunque papa superior quam rex terrenus est superior comite sive duce, videtur multo evidencius quod spectat ad Dei magnificenciam concedere singulariter ista privilegia vel eciam libertates. Non enim si preco vel bedellus pronunciat concessionem liberam sui domini, sequitur ex hoc quod ille servus sic pronuncians concedit huiusmodi libertatem. Multo magis ergo si sine auctoritate vel licencia promulgaverit contrarie Domini voluntati. Et in isto casu sunt communiter venie concessores.

He is but a herald or bedell.

7. A: *addicte*. 10. A in marg.: *3* 13. A: *quod potest*. 26. A in marg.: *4*. 29. B *illud* correxit in: *aliud*.

3. Matth. V, 7.

Digitized by Google

357b Similiter, curatus | fidelis debet notificare suis subditis, ubi est securior, amplior et pro precio meliori indulgencia pro suis subditis comparanda. Sed bulla papalis docet (ut dicitur) quemdam papam fecisse oracionem quamdam et concessisse ad instanciam regis Francie duo millia annorum, quociescunque habilis illam dixerit inter *Consecracionem* et *Agnus Dei.* Et sic probabiliter in audiendo multas missas fidelis posset in quocunque loco fidelium centum millia annorum acquirere de indulgencia uno die. Que ergo necessitas dare unum denarium pro parva et minus fundabili indulgencia?

Indulgences granted on easy terms.

Talem autem prudenciorem mercimoniam pro salute anime posset curatus suo populo dicere colorate: immo superaddendo pro laicis qui nesciunt illam oracionem quod tantam vel maiorem indulgenciam habebunt pro oracione dominica quociescunque ipsam dixerint in tanta caritate ut habilitate indulgencias promerendo.

The Lord's prayer surpasses any of the privileged prayers.

Contra tales fictas et infundabiles indulgencias debet fidelis presbyter multiplicare raciones vivaces, dum esurit et sitit iusticiam legis Dei, quia per talia sophismata Antichristi lex Dei contempnitur, stultus dives in spe vana ponitur et undique viatori false illuditur. Et eadem est consideracio de mercandia venie omnium discipulorum Antichristi qui illudunt populo infideliter in hac parte, cuiusmodi sunt pape, cardinales, episcopi et inferiores prelati usque ad discolos perdonistas. Et fere idem est iudicium de aliis venditoribus meritorum, cuiusmodi sunt monachi, canonici atque fratres. Omnes enim convincuntur ex ista stulticia quod nolunt emere vel adquirere participium meritorum talium sibi ipsis. Et non sunt sic stulti quod audent dicere ipsos esse summe plenos talibus indulgenciis sine meritis. Ideo cum omnis caritas incipit a se ipsa, est multis evidens quod non est nisi sophisma quo illudunt populo laicali.

Indulgences are mere frauds.

Their dispensers are servants of Antichrist, from pope to pardoner.

Vivat ergo homo iustam vitam et confidat de particione meriti quod Deus sibi donaverit sicut placet, et omnes argucie Antichristi non sunt habiles recitari. Deus, inquit Antichristus, dixit Petro: *Quodcunque ligaveris super terram erit ligatum et in celis etc.*, et ipse

1. A in marg.: *5.* 4. A: *doceret.* 6. A: *ipsam.* 12. A: *per salute.* 17. B: *promovendo;* correxit: *promerendo.* 28. A: *cuiuslibet.* 35. A in marg.: *Nota.*

6. See Select English Works I, 137, II, 302. 38. Matth. XVI, 19.

Digitized by Google

est Petri vicarius, ideo oportet credere quod de ipso verificetur hec fides. Admittat ergo fidelis hoc assumptum evangelicum et supponat adversario assumptum secundum, licet de ipso sit evidens ipsum non esse Petri vicarium, cum Petrus non ausus fuerit hanc presumpcionem blasphemam et temerariam acceptare, immo supposito quod Petrus vel angelus de celo attemptaverit sic solvere vel ligare, non potest sic facere, nisi de quanto consonaverit capiti ecclesie triumphantis. Et sicut ista consonancia est incognita illusori, sic est inevidens fideli populo illud commercium diabolicum cognoscenti.

The pope is not Peters vicar.

CAP. XIII.

Fifth beatitude: Blessed are the merciful.

Beatitudo quinta in lege Domini sequitur in hec verba: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Super quo Augustinus: *Talium miserebitur Dominus; beatos esse dicit qui subveniunt miseris, quia eis ita rependitur, ut de miseria liberentur.*

As a man has lived, so shall he be rewarded.

Ex istis verbis Augustini cum doctrina veritatis elicitur quod qualiscunque hic vixerit et finierit talis erit a Domino post diem iudicii augmentatus, ut si quis conversatus fuerit sic iuste, misericorditer aut pie, istam triplicitatem habebit in beatitudine maioratam; et si sic vixerit iniuste, immisericorditer et impie, taliter excellencius in tartaris pacietur; quilibet enim dampnatus cuilibet facit iniusticiam maiorem quam est possibile viatorem inferre iniuriam fratri suo. Et quantum ad immisericordiam et impietatem, notum est quod dampnati precellunt quoslibet viatores. Quamvis enim Deus non peccet, tamen mala que sonant in penam adauget, quia hec sonat ad Dei iusticiam, Dei misericordiam ac eciam pietatem.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Non tantum ille misericors est qui miseretur aut pauperem*

4. A: *de facta sit evidens.* 5. A: *fuit.* 7. A: *attemptare.* 16. A in marg.: *Augustinus;* Aug. l. c.: *Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur. Beatos esse. . . .* 19. A in marg.: *Johannes.* 27. *inferre;* B: *ferre;* corr. in marg.: *facere.* 33. A in marg.: *Crisostomus.* 33, 34. A: *non tamen;* Crisostom. rectius: *aut pauperi aut pupillo aut vidue.*

13. Matth. V, 7. 14. St. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 167. 33. Op. Imp., l. c. p. 790.

Digitized by Google

aut pupillum aut viduam. Hec enim misericordia et apud
357[a] *illos invenitur frequenter qui non cognoscunt | Deum.*
Ille autem vere misericors est qui inimicum proprium
miseretur et benefacit ei secundum quod scriptum est:
5 *Diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui vos oderunt.*
Nam et Deus non solum super gratos pluviam dat aut
solem suum iubet oriri sed eciam super ingratos. Unde
et ita dicit: Estote misericordes, sicut et pater vester
celestis misericors est. Et vere beatus est misericors,
10 *quoniam misericordia, si quidem non habet peccatum,*
quod difficile est in hominibus, proficit illi ad additamentum
iusticie, scilicet ad remissionem peccati, quoniam potest
fiducialiter dicere: Dimitte mihi debita mea, sicut et ego
dimitto debitoribus meis.

Only the merciful can use the fifth petition of the Lord's prayer.

15 Videtur hunc sanctum intendere quod homo ex misericordia secundum quam sequitur Deum suum potest specialius et fiducialius dicere istam partem oracionis dominice et per consequens a sensu contrario convertibili immisericors vel odiens inimicum potest desperacius
20 dicere istud verbum.

What mercy is.

Lincolniensis autem in quodam sermone sic loquitur: *Misericordia est amor sive voluntas relevandi miserum a sua miseria.* Et tunc est vera misericordia, cum hec voluntas tam intensa fuerit quod compellat volentem
25 suum velle in actum producere si possit, hoc est, ut compellat sive necessitet eum a miseria sua relevare miserum si possit. Talem autem voluntatem relevandi miserum a miseria in homine viatore comitatur dolor et compassio de miseri miseria. Unde a proprietate
30 comitante sic solet diffiniri: Misericordia est compassio miserie qua utique si possumus subvenire compellimur. Prior enim diffinicio magis substancialis est et convenit Deo et eciam celestibus spiritibus. Secunda vero diffinicio homini viatori convenit, Deo autem et supernis virtutibus non
35 convenit dolor et compassio nisi metaforice sumantur hec nomina et equivoce dicantur de illis et nobis. Cum itaque misericordia sit amor relevandi miserum a sua miseria,

5. A: *eis qui.* 9. A: *celestis* deest; A in marg. addit; in textu Chryst.: *beatus est ille talis.* 13. Codd.: *et* deest. 15. A in marg.: *Johannes.* 16. A: *misericordi servi qua.* 21. A in marg.: *Lyncolniensis.* 22. B in marg.: *Diffinicio misericordie.*

6. Lucae VI, 27. 7. Lucae VI, 36. 13. Matth. VI, 12. 21. Que hic secuntur usque ad cap. XIV. Lincolniensis verba esse videntur; sed certum non habeo.

Digitized by Google

sicut multiplicatur dictus amor, sic et multiplicatur misericordia. Miseria vero multiplicatur, sicut multiplicatur malum hominis, quia miseria nihil aliud est quam boni defectus vel privacio. Bonum vero hominis aut est bonum anime aut bonum corporale; bonum vero anime duplex est, illuminacio scilicet aspectus mentis et rectitudo affectus.

Spiritual misery is of two kinds, ignorance and perverted will.

Duplex igitur est animi miseria, scilicet tenebrositas ignorancie et voluntatis a rectitudine deviacio. Utrumque autem bonum anime in unius intencione solet complecti, scilicet in hoc nomine *sapienca*, et utraque eius miseria est in hoc nomine *stulticia*. Unum totum bonum anime est sapiencia et tota eius miseria est stulticia. Miserie vero corporales sunt defectus cibi, et hoc est esuries, et defectus potus, et hoc est sitis, ut si vellemus istas duas miseias magis per se diffinire, diceremus eas esse defectus sacietatis appetitus calidi et sicci et frigidi et humidi. Omnis enim miseria est alicuius rei appetite privacio.

Bodily misery is privation of something needful.

Item, miserie corporales sunt nuditas, hospicii defectus, egritudo, id est, sanitatis privacio et defectus libere potestatis sui corporis et suorum membrorum, quod fit per incarceracionem. Omnes itaque numerate miserie septem sunt, una scilicet anime que est stulticia et sapiencie privacio et sex corporum, quas sex Dominus ipse in evangelio Matthei XXV enumerat.

Seven kinds of mercy towards the living.

Septemplici ergo divisione comprehendi potest misericordia que ergo vivos exercetur. Non enim tunc loquimur de illo opere misericordie scilicet mortuorum sepultura de quo Tobias laudatur, que misericordia forte plus vivis superstitibus quam ipsis mortuis impenditur.

Preaching is the most excellent form of mercy.

Prima igitur et precipua misericordia est amor relevandi stultum a stulticie miseria, ut per sapienciam illuminetur eius mentis aspectus ad veram fidem et scienciam et rectificetur eius affectus ad iusticiam. Hec autem illuminacio, aspectus et rectificacio affectus per verbum doctrine et predicacionis proveniunt; quapropter eximium opus misericordie est predicacio quam non immerito Dominus ipse in carne apparens elegit et pastoribus ecclesie commisit. Sicut enim anima precellit corpus et bonum anime bonum corporis, sic et miseria anime deterior et miserabilior est miseria corporis et

8. A in marg.: *Nota.* 12. Codd.: *est* deest. Addidi. 14. A: *est* deest; B addit. 15. Codd.: *vel si.* 18. B: *appetitite.* 31. A in marg.: *Nota.* 32. Codd.: *et per.* 40. A: *sic* deest.

Digitized by Google

relevacio a miseria anime que predicacione peragitur melior et expetibilior est relevacione a miseria corporis. Omnium igitur operum misericordie nobilius, melius et expetibilius est predicacio. Quid igitur ligat litteratorum animas quod tam trepide et enormiter aut forte naturaliter artem predicandi et predicare appetunt. Si essent puri boni amatores, opus quod inter cetera melius est vehemencius amarent et forcius ad illud niterentur, si
358a crederent se ad illud | posse pertingere.

Common objects of study among men.

Sed sunt plurimi litterati qui plus amant admirari vel ditari quam boni fieri et propterea expetunt sciencias et accurrunt ad eas per quarum operaciones credunt se quod cupiunt perficere posse. Alius accurrit ad medicinam ut curando egrotos et velut iam mortuos suscitando mirabilis appareat vel dives efficiatur. Alius vero propter easdem causas addiscit alkemiam qua possit de plumbo aurum facere et hec terrestria et impura et tenebrosa abluendo et sublimando depurare et clarificare, ut quasi in celestium corporum qualitatem deducat. Alium vero delectat addiscere musicas modulaciones quibus potest homines in quaslibet affecciones mentis commutare et plerumque a gravibus morbis eripere. Alium vero delectat philosophia que discit motus et vagos recursus siderum, quo motore ferantur, ut discat eciam vim ventorum, terrores fulgurum, iras bestiarum, naturas lapidum et plantarum; sic ceteros delectant cetera que mira sunt cognitu et cognitores suos admirandos hominibus efficiunt. Sed quem delectant hec et hiis similia admiranda, addiscat theologiam, quia omnia talia ibi sciuntur melius, nobilius et expectabilius, et omnes mutaciones quas facit natura vel alicuius sciencie artifex, que dico mutaciones sunt a priori in melius, faciet theologus opere predicacionis proporcionaliter melius et nobilius quam faciet natura vel alicuius sciencie artifex.

Theology is higher than they, and works in preaching nobler changes than any of them.

CAP. XIV.

Grossetete's praise of preaching.

Post vero iste sanctus diffuse prosequitur hoc opus misericordie secundum excellenciam declarendo: *In*

6, 7. *naturaliter* (sic) B: *n?;* A: *nihil.* 10. A: *adiuvari.* 11. Codd.: *et propter.* 14. B: *egros.* 15. A: *vero* deest. 17. A: *hec* deest. 27. A: *mira* twice. 29. B: *illis similia.* 30. A: *et* deest.

36. Iste sanctus i. e. Lincolniensis.

Digitized by Google

theologia, inquit, *agnoscet predicator omnes mutaciones proporcionaliter quas facit natura vel ars, sive sint mutaciones a meliori in peius sive a peiori in melius. Faciet autem illas solas mutaciones que sunt a peiori in melius. Curabit namque ut medicus et supra quam medicus potest facere lepram heretice pravitatis, idropisim cupiditatis, siragram tenacitatis, podagram pigricie, superacutas febres luxurie et ad mundiciam omne membrum spiritaliter curabit et curatos in sanitate conservabit. Commutabit quoque plumbios pondere peccatorum et sordibus terrestribus inpuros in auri mundiciam et splendorem, et determinante ad celestem deducet qualitatem facietque de terra celum ymmo eciam de lapide Deum. Homo namque non solum iumentis insipientibus per peccatum assimilatur sed eciam lapidibus. Conversus vero ad Deum et per dileccionem factus conformis Deo et deiformis non solum recuperat esse hominem sed esse Deum, non tamen substancialiter, quia unus solus est substancialiter Deus, creator omnium, sed denominative et nuncupative sicut Psalmista dicit: Ego dixi, dii estis etc. Similiter ad modulacionem Davitice cithare demones fugabit et oppressos a gravissimis morbis eripiet, agnoscetque et faciet omnia proporcionabiliter que mutando in melius facit natura; et si aliquis de duobus proporcionatis ad invicem proporcionatorum unum limpide agnoscit in ipsius nobilioris limpida agnicione, melius forte novit reliquum in se ipso. Unde cum omnes creature et omnes mutaciones in theologia sua habeant proporcionalia, nichil est alicuius sciencie quod in theologia plene agnita non noscatur et forte melius in ea quam in propria sciencia. Quidquid igitur est propter quod expetibilis est alia sciencia, in theologia vere apprehenditur. Hec enim vera mira facit agnoscere, vera mira facit operari, veras prestat divicias. Ad hanc ergo festinandum est amatoribus puri boni, ut per eam possint facere eximium opus misericordie et similiter amatoribus mirorum, quia hec est operatrix mirabilium verorum. Verumtamen non est ad eam ascendendum omissis gradibus sed per gradus aliarum sciencarum ad illam festinandum. Ad cetera vero opera misericordie debet nos movere persuasio Christi Jesu*

7. *siragram* i. e. *ciragram (chiragram)*. 25. A: *unde limpide*. 29. A in marg.: *Nota Crisostomum* (sic). 30. A in marg.: *Nota quod nichil est alicuius sciencie quod in theologia bene cognita non noscatur*. 37—39. B: *verum tamen – festinandum* in marg.

Digitized by Google

dicentis: Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis. Et ne hec persuasio superficietenus intelligatur, consideremus | ex similitudine quadam huius persuasionis interiorem intelligenciam, si quis vulnerat pedem alterius vere dicit lingua vulneranti: Tu vulnerasti me. Similiter dicit sananti pedem vulneratum: Tu sanasti me. Quod igitur boni vel mali pedi infertur, sibi vere ascribit lingua et caput in quo est lingua. Hoc autem facere non posset, nisi mediantibus nervis pes capiti configeretur. Si enim pedem abscisum quis percuteret, nullum caput, nulla lingua vere possit alicui dicere: Percussisti me. Si ergo propter colligacionem pedis ad linguam et caput que per nervos fit et multa media facile dissolubilia vere sibi attribuit caput: quanto magis caput nostrum Christus quod membris suis inseritur; que membra Christi capiti colligantur nervis caritatis quos neque mors neque gladius neque instancia neque futura neque aliqua alia creatura quelibet potest disrumpere. Quibusque nervis coniunguntur membra Christi ipsi capiti sine omnium distancia et mediorum interposicione. Plane igitur verum quod uni ex minimis meis fecistis etc. Sed ex hoc videtur non aliis benefaciendum esse quam hiis qui sunt membra Christi colligati ipsi nervis caritatis. Sed ad hoc dicimus quod eciam malis benefaciendum est pro Christo, hac intencione quod beneficium prestitum prosit recipientibus ad hoc ut fiant membra Christi colligati ipsi vinculo caritatis. Qui enim benefacit illi qui malus est hac intencione facit et sub hac spe tribuit ut membrum Christi fiat. Alia quoque persuasio Christi debet nos multum movere ad opera misericordie facienda per quam promittit nobis nos centuplum accepturos, sed potest infirmus aliquis huic verbo cito non credere, quia multa multos vidit dare pro Christo qui nunquam in hac vita eadem data recipient centupla nec in futura vita illa recipient. Non enim in futura vita recipiet quis denarios aut panes aut indumenta, qualia hic pro Christo distribuit. Non enim egebit quis talibus in illa celesti vita. Sed si interius consideretur ille sermo: Quicquid hic dat aliquis pro Christo, illud

358b.

5. A: *Cur vulnerasti.* 7. B: *sibi vero.* 10. *caput;* Codd.: *capit.* 10—12. A: *nulla—caput* deest. 13. A: *et intellecta.* 14. A in marg.: *Nota de predestinacione.* 18. A: *quibuscunque meritis.* 26. B: *illi vinculo.* 34. A: *centuplata.*

1. Matth. XXV, 40.

Digitized by Google

idem vere centuplum recipiet, si in celestem patriam introibit, si enim detur pauperi egenti lapillus unus aut massa luti, nichil ei datur, quia lapillus aut massa luti non potest suam indigenciam relevare. Pari racione si daretur ei denarius et eo non posset suam indigenciam relevare, nichil ei daretur immo pocius oneraretur.

Similiter, nichil est donum sed magis onus, nisi eo possit indigencia eius cui prestatur relevari; per se igitur et proprie datur indigencie et miserie relevacio. Si enim possemus sine hiis transitoriis miserorum miseriam relevare, in ipsa relevacione a miseria prestita omnibus aliis circumscriptis magnum donum dedissemus. Prestitis autem omnibus transitoriis si non possent aliquo modo eum cui prestantur a sua miseria sublevare, nichil ei daretur sed grave (ut dictum est) onus illi imponeretur.

In omnibus igitur operibus misericordie hoc solum datum est, scilicet a miseria et indigencia relevacio; et hoc recipiet unusquisque in patria scilicet a miseria sua relevacionem centuplo et amplius immo inestimabiliter amplius quam hic eam tribuerat sed centuplam dicitur recepturus, quia recipiet iam perfectam et perpetuam. Centenarius namque quia est secundus denarius et numerus cubitus perfeccionem et perpetuitatem significat, Dominus autem more sapientis et optimi retributoris hanc retribucionem centuplam nobis conservat usque ad tempus quo magis indigebimus et quo ordinacius et melius est ut nobis prestetur. Hoc autem tempus erit in exitu vite et in die iudicii: In hac tamen vita hanc centuplam retribucionem recipimus, in terra in spe quam in futuro habebimus in re. Per ista patet concordia evangelistarum et veritatis testimonium in Marco dum dicitur: Centuplum accipiet in hoc seculo, in quo sumus. Arralis quidem accepcio talis doni in mortis articulo est accepcio gloriosa.

CAP. XV.

Adhuc movet hic sanctus ad opera misericordie faciendum. *Quis,* inquit, *erit segnis ad opera misericordie, si consideret misericordias Domini factas sibi;*

1. B: *centiplatum.* 4. B: *suam* deest. 20. A: *tribuat.* 32. A: *et in hoc seculo.* 37. A: *factas igitur.*

31. Recte Matth. XIX, 29: *Centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.*

Digitized by Google

dominus Jesus Christus, o homo, te pascit in vitam eternam non pane corruptibili terrestri sed pane celesti, qui dat
358c *vitam mundo; pane,* inquam, *cocto in clibano* | *uteri virginalis, suo scilicet corpore integro, et tamen eum non*
5 *pascis in membris suis particula parva panis tui corruptibilis? Ipse te potabit suo sanguine quem pro te effudit de suo latere, et tu ei denegabis calicem aque frigide? Ipse te vestiet in anima claritate vultus sui et in corpore resurreccione luminis sicut solaris, et*
10 *tu eum non vesties operimento veteris panniculi? Ipse te suscipiet hospicio celi latissimi, et tu non suscipies sub umbra parvi tigurii, ut te egrotum visitaret in hanc vallem lacrimarum, de summis celorum descendit, et hic tuas infirmitates suscepit et in corpore suo portavit,*
15 *ut te ab omni infirmitate curaret, et tu ut in membris suis illum visites et saltem verbis consoleris ad domum vicinam non ibis? Ipse pro te liberando ab inferni carcere ad inferna discendit, et tu ut illum incarceratum in membris suis visites carcerem per te positum super terram non*
20 *infernalibus tenebris horridum sed solis et diei lumine illustratum non adibis? Revolve, o homo, in recordacione tua has misericordias Domini et earum recordacio accendat te ad miserendum illius in membris suis, qui tui tam ineffabiliter misertus est. Tuis exterioribus eum releva a*
25 *miseria qui se ipsum impendit, ut te relevaret a miseria. Sed ne opera tua exteriora fructu vite eterne careant, vide ut procedant de effectu misericordie interiori, qui (ut dictum) est amor relevandi miserum a sua miseria. Sed non est misericordia vera, nisi sit ordinata; tunc*
30 *autem ordinata est tua misericordia, cum eum quem magis debes amare, magis vis a maiori sua miseria relevare. Licet autem quilibet quemlibet debeat amare sicut se ipsum, de ordine tamen caritatis se ipsum precipue debet quilibet amare, deinde patrem et matrem*
35 *et consequenter ceteros, prout consanguineitate vel affinitate vel beneficiis vel oracione sibi coniuncti sunt. Qui igitur habet ordinatam misericordiam, primo et precipue sui ipsius miseretur et precipue amat relevare se ipsum a sua maxima miseria, hoc est, a miseria anime, a*
40 *distorcione scilicet voluntatis et a tenebris ignorancie. Nullius igitur vere miseretur homo, qui anime sue primo*

4. A in marg.: *Nota pro S* (sic). 6. Codd.: *potat.* 23. A: *miserandum.* 29. A in marg.: *Quid est misericordia.* 32. A: *debet.* 40. A: *voluntas.* 41. Codd.: *Nulli.*

Digitized by Google

non miseretur, sicut dicit Eccl. XIII. cap. et XIV, 5: Qui sibi nequam est, cui alii bonus est?

Similiter, qui ordinatam habet misericordiam in quolibet alio, a se magis vellet relevare maiorem eius miseriam, et illa est anime miseria supradicta, qui igitur vult plus relevare miserias corporales alicuius quam anime miserias, si eas posset relevare, veram et ordinatam misericordiam convincitur non habere. Opera autem exteriora misericordie ut pascere esurientem etc. tunc sunt vere elemosine, scilicet quando ab interiori misericordia vera et ordinata procedunt. Aliter enim non dicuntur elemosine nisi sicut cadaver hominis mortui dicitur homo. Proprie autem elemosine non sunt, nisi ab affectu misericordie vere vivificentur. Unde vero nomine elemosine elemosinam non facit qui anime sue primo non miseretur. Si ergo vero nomine elemosinam facit, prius anime sue miseretur, et ita ipsi omnia munda sunt, sicut dicit scriptura: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt vobis. Hec Lincolniensis.

Augustine's seventh abuse; a quarrelsome christian.

Alia (si Deus voluerit) dicenda sunt de elemosina vel operibus misericordie in secundo tractatu super illo Matthei XXV, 40: *Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis.* Sed hic videtur pertinens inserere Augustini sentenciam consequentem: *Septimus,* inquit, *abusionis gradus est christianus contenciosus, qui cum participacionem nominis Christi per fidem et baptismum suscipit, contra Christi dicta et propositum mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim quod contenditur aut propter propriam eius rei dileccionem de qua agitur, aut propter alterius amorem que sub odiosa specie latet, appetitur, quemadmodum verbi gracia bellum, animoso compugnancium conflictu cum odiosa res sit, propter amorem victorie et libertatis peragitur; et multe alie dilecte species sub odioso labore vel formidine satis contenciose expetuntur. Unde patenter colligitur nihil contendi posse, nisi propter dileccionem | speratam scilicet et subsequentem amabilem remuneracionem. Qui igitur de mundo presenti ex qua-* 358[a]

6. A: *misera.* 11. B: *procedunt. Cum enim ab ea non procedunt, non dicuntur.* 13. A: *effectu.* 15, 16. B: *si ergo — miseretur* deest; A in marg.: *Lyncolniensis.* 17. A: *ipsa.* 23. A in marg.: *Augustinus.* 24. A in marg.: *7a abusio.* 25. B: *per participacionem.* 28. A: *de quo.* 37. B: *presente.*

17. Lucae XI, 41. 23. Sti Augustini De duodecim abusionibus. Opp. tom. VI, pag. 213.

Digitized by Google

cunque causa contendit, perspicue ostenditur quod illum diligit. Quomodo ergo mundum diligi per Johannem Spiritus Sancti sermones interdicunt, quibus ait: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt? Sed re-
5 *quirendum est si in mundo aliquid sit quod amari debeat, et quid sit ille mundus quem diligi divina eloquia vetant. Terra cum nascentibus ex ea et metallis et animantibus et pulcritudine vestium et oblectacionibus ciborum et iis que ad hec pertinent non diligi precipitur, sed proximus*
10 *propter quem hec omnia facta sunt amari iubetur. Hec enim omnia predicta velut non mansura ad celestem patriam comitari nequeunt, proximi vero velut mansuri regis coheredes semetipsos licenter invicem diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet et cum mundo pariter*
15 *deficiet, et ipse mundus non amari precipitur, proximus autem qui est pars regni celestis in terra et inter ima elementa, cum regnum celorum appetentibus non incongrue amatur, dum in summa illa patria in eternum coheres habeatur. Propterea mundus presens non diligi imperatur,*
20 *ne a Dei dileccione alienus seculi dilector quisque efficiatur. Non ergo debet contendi, quod non licet amari. Igitur christianus qui nominis Christi similitudinem tenet morumque eius similitudinem habere debet. Christianus igitur nemo recte dicitur nisi qui Christo moribus coe-*
25 *quatur. De Christo vero per prophetam ita scribitur: Ecce filius meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo sibi anima mea. Ponam spiritum meum super eum. Non contendit neque clamavit neque audivit aliquis in platea vocem eius. Ecce Christus non contendit, et tu*
30 *si morum Christi similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusivus in ecclesia christianus existas. Suis enim sectatoribus Christus precepit: Nolite vocari Rabbi; unus est enim magister vester qui est Christus. Et patrem nolite vocare super terram, unus est enim pater vester*
35 *qui in celis est. Omnes enim vos fratres estis. Quibus ad supplicandum imperavit, cum diceret: Sic autem orabitis: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomen*

4. *mundo sunt?* Sequitur in textu Augustini: *Mundi enim amor et Dei pariter in uno corde cohabitare non possunt, quemadmodum iidem oculi celum pariter et terram nequaquam conspiciunt.* 14. B: *in mundo manet.* 16. B: *terra intro ima.* 17. B: *cum* deest. 23. B in marg.: *Christianus.* 29. B: *Et ecce.* 32. A: *Nolite nolite.* 35. B: *Et enim vos fratres.*

3. I. Joh. II, 15. 26. Is. XLII, 1. 27. Matth. XIII, 18. 32. Matth. XXIII, 8. 36. Matth. VI, 9.

Digitized by Google

tuum etc. Frustra igitur contendit in terra patrem habere, qui patrem et patriam profitetur se habere in celo, cuius patrie possessor nemo efficitur, nisi qui de terrene patrie contencione securus habetur.

Istum autem abusum septimum studeret papa solicite vivendo si inculpate veniet ad patriam, quia modicus error in christiano duce tam immisericorditer contencioso ducit eum directe ad tartarum.

CAP. XVI.

Sixth beatitude: Blessed are the poor in spirit.

Sequitur sexta beatitudo que sicut includit virtutes sic excludit peccata. Prima beatitudine virtus humilitas includitur et superbia excluditur, dum Christus sic loquitur: *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum.*

Secundo gradu beatitudo arralis docetur miticia et excluditur invidia atque ira, dum dicitur: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.* In tercio gradu beatitudinis docetur solicitudo in divino ministerio et excluditur mundana insolencia sive accidia, dum dicitur: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* In quarto vero includuntur temperancia et iusticia et excluduntur gula atque luxuria dum dicitur: *Beati qui esuriunt et siciunt, quoniam ipsi saturabuntur.* In quinto gradu beatitudinis includitur elemosina et excluditur avaricia, dum sic dicitur: *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.* Immo cum tam virtutes quam vicia sunt connexa, quelibet istarum beatitudinum includit omnes virtutes et excludit quecumque vicia. Unde in hoc sextu gradu beatitudinis docetur parcimonia et excluditur castrimargia, dum sic dicitur: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Super quo Augustinus: *Quam,* inquit, *stulti sunt qui Deum istis oculis exterioribus querunt, cum corde mundato videatur, sicut alibi scriptum est: Et in simplicitate cordis querite illum; hoc est cor mundum et ab omni sorde*

2. B: *se* deest. 6. A: *uniet;* B correxit: *veniet;* ib. A in marg.: *Johannes.* 8. B: *eum ducem.* 10. A: *qui sicut;* ib. A: *sic* deest. 19—22. A: *dum — luxuria* deest. 23. A: *sciciunt.* 32. A in marg.: *Augustinus.*

12. Matth. V, 3. 16. Matth. V, 4. 22. Matth. V, 6. 25. Matth. V, 7. 31. Matth. V, 8. 32. Aug. l. c., p. 167. 34. Sap. I, 1.

Digitized by Google

purum, quod est simplex et sicut lumen hoc videri non potest nisi oculis mundis et puris, ita nec Deus videtur nisi mundum sit illud quo videri potest. Multi autem habent desiderium sed cecatum quomodo Deo hic servient et beatitudinem merebuntur; et videtur quod Christus in isto verbo sexto dat breviter hanc doctrinam. 359ª Qui enim servat cor suum mundum a crimine | et exercitat in virtute, hic potest intelligi mundo corde; et cum Deum nemo vidit umquam hic in via, hoc videtur aptissimum medium ad Deum faciliter intuendum. Nam ex fide credimus quod nemo habere potest istam noticiam, nisi fuerit desuper illustratus, nec potest viator percipere divinum radium, nisi suum speculum foret clarum. Ideo medium empericum foret tam intellectum quam affectum tergere a peccato et polire ipsos virtutibus modo quo possumus hic in via; et tunc ex mundificacione speculi et abstersione macule sumus depositi Deum beatifice intueri.

God can be seen only by pure eyes.

Dupliciter, inquit Crisostomus, *est Deum videre: et in hoc seculo et in illo. In hoc quidem seculo sicut scriptum est: Qui videt me, videt et patrem meum. Mundi enim sunt corde qui non solum non faciunt malum nec cogitant sed adhuc eciam qui omne bonum et faciunt et cogitant, quia est interdum facere bonum et non cogitare, qui non propter Deum faciunt bonum sed propter aliam alteram causam. Qui autem propter Deum facit bonum, sine dubio et cogitat bonum. Qui ergo omnem iusticiam facit et cogitat mente sua, Deum videt, quoniam iusticia figura est Dei, Deus enim iusticia est. Secundum ergo quod eripuerit quis se a malis et fecerit bona, secundum hoc et Deum videt aut turbulente aut munde, aut modice aut amplius aut perfecte, aut interdum aut semper secundum possibilitatem humanam. Hoc ipso modo et qui male agit et cogitat, diabolum videt, quia omne malum diaboli est figura. In seculo autem illo modo mundi corde Deum videbunt facie ad faciem, iam non per speculum in enigmate sicut hic.*

Videtur autem istum sanctum velle sapienter dicere quod duplex est Dei visio, scilicet intuitiva, quali beati vident Deum in patria, et umbrosa, quali virtuosi vident

Two ways of seeing God 1. by direct intuition.

6. A: *hunc.* 38. A in marg.: *Johannes.*

19. Op. Imp., l. c. p. 790. 21. Joh. XIV, 9.

Digitized by Google

2. In shadow. Deum varie hic in via. De prima intelligi potest illud Joh. I, 18: *Deum nemo vidit umquam.* Et Exodi XXXIII, 20: *Non videbit me homo et vivet.* Hoc est, non vivet cum hoc vitam istam sensibilem et mundanam. Quoad visionem autem intuitivam in patria videtur dicere iste sanctus quod multum prodest visio ista enigmatica et obscura, ut videndo iusticiam et virtutes alias modo quo hic sufficimus tam per intellectum quam affectum videmus virtutem primam ad suam similitudinem inclinati; et istud est medium aptissimum viatoris ut intuicionem Dei claram in patria comprehendat. Istum ergo scolam atque studium simul intellectu et affectu debemus addiscere, cum ducat tam prospere ad intuicionem beatificam Dei claram, et cum ex fide Jacobi omnis talis noticia *desursum est descendens* a patre luminum et mens humana sit quoddam speculum ad recipiendum hunc celestem radium, dupliciter potest hoc speculum indisponi, ut dignum sit ab illo lumine radiari, scilicet per avariciam cum suis comitibus; et tunc est speculum quasi pulvere occupatum, quod si delectacionem quasi humorem habuerit incorporatum, tunc difficulter vel impossibiliter est hoc speculum emundatum. Ideo sicut Paulus precipit quod sol non occidat super iracundiam vestram, ita debet fidelis de quocumque crimine generaliter edoceri, quia crimen quodcumque inveteratum in anima potest ex diuturnitate indelebilitatem contrahere.

Man's mind is as a lookingglass which may be unfitted to reflect the heavenly ray; 1. by avarice,

2. by lust. Secundum peccatum quo speculum istud inficitur est peccatum carnis tam gula quam luxuria; in cuius testimonium mulier menstruata est humore corrupto exspirante ab oculis novum speculum inficit sive mundum, quia collecto vapore exspirante ab oculis usque ad planam superficiem speculi ex frigiditate speculi et aliis disposicionibus statim in guttam colligitur et habens virtutem penetrativam incorporatur, et proporcionabiliter fit mistice in anima de quocunque crimine delectante et specialiter de gula atque luxuria.

Et hinc debet fidelis cavere delectacionem femineam, specialiter in istis criminibus, quia generata tali macula

2. Codd.: *XXIII.* 18. A: *indignum;* A in marg.: *1.* 23. A: *emundandum.* 28. A in marg.: *2.* 31, 32. A: *novum* — *oculis* deest. 37. Codd.: *et atque.*

15. Jac. III, 5.

Digitized by Google

vel corruptela vix aut nunquam abstergitur oculis ad speculum ad Deum faciliter intuendum. Ideo medicina saluberrima est cavere de condicionibus huiusmodi corruptelam, quia speculum humani animi potest faciliter per levem moram in delectacione criminis indisponi ad Deum faciliter intuendum. Ideo quidam sapientes habent istam celestem prudenciam quod, sicut nec visu nec sensu alio nisi momentanee in obiecto delectabili immorantur, sic omnino cavent a mora diutina virtutis ad intra concupiscibilis in aliquo tali sensibili; et ad hoc iuvant devota oracio, edificatoria occupacio et honesta comitacio cum sibi similibus; et omnia ista cum multis aliis
359b adhuc nobis incomprehensibilibus | docet Christus per hoc verbum sapiencie: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Unde quidam imprudenter hic mussitant: Si aliquis humanus spiritus clare videbit Deum in beatitudine ante diem iudicii; et dicitur papam cum suis complicibus tenere partem negativam; et ex hoc capiunt multi argumentum topicum quod sit falsum, cum sit eis verisimile quod mater Christi, Paulus et sancti ceteri non sunt in purgatorio usque ad diem iudicii; et carencia visionis divine videtur esse una de penis maximis quas habebunt homines expurgandi; ideo verisimile est quod non omnes spiritus separati a corpore habebunt equalem moram in purgatorio, scilicet usque ad diem iudicii inclusive, cum Christus promisit latroni quod *erit secum hodie in paradiso*, id est, in celesti gaudio. Que ergo evidencia negandi quod spiritus beati videbunt ante diem iudicii Deum clare in patria, licet tunc fuerit hec visio roborata? Spiritus ergo translati de limbo penetrarunt celum cum Christo, quia plene fuerunt stantes in purgatorio, quia aliter anime sancciores in spe plus languerunt usque ad iudicium pro beatitudine, et sic usque ad illud forent ille anime plus in purgatorio cruciate, et perirent papales indulgencie de absolucione a pena et culpa et canonizaciones sanctorum ecclesie quos adorat ecclesia tamquam in beatitudine. Sicut ergo presciti ante diem iudicii descenderant

Question idly raised as to whether the saints enjoy the beatific vision. The pope said to hold the false view.

1. Codd.: *tela; corrup-* deest. 3, 4. A: *est — corruptelam* deest; rectius: *corruptelis.* 5. A: *lenam* 6. Codd.: *quidem.* 10. A: *alico.* 16. A in marg.: *Questio de visione clara aute diem iudicii.* 21. A: *sint.* 22. A: *visionis divine* deest.

14. Matth. V, 8. 27. Lucae XXIII, 43.

Digitized by Google

ad infernum, sic predestinati volabunt in spiritu ante diem iudicii finalis ad celum.

CAP. XVII.

Seventh beatitude: Blessed are the peace makers.

Sequitur septimus gradus beatitudinis sub hiis verbis: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Super quo Augustinus: *In pace quidem perfeccio est ubi nihil repugnat, et ideo pacifici filii Dei sunt, quia nichil resistit Deo, et utique filii similitudinem patris sui habere debent. Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi motus componunt et racioni subiciunt, id est menti et spiritui, carnalesque concupiscencias habentes edomitas fiunt regnum Dei; in quo ita ordinata sunt omnia, ut ad quod est in homine precipuum et excellens et nobilissimum, hoc imperaret ceteris non reluctantibus, que sunt nobis bestiisque communia, atque id ipsum quod excellit in homine, id est, mens et racio, subiciatur pociori et alciori se, quod est ipsa incommutabilis et eterna veritas unigenitusque filius Dei. Neque enim imperare potest inferioribus, nisi superioribus se subiciat. Hec est autem pax que datur in terra hominibus bone voluntatis, hec vita consummati perfectique sapientis. De huiusmodi regno pacatissimo et gaudifluo et ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi qui perversis inordinatisque dominatur. Hac pace intrinsecus constituta atque firmata quascunque persecuciones ille qui foras missus est forinsecus concitaverit auget gloriam, que secundum Deum est non aliquid in illo edificio labefactans sed deficientibus machinis suis facere innotescens sive innotescere faciens quanta firmitas intus instructa sit a Deo.*

Hec verba Augustini plenius explanata necessitarent fideles ad pacis concordiam et moverent sathane filios ad suas irritaciones atque discordias abscondendum.

Crisostomus autem sic loquitur: *Pax est unigenitus Deus, de quo ait Apostolus: Ipse enim est pax nostra. Qui ergo pacem diligunt filii sunt pacis. Pacifici autem non solum dicuntur qui inimicos in pace reconciliant,*

6. A in marg.: *Augustinus.* 13. A: *et nobilissimum* deest. 19. A: *se ipse.* 33. A in marg.: *Crisostomus.*

4. Matth. V, 9. 6. Augustini De sermone Domini in monte l. c. p. 167. 33. Op. Imp., l. c 790. 34. Eph. II, 14.

Digitized by Google

sed eciam illi qui immemores sunt malorum, ipsi diligunt pacem. Multi enim sunt qui alienos quidem inimicos libenter in pace reconciliant et ipsi inimicis suis nunquam ex corde reconciliantur. Illi tales sunt illusores pacis, non amatores. Pax enim illa beata est, que in corde posita est, non in verbis. Vis cognoscere quis est vere pacificus? Audi prophetam dicentem: Cohibe linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur dolum, id est, lingua tua malum sermonem non dicat. Sicut enim ignis de modica scintilla magnum conflat incendium, ita et sermo malus de levi occasione magnam succendit inimiciciam. Illius labia loquuntur dolum, qui pacem servat in labiis et maliciam servat in corde. Si christianus es, aut quod
350° *loquaris hoc | cogita, aut quod cogitas hoc loquere. Diverte a malo et fac bonum. Non dixit: Noli accedere ad malum sed recede a malo. Sciens igitur misericors Deus incontinenciam nostram, quoniam si dixisset: Noli accedere ad malum, aut pauci aut nullus hoc poterat adimplere. Nam pene omnes homines parati sumus ad malum. Ideo sic dicit: Bonum quidem fuerat, si non accederes ad malum. Si autem quasi homo nature carnalis motibus excitatus accessisti ad malum vel iam saltem propter consideracionem divini timoris, recede a malo, quoniam accedere ad malum forsitan secundum carnem humane infirmitatis est, permanere autem in malo et exequi malum malignitatis est, non infirmitatis. Item inquire pacem et sequere eam. Non dicit: Si te pax sequatur, suscipe eam; sed etsi te fugerit, sequere eam, ut puta, si quod humanum est cum aliquo feceris litem, si quidem ille te prius invitat ad pacem, pax sequitur, cum gaudio suscipe eam. Quod si ille quasi malus permaneat in malo, pax absconditur ab oculis tuis, tu quasi filius pacis pulsa ianuam pacis; et hoc est inquirere pacem. Nec dicas: ille mihi prior iniuriam fecit et prius debet me rogare. Gloriosior es tu, si nocitus pacem pecieris quam si nocens. Quere ergo pacem, ut invenias premium pacis. Beati enim pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Hec Crisostomus.

Totum autem lucrum quod homo reportat de bellis istis vel litibus videtur stare in mundi gloria vel in cupidine temporalium quesitorum. Quantum ad mun-

From war man can gain only worldly glory or riches.

3. A: *in pacem.* 12. A: *pacem loquuntur.* 38. A in marg.: *Johannes.*

7. Psalm. XXXIII, 14. 15. ib., 15. 26. ib.

Digitized by Google

danam gloriam videtur quod sit vana et faciens homines superbire et multipliciter dirimens caritatem; et quantum ad cupidinem rerum mundi certum est secundum Apostolum quod *radix omnium malorum est* talis *cupiditas.* Unde cum pauperes extravagantes mo- 5 ventur ex superbia ad actus tales bellicos, notandus est Augustinus de abusu octavo:

Augustine's eighth abuse; a poor man who is prood.

Octavus, inquit, *abusionis gradus est pauper superbus qui nichil habens, in superbiam extollitur, cum e contrario divitibus seculi non superbe sapere per Apostolum im-* 10 *peratur. Quid ergo stolidius potest fieri quam illum qui per infimam miseriam velut in terra abiectus et extremus et humilis incedere et contristari debuerat supercilioso superbie tumore inflatam mentem contra Deum erigere? Per quod vicium lapsi corruerunt, qui in summo* 15 *celi conditi erant culmine. Sed ne de paupertate sua tristiciam habeant, quid a Deo recepturi sunt, pauperes attendant. Ipse enim inquit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Beata namque dispensacione misericors iudex celi regnum illis committit, quibus regni* 20 *terreni participacionem inter mortales abstulit, ut ipse dives in celi sede appareat, qui in terra nichil penitus procurat. Cavendum ergo pauperibus est, ne dum per necessitatem terre regnum pretereunt, per mentis imprudenciam eciam celorum regna amittant. Cum enim Dei* 25 *dispensacione paupertatem necessariam acceperint, in ipsorum arbitrio pendet, utrum pauperes spiritu sint. Non quibusdam namque pauperibus celi regnum promittitur, sed his tantummodo in quibus diviciarum inopiam animorum humilitas comitatur. Pauper enim humilis pauper* 30 *spiritu appellatur, qui enim egenus foris cernitur, numquam in superbiam elevatur; quoniam ad appetenda regna celorum plus valet mentis humilitas quam presencium diviciarum temporalis paupertas. Et enim humiles qui divicias bene possessas habent, possunt pauperes spiritu* 35 *vocari et superbos nichil habentes, haud dubium est beatitudine paupertatis privari. De quibus utrisque sancta scriptura ita loquitur dicens: Est quasi dives, nichil*

8. A in marg.: *Octava abusio.* 12. A: *infamiam miseriam.* 19. A: *celorum* deest. 24. B: *preteriunt.* 27. A: *sunt.* 28. A in marg.: *Pauper humilis et pauper spiritu.* 34. B: *Eciam enim;* correxit. 36. A: *et* deest.

4. I. Tim. VI, 10. 8. St. Augustinus, l. c. p. 214. 11. I. Tim. VI, 17. 18. Matth. V, 3. 38. Prov. XIII, 7.

Digitized by Google

habens, et est pauper in multis diviciis; pauper ergo in multis diviciis est dives humilis spiritu et nichil habens quasi dives est pauper superbus affectu mentis. Nobilis ergo inopia est mentis humilitas, et inepte divicie sunt
359[d] *morum | enormitas. Providendum ergo pauperibus est, ut semetipsos quales sint intelligant et quod rebus consequi non valent, mentis tumore superbire desinant.*

Et patet quomodo excessive divicie sunt inutiles ad beatitudinem adquirendam, materia contencionum et aliorum criminum et inhoneste onerant viatores. Inhoneste dico, quia secundum fidem scripture sunt stercora que suos amatores deprimunt ad infernum.

CAP. XVIII.

Ut ista materia propter eius fructum fiat planior, est parum amplius dilatanda. Et primo videndum est quod peccatum vere paci contrarium originat ista bella. Sed secundo videndum est quis status viancium sit causa horum bellorum et impedit veram pacem. Pro primo notandum quod, sicut duplex est natura hominis scilicet corporis et spiritus, sic proporcionabiliter competit sibi duplex pax, scilicet corporalis et pax anime spiritualis. Pax autem corporalis vocatur inturbacio que corpus hominis intrinsecus molestat. Et ista pax quia sensibilis est a multis viatoribus appetita. Pax autem animi est mentis tranquillitas quoad Deum, et sicut anima est melior corpore, sic hec pax est infinitum melior quam hec prima. Et de illa pace locutus fuit Christus, Joh. XIV, quando pacem suis discipulis tam multipliciter fuerat imprecatus. Ista autem pax melior stat communiter cum persecucione corporis hic in via. Sic enim Christi discipuli habuerunt hanc pacem que eis dari a tanto domino consonabat, et tamen communiter usque ad mortem fuerant crudeliter persecuti. Et sic potest intelligi scriptura que dicit quod Christus *pacem reliquit suis discipulis* (ut patet Joh. XIV, 27), et cum alibi dicit quod *non venit pacem mittere in terram sed gladium.* Tales autem equivocaciones propter scripture

Sin is the cause of war.

Peace is of two kinds, bodily and spiritual.

Spiritual peace the best.

15. A in marg.: *1.* 17. A in marg.: *2.* 18. A in marg.: *Johannes.*
21. A: *corporalis pax et pax.* 23. B: *molestaret.*

28. Joh. XIV, 27. 36. Matth. X, 34.

Digitized by Google

consonanciam sunt notande. Quamvis vero pax corporalis sit longe abieccior quam pax spiritualis, tamen eligibilis est tamquam bonum, cum sit medium ad pacem animi inducendum. Et sic fideles eliciunt quod nobiles laborantes fideliter pro hac pace corporis adquirenda, in hoc militant apud Deum nobilius quam facerent reges plurimos cum gente sua viriliter prosternendo vel regna multa in hereditatem periodicam conquirendo. Patet ex hoc quod finis vel fructus est melior. Nam unus finis inducit ad pacem animi et consequenter ad beatitudinem obtinendam, et alius finis est allectivus ad superbiam ac inimiciciam et multa alia dampna animi que germinant ex hoc malo. Et ideo nobiles si faciant ex sua sollicitudine finem laudabilem, sunt propterea magis laudandi quam erunt propter quascunque victorias vel conquestus quoslibet quos fecerunt. Quis (inquam) fidelis dubitat quin concordia caritatis quoad bonum anime ad beatitudinem dirigens sit infinitum melior quam vocatum bonum vocati conquestus et victorie cum omnibus suis appendiciis que regno per talem victoriam adquiruntur? Honor quidem mundanus est labilis atque vanus et adquirit vanam gloriam ac provocat ad invidiam atque iram; et lucrum adquisitum regno per talem laborem cedit sibi ad deterius quoad bonum anime et statim labitur quoad pauperes indigentes. Nec dubium quin ex quocunque genere peccati bellum isti paci contrarium poterit exoriri, ut communiter ex superbia qua una gens vel regnum appetit super alio dominari gignitur inimicicia atque bellum. Ex hoc eciam quod unum regnum est avidum non super temporalibus que sibi adveniunt contentatum, stimulatur per avariciam ad sic proximum invadendum. Gula autem gignens in belligeris petulanciam et peccata predicta consequenter provocat hos ad bella. Luxuria vero est mater specialis bellorum, quia secundum philosophos omne animal tempore coitus est habundancius bellicosum. Talis ergo amor illicitus excitat communes in multis gradibus ad bellandum.

Bodily peace also good, since it makes for spiritual peace.

To strive for peace is better than great victories.

Any sin may cause war.

Nec dubium quin abusus potest esse in multis statibus ad pacem huiusmodi dirumpendum, ut reges et principes

Faults in different classes of men;

5. A: *in hac pacem.* 8. A: *pariodicam.* 17. A: *non dubitat;* B: correxit. 19. A: *bonum* deest. 30. Codd.: *accidum.* 32. A: *vadendum.* 35. A: *cum secundum.* 39. A in marg.: *B.*

Digitized by Google

eis subditi per superbiam inanis glorie sunt sepius ad bella talia excitati. Sacerdotes autem et fratres precipue qui omittunt predicare populo bonum pacis et exaltant bonum victorie quod est per tale bellum fratribus et sectis aliis communiter adquisitum et hinc sunt proni ad aggrediendum bella in personis propriis. Immo pape et superiores ecclesie consenciunt communiter pugnis talibus propter lucrum et vulgus propter bonum quod 360ª videt | ad oculum, ita quod exanimatis sectis multis cognosci possunt patenter filii sathane et filii pacis et quomodo sunt a filiis Dei numerosius separati. Christus enim est rex pacificus qui amministrat pacem talem et fructum eius in patria. Et Antichristus sibi adversans amans oppositum est sathanas in abstracto. Et ex hoc sequitur quod ipse cum suis sit filius Belial, quod est peius quam pauperies vel tribulacio contraria inferenda; et sic excitacio cleri, et specialiter dimissio evangelizandi eorum que ad pacem sunt, est mater non modica talis belli. Et cum omnia bella talia originantur ex amore temporalium que per clerum possessionatum a dominis temporalibus sunt insorpta, cum clerus possessionatus in Anglia plus habet de tali dominio quam domini temporales, non mirum si sathanas per suos procuratores excitat sic populum ad bellandum, cum non sit dubium quin honor victorie et peripsimata temporalium sunt magnum incitativum uni regno ad aliud invadendum. Et sic ignorancia pacis Christi et fructus qui ab ea provenit est causa precipua quare bella talia sunt in populo usitata. Unum opus precipuum christianorum et regis specialiter est destruere ista bella et facere filios Dei quod excedit usitata miracula de filiis sathane; et ad hoc debent movere modis suis singuli christiani. Et moveret ad hoc dictum evangelii dicentis quod *pacifici filii Dei* a Deo indubie non false sed veraciter *vocabuntur*. Et iste titulus paterne hereditatis quodammodo infinite excedit omnia ista bona. Et ad idem valet detestacio abusus septimi de christiano contencioso cum aliis dictis Domini satis multis que demonstrant ex fide quod fructus huius pacis est infinitum prestancior

Kings are stirred to war by pride. Priests by greed.

10. A: *a filiis pacis.* 15. A: *sit filius* deest. 23. A: *non mirum quod.* 29. A: *visitata.*

34. Matth. V, 9.

Digitized by Google

quam fructus terreni dominii vel aliquid directe consequens ad hec bella.

Augustine's ninth abuse; a wicked king.

Unde Augustinus de abusu nono sic loquitur:

Nonus, inquit, *abusus est rex iniquus, qui cum iniquorum rector esse debuerit, licet in semetipso nominis sui dignitatem non custodiat, nomen tamen regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores cum iniqui sunt, non corrigit? Quoniam in iusticia regis exaltatur solium et in veritate regis solidantur gubernacula populorum. Iusticia vero regis est neminem iniuste per potenciam opprimere, sine acceptacione personarum inter virum et proximum suum iuste iudicare, advenis et pupillis et viduis defensor esse, cohibere furta, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos et histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas et periurantes vivere non sinere, ecclesias defendere, pauperes elemosinis alere, iustos super regni negocia constituere, senes et sapientes et sobrios consiliarios habere, magorum et ariolorum pythonissarumque supersticionibus non intendere, iracundiam suam differre, patriam fortiter et iuste contra adversarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus animum non elevare, cuncta adversa pacienter tolerare, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impie agere, certis horis oracionibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. Hec regni prosperitatem in presenti faciunt et regem ad celestia regna meliora perducunt. Dicit enim scriptura: Ve enim terre cuius rex puer est et cuius principes mane comedunt. Qui vero regnum secundum hanc legem non dispensant, multos nimirum adversitates tolerant impii. Idcirco enim pax populorum sepe rumpitur et offendicula eciam de regno suscitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur et servicia populorum prepediuntur, multi et varii dolores prosperitatem regni inficiunt, carorum et liberorum mortis tristiciam conferunt, hostium incursus provincias undique vastant, bestie armentorum pecorumque greges dilacerant, tempestates aeris et emisperia turbata terrarum fecunditatem et maris ministeria prohibent et aliquando fulminum*

1, 2. A: *dicente consequens.* 3. B in marg.: *9.* 4. A in marg.: *Nona abusio.* 5. A in marg.: *Nota Augustinum.* 11. A in marg.: *Justicia regis.* 38. B: *tempestas.*

4. St. Augustini, l. c. p. 214. 26. Eccle. X, 16.

Digitized by Google

360b *ictus segetes et arborum flores et pampinos exurunt.* | *Super omnia vero regis iniusticia non solum presentis imperii faciem fuscat, sed eciam filios suos et nepotes, ne post se regni hereditatem teneant, obscurat. Propter* 5 *piaculum enim Salomonis regnum domus Israel Dominus de manibus filiorum eius dispersit et propter iusticiam David regis lucernam de semine eius semper in Jerusalem reliquit. Ecce quantum iusticia regis seculo valeat, intuentibus perspicue patet. Pax populorum est testamentum* 10 *patrie, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terre fecunditas, solacium pauperum, hereditas filiorum, et sibimet ipsi spes future beatitudinis. Attamen sciat rex quod sicut in throno hominum primus constitutus* 15 *est, sic et in penis si iusticiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes namque quoscunque peccatores sub re in presenti habuit, supra se modo plagabili in illa pena futura habebit.*

Hec Augustini sentencia sufficeret ad cuiuscunque 20 regis terreni regimen atque regni.

CAP. XIX.

Octava beatitudo sequitur in hec verba: *Beati qui persecucionem pacientur propter iusticiam, quoniam ipsorum et regnum celorum.* Videtur Augustinus notare quomodo 25 primus gradus beatitudinis de humilitate et octavus gradus de finali persecucione merentur regnum celorum. Primus propter causam predictam et ultimus propter finalem perseveranciam. Sicut enim in successione dierum octavus dies est primus replicatus, sic habens 30 hos septem gradus beatitudinis et in illis circulariter confirmatus quod vult sine fine usque ad mortem stare propter iusticiam, signanter habet regnum celorum, quamvis ante ipsum non tunc plene habeat in fructu. Est tamen in disposicione propinquissima ut ipsum 35 habeat; ideo sicut existens in ianuis dicitur esse in domo, sic existens in illa finali et iniciali persecucione dicitur

Eighth beatitude: Blessed are they that are persecuted for righteousness sake.

3, 4. B: *ut post se.* 11, 12. B: *severitas maris.* 19. A: *Augustinus.* 22. A in marg.: *Augustinus.* 26. A: *meretur.*

5. III. Reg. XI, 31. 22. Matth. V, 10. 24. De sermone Domini in monte, l. c. p. 168.

Digitized by Google

esse in regno celorum, quia tota sua conversacio a principio usque in finem fuit in celis et iam existens in gradu ultimo quasi limen regni ingreditur. *Videtur michi*, inquit Augustinus, *septiformis operacio Spiritus Sancti, de qua Isaias loquitur hiis gradibus sentenciisque congruere. Sed interest ordinis: nam ibi enumeracio ab excellencioribus cepit, hic vero ab inferioribus. Ibi namque incipit a Dei sapiencia et desinit ad timorem Dei, sed inicium sapiencie timor Domini est. Quapropter si gradatim tamquam ascendentes numeremus, primus gradus ibi est timor Domini, secundus pietas, tercius sciencia, quartus fortitudo, quintus consilium, sextus intellectus, septimus sapiencia. Timor Domini congruit humilibus, de quibus hic dicitur: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, id est, non inflati, non superbi, non alti, non apud se magni, quibus Apostolus dicit: Noli altum sapere, sed time, id est, noli extolli.*

Pietas congruit mitibus; qui enim pie querit sacram scripturam, honorat eam opere et mente et non reprehendit, quod nondum intelligit et propterea non resistit, quod est mitem esse. Unde hic dicitur: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt hereditate terram.

Sciencia congruit lugentibus qui iam cognoverunt in scripturis quibus malis vincti teneantur, que tamquam bona et utilia ignorantes appetiverunt, de quibus hic dicitur: Beati qui lugent.

Fortitudo congruit esurientibus et sicientibus iusticiam. Laborant enim gaudium desiderantes de veris bonis et amorem a terrenis et corporalibus avertere cupientes, de quibus hic dicitur: Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam.

Consilium congruit misericordibus; hoc enim unum remedium est de tantis malis evadendi ut dimittamus, sicut nobis dimitti volumus et adiuvemus in quo possumus alios, sicut et nos in quo non possumus cupimus adiuvari, de quibus dicitur: Beati misericordes.

7, 8. A: *hic vero — namque incipit* deest. 14, 15. A: *quoniam — celorum* deest. 16. A: *Apostolus* deest. 19. A: *scriptura.*

3. De sermone Domini in monte, l. c. p. 169; ib. Is. XI, 2. 8. Eccli. I, 16. 16. Rom. XI, 20. 21. Matth. V, 4. 26. Matth. V, 6.

Digitized by Google

Intellectus congruit mundis corde tamquam purgato oculo quo cerni possit quod oculus corporeus non vidit
360ᵃ *nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, de quibus* | *dicitur: Beati mundo corde.*

5 *Sapiencia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusque iam motus adversus racioni est rebellis, sed in cunctis obtemperant spiritui hominis, cum et ipsi obtemperent Deo, de quibus dicitur: Beati pacifici.*

Unum autem premium quod est regnum celorum pro
10 *his ipsis gradibus varie nominatur. In primo sicut oportuit positum est regnum celorum, quod est perfecte summeque sapiencie anime racionalis: Sic itaque dictum est: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, tamquam diceretur: Inicium sapiencie timor Domini.*

15 *Mitibus autem promittitur hereditas tamquam testamentum patris cum pietate querentibus: Beati mites, quoniam ipsi hereditate terram possidebunt.*

Lugentibus promittitur consolacio tamquam scientibus quid amiserint et quid mercati sunt: Beati qui lugent,
20 *quoniam ipsi consolabuntur.*

Esurientibus et sicientibus iusticiam saturitas promittitur tamquam refeccio laborantibus fortiterque dimicantibus ad salutem: Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur.

25 *Misericordibus namque misericordia promittitur tamquam vero et optimo consilio utentibus, ut hoc eis exhibeatur a potenciore quod invalidioribus exhibent. Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus.*

Mundis corde facultas Deum videndi promittitur tam-
30 *quam purum oculum ad intelligenda eterna gerentibus: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Pacificis Dei similitudo promittitur, tamquam perfecte sapientibus formatisque ad imaginem Dei per regeneracionem hominis renovati: Beati pacifici, quoniam ipsi filii
35 *Dei vocabuntur.*

Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut completa in apostolis esse credimus. Nam illa omnimoda et in angelicam formam mutacio que post hanc vitam

6. A: *aversus.* 7. B: *contemperant.* 8. A: *obtemperent.*
36. A: *hac parte.*

2. Is. LXIV, 4. 5. I. Cor. II, 9. 14. Eccli. I, 16. Psalm. CX, 10. Prov. IX, 10.

Digitized by Google

promittitur in illis verbis explicari potest: Beati ergo qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, quoniam ipsorum est regnum celorum. Hec octava sentencia que ad caput redit perfectumque hominem declarat, significat et forte circumcisionem octavo die in testamento veteri, et resurreccionem post sabbatum, qui est utique octavus idemque primus dies; et celebracionem feriarum octavarum quas in regeneracione novi hominis celebramus et numero ipso Pentecostes. Nam septenario numero sepcies multiplicato, quo fiunt quadraginta novem quasi octavus additur, ut quinquaginta compleantur et tamquam ad caput redeatur, quo die missus est Spiritus Sanctus, quo die regnum celorum ducimur et hereditatem accipimus et consolamur et pascimur et misericordiam consequimur et mundamur et pacificamur; et ita perfecti omnes extrinsecus illatas molestias pro veritate et iusticia libenter sustinemus.

Crisostomus autem sic loquitur: *Non dixit beati, qui a gentibus persecucionem paciuntur, ne putes illum solum beatum qui persecucionem patitur propter idola non colenda. Ideo et qui ab hereticis persecucionem patitur propter veritatem non relinquendam beatus est, quia propter iusticiam patitur. Gentiles enim Christum denegant; heretici autem veritatem ipsius. Qui autem Christi veritatem denegant, ipsum denegant Christum. Christus enim veritas est. Et ideo heretici qui non propter Christum persecucionem faciunt sed propter veritatem Christi in prima facie christiani videntur; revera autem gentiles sunt. Et non solum hereticus, sed et si aliquis ex potentibus qui videntur esse christiani forsitan propter peccata sua correptus factus fuerit, beatus est cum Johanne. Nam et Johannes neque propter gentilitatem neque propter heresim interfectus est, sed quia corripiebat Herodem propter adulterium eius. Sed omnes prophete neque a gentilibus regibus sed de suis occisi sunt, non propter gentilitatem sed quia corripiebant eorum peccata. Si autem quis a suis ipsis propter causam Dei aliquid patitur*

1. A: *exponi potest.* 9, 10. A: *multiplicacio.* 11, 12. A: *redit ad caput.* 15. A: *atque ita.* 16. A: *libenter* deest. 18. B in marg.: *Note processum;* A in marg.: *Crisostomus.* 34. B: *et* deest. 36. A: *a gentibus sed de.*

18. Op. Ev., l. c. p. 791.

Digitized by Google

non habet mercedem nec prophete habuerunt; si autem verum est quod prophete martyres sunt, sine dubio et qui propter causam Dei aliquid patitur, etsi a suis patitur, mercedem habet; ideo non posuit scriptura personas persequencium sed solum causam persecucionis, ut non aspicias quis te persequitur sed ut quid te persequitur. 360[d] *Quid ergo? Si quis te | persecutus fuerit non propter causam Dei sed propter privatam rem, ut puta ut auferat aliquam rem tuam, ille quidem qui sine causa te persecutus fuerit reus est. Tu autem beatus non es, quia non propter iusticiam persecucionem passus es sed propter causam privatam. Plane si volueris illud adimplere quod dictum est: Qui te percusserit in unam maxillam prebe illi et alteram; et qui vult auferre que tua sunt, noli vetare, tunc vere beatus es, quoniam et si ab inicio non propter causam Dei persecucionem paciebaris, postea tamen aut damnum aut iniuriam passus es propter Deum. Si autem restiteris eciam cum peccato et non potueris pati, beatitudinis perdidisti mercedem.*

CAP. XX.

Christ's words addressed to the apostles.

Sequitur verbum directum Christi apostolis sermoni illi presentibus: *Beati*, inquit, *eritis, cum maledixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint omne malum adversum vos mencientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis.* Super quo Augustinus: *Animadvertat quisquis delicias huius seculi et facultates rerum temporalium, querat in nomine christiano intrinsecus esse beatitudinem nostram, sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicitur: Omnis gloria vel pulcritudo filie regis intrinsecus: nam extrinsecus maledicta et persecuciones et detracciones promittuntur. De quibus tamen magna merces in celis est, que sentitur in corde per pacienciam eorum qui iam possunt dicere: Gloriamur in tribulacionibus, scientes quia tribulacio pacienciam operatur, paciencia probacionem, probacio vero*

Augustine's commentary.

6. A: *sed — persequitur* deest. 13. A: *percussit ad unam.* 19. B: *mercedem* deest. 26. A in marg.: *Augustinus.* 28. A: *de* deest. 33. A: *qui tam possunt.*

22. Matth. V, 11, 12. 26. De sermone Domini in monte, l. c. p. 170. 29. Psalm. XLIV, 14. 34. Rom. V, 3.

Digitized by Google

spem, spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum qui datus est nobis. Non enim illa perpeti fructuosum est, sed ista pro Christi nomine non solum equo animo sed eciam cum exultacione tolerare. Nam multi heretici nomine christiano animas decipientes multa talia paciuntur, sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non dictum est tantum: Beati qui persecucionem paciuntur, sed additum est: Propter iusticiam. Ubi autem sana fides non est, iusticia esse non potest, quia iustus ex fide vivit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant, quia similiter ubi caritas non est, iusticia esse non potest: Dileccio enim proximi malum non operatur. Quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est ecclesia.

Queri autem potest quid intersit quod ait: Cum vobis maledicent et Dicunt omne malum adversum vos: cum maledicere, hoc sit, malum dicere.

Sed aliter maledictum iactatur cum contumelia coram illo cui maledicitur, sicut Domino nostro dictum est: Nonne verum dicimus nos quia Samaritanus es et demonium habes? Aliter cum absentis fama leditur, sicut de illo scribitur: Alii dicebant quia propheta est, alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas.

Videtur istum sanctum dicere quod maledicere sit in presencia inferre homini contumeliam sed dicere malum adversus eum est communius, sive hoc fiat in sua presencia sive absencia.

Persequi, inquit Augustinus, *est vim inferre vel insidias appetere quod fecit qui eum tradidit et qui eum crucifixerunt. Sane hoc non est nude positum, ut diceretur: Et dicunt omne malum adversum vos; sed additum est: Mencientes. Additur eciam: Propter me. Propter eos additur, puto, qui volunt de persecucionibus et de fame sue turpitudine gloriari; et ideo dicere ad se pertinere verba Christi, quia multa de illis dicuntur mala, cum et vera dicantur, quando de illorum errore dicuntur; et si aliquando eciam nonnulla falsa iactantur, quod temeritate hominum plerumque accidit, non tamen propter Christum*

16. A: *nos.* 21. Codd.: *Et aliter.* 33. A: *additum est puto.* 36. B: *et de illorum.*

9. Habacuc II, 4. 10. Rom. I, 17. 13. Rom. XIII, 10. 20. Joh. VIII, 48. 22. Joh. VII, 12.

Digitized by Google

ista paciuntur. Non enim Christum sequitur qui non secundum veram fidem et catholicam disciplinam vocatur christianus.

Gaudete, inquit, *et exultate, quoniam merces vestra*
5 *multa est in celis. Non hic puto celos dici superiores huius mundi visibilis partes. Non enim merces nostra, que inconcussa et eterna esse debet, in rebus volubilibus et temporalibus collocanda est, sed in celis dictum puto, in spiritualibus firmamentis, ubi habitat sempiterna*
361* *iusticia, in quorum | comparacione terra dicitur anima iniqua cui peccanti dictum est: Terra es et in terram ibis. De quibus celis dicit Apostolus: Nostra conversacio in celis est. Senciunt ergo istam iam mercedem, qui gaudent in bonis spiritualibus, sed ex omni parte perficietur, cum*
15 *mortale hoc induerit inmortalitatem. Sic enim persecuti sunt,* inquit, *prophetas, qui ante vos fuerunt. Nunc autem persecucionem generaliter posuit et in maledictis et in dilaceracione fame et bene exemplo adhortatus est, quia vera dicentes solent pati persecucionem: nec tamen ideo pro-*
20 *phete antiqui timore persecucionis a veritatis predicacione defecerunt.*

Et Crisostomus sic scribit: *Beati eritis, cum vos ex-* Chrysostom.
probraverint homines. Postquam locutus est de persecucionibus sustinendis, tamquam si respondeat quis ad
25 *eum: Domine, quid si persecucionem talem passi non fuerimus propter te vel propter iusticiam in opprobrium tuum sed in opprobrium venerimus et blasphemiam hominum iniquorum? Beati,* inquit, *eritis, non solum cum persecucionem passi fueritis, sed eciam cum exprobraverint*
30 *vos homines. Ecce multi homines propter causam quidem Dei fiant vobis inimici, sed non aperte vos persequuntur, forsitan quia nec possunt, tamen circumeuntes omnia blasphemant vos et dicunt de vobis que sunt probrosa. Beati eritis, cum vos exprobraverint homines et dixerint*
35 *omne malum adversus vos mencientes propter me. Sicut enim verum est quod qui calicem aque nobis porrexerit, merces eius non perit, sic qui vel unius verbi levissimi vobis iniuriam fecerit, iniuria nostra vacua non erit a*

12. A: *quoniam nostra.* 16. A: *ante nos.* 22. A: *sic* deest.
32, 33. A: *circumierunt omnia blasphemat.*

4. Matth. V, 12. 11. Gen. III, 19. 13. Phil. III, 20.
15. Matth. V, 12. 22. Op. Imp., l. c. p. 791. 35. Matth. X, 42.

Digitized by Google

mercede. Ut ergo quis propter blasphemiam sit beatus, duo hec convenire debent, ut et mendaciter blasphemetur et propter Deum. Alioquin si unum defuerit, iam non est beatitudinis merces, ut puta, si quid dixerit de te quod est turpe mendacium, sed non propter causam 5 *Dei, sed propter privatam aliquam inimiciciam dolens; ille quidem peccavit, tu autem mercedem iusticie non habes, nisi forte cum possis blasphemare, non blasphemasti propter iusticiam Dei, aut cum possis te revindicare, non revindicasti; et tunc beatus es et causa privata facta est tibi* 10 *causa Dei. Quod si propter causam quidem Dei blasphematus es, cum malum quod dictum est de te verum est: non es beatus, quia verum est dictum de te. Et illa blasphemia pertinet tibi non ad mercedem iusticie sed ad vindictam peccati. Ideo utrumque posuit: et mencientes* 15 *et propter me.*

Gaudete. Quare? Quia merces vestra multa est in celis. Ponderate confusionem terrenam cum gloria celesti et videte si non multo levius est quod patimini super terram quam quod expectatis in celis. Sed forte dicis: 20 *Quis potest blasphematus mendaciter non dico gaudere sed vel magnanimiter ferre? Quisquis vana gloria non delectatur. Qui enim concupiscit que sunt in celo, opprobria non timet in terris. Nec cogitant quid loquentur homines propter ipsum, sed quid iudicet Deus de illo. Qui enim* 25 *letatur de laude hominum et quantum letatur tantum contristatur ille de vituperio hominum; qui autem de laude hominum non extollitur nec de vituperacione humiliatur. Unusquisque ubi gloriam querit illic timet confusionem. Qui gloriam querit in terris confusionem timet* 30 *in terris; qui autem gloriam non querit nisi tantummodo apud Deum, confusionem non timet nisi tantummodo Dei. Si miles periculum belli sustinet, dum sperat victorie predam, quanto magis vos opprobria mundi non debetis timere, qui regni celestis premium expectatis?* Hec Cri- 35 sostomus.

Et videtur quod hec verba Domini non solum ad preteritorum solacium extenduntur sed ad consolacionem presencium qui in causa Domini exprobrantur. Patet quidem quod pontifices nostri et pharisei excommunicant 40 et exprobrant hominem qui defendit et enucliat causam

23. A: *qui sunt.* 24. A: *locuntur.* 26, 27. A: *et quantum — hominum* deest. 37. A in marg.: *Johannes.*

Digitized by Google

Christi. Et quantum ad excommunicacionem que est maledicciо, certum est ex fide, cum solum maledicciо Dei nocet, qui solum maledicit pro malicia falsitatis, maledicciо illa ventosa non nocet christicolis sed redit ad mineram toxicam a qua venit, cum hic dicit: *Beati eritis, cum vos maledixerint homines*, et Psalm. CVIII, 21: *Maledicent illi et tu benedices.* Et hoc confirmatur in practica qua unus papa excommunicat alterum et econtra; et figuratum est in heresi qua prelatus dicit se benedicere pani sacramentali et virtute sue benediccionis tendit pure in nichilum; ideo fideles preoptant quod talis sacerdos maledicat illis, dum causa sit Dei vel sue ecclesie, quam quod quantumcunque solicite benedicat, quia illi sunt de quibus dicit Dominus per prophetam: *Maledicam benediccionibus vestris.* |

Excommunication not to be dreaded.

361b

CAP. XXI.

Quia vero oportet esse legem defendentes ac eciam exequentes opere, sciencia, exhortacione et doctrina, ideo informat Christus prelatos in operacione practica per doctrinam exemplarem cui intenti fuerant Palestini: *Vos*, inquit, *estis sal terre, quod si sal evanuerit in quo salietur? ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Super quo Augustinus: *Hic ostendit fatuos esse iudicandos qui bonorum temporalium copiam sectantes vel dampna metuentes, amittunt eterna que nec dari possunt ab hominibus nec auferri. Itaque si sal fuerit infatuatum, in quo salietur? id est, si vos per quos condiendi sunt quodammodo populi, michi persecucionem temporalium amiseritis regna celorum; qui erunt homines per quos vobis error auferatur, cum vos elegerit Deus, per quos errorem auferatur ceterorum? Ergo ad nichilum valet sal infatuatum, nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus qui patitur persecucionem, sed qui persecucionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior, sed inferior non est qui quamvis corpore*

What Christ requires of prelates.

6. B: *CXLVIII.* 23. A in marg.: *Augustinus.*

5. Matth. V, 11. 12. Cf. Wyclif, De Eucharistia, cap. IX, p. 325. 15. Mal. II, 2. 21. Matth. V, 13. 23. Sti Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 171.

Digitized by Google

multa pro iusticia sustineat in terra, corde tamen fixus est in celo.

Crisostomus autem sic loquitur: *Quasi interrogantibus apostolis ad quos sit omnia ista locutus, utrum generaliter ad populum an ad ipsos, volens ostendere quoniam ad ipsos precipue hec loquebatur addidit: Vos estis sal terre. Hoc quod dicit: Vos estis sal terre ad illud respicit quod superius dixit, quia doctor omnibus virtutibus debet esse ornatus. Debet esse pauper, ut avariciam libera voce castiget, debet esse semper suspirans et lugens, si non sua vel aliena delicta, ut confundat eos qui nec peccare dubitant prius quam peccent, nec postquam peccaverint tristantur quia peccaverunt; ideo suspiret et plangat, ut per hoc ostendat quia gravis et periculosus est mundus iste fidelibus. Debet esuriens et siciens esse iusticiam, ut pigros circa opera bona vel leccionem fiducialiter fidei vel increpacionis flagello valeat excitare magis exemplo suo quam voce. Debet esse mansuetus ut magis indulgendo quam vindicando regat ecclesiam, ut magis ametur quam timeatur. Debet esse misericors aliis, sibi austerus, ut sibi quidem grave pondus iusticie ponat, aliis autem leve. Debet esse mundo corde, ut non solum se non misceat circa negocia secularia sed nec cogitet de mundo. Sicut enim oculus quanto mundior fuerit tanto longius videt, sic et anima quanto longior fuerit a solicitudine mundiali tanto amplius Deo proximior est. Cuius autem cordis oculus mundum aspicit illius mens non potest Deum videre. Sit autem pacificus, ut tota ecclesia eius quasi una sit anima. Ubi autem concordia non est, nec oracio illic exauditur, nec oblacio suscipitur, quia nec ibi est Deus ubi discordia dominatur. Debet autem et paratus esse ad passionem, non vana gloria desiderium martyrii habens sed constanciam fidei martyribus dignam. Nam quantum ad sapientes non ille miles dicitur paratus ad bellum, qui concupiscit exire sed qui potens est exire. Si ergo omnibus his virtutibus fuerit ornatus, tunc est quasi optimum sal et totus populus de eo conditur, magis*

1. A: *pro iusticia* deest. 3. A in marg.: *Crisostomus.* 4. B: *ista* deest. 17. A: *fidei* deest; ib. B: *aut.* 24. A: *Sicut nec;* B: *nec* correxit in: *enim.* 31, 32. A: *Debet eciam paratus.* 34. A in marg.: *Nota.*

3. Op. Imp., l. c. p. 791, 792.

Digitized by Google

videndo eum quam audiendo. Nam prima doctrina est videre bonum, secunda autem audire. Hec Crisostomus.

Deridendi vero sunt ydiote discipuli Antichristi qui non admittunt aliam predicacionem nisi ydempticam et formalem et abiciunt tamquam impossibilem omnem predicacionem habitudinalem, dicentes fidem scripture esse in maiori parte impossibilem, ut est ista cum sibi similibus: *Vos estis sal terre.* Studendus quidem est sensus quem Spiritus Sanctus indidit in hiis verbis. Et deridendi sunt heretici qui sic altercantur quoad superficiem verbi Dei. Sal quidem habet multas proprietates laudabiles, nam sal est lapis ex arena et aqua ardore solis
361c aut ignis et | flatu venti compactus et per consequens iuxta regulam Aristotelis IV Metaphysicorum dissolvitur a frigido et humido et signanter significat prelatos bonos qui quondam erant arena instabilis, ut loquitur parabola Salvatoris de domo fundata super arenam, Matthei VII.

Preaching is not only formal (in the pulpit), but practical, by example.

Hii aqua baptismatis et ardore ignis divini ac flatu Sancti Spiritus conpaginantur et super nivem ab opacitate peccati dealbantur, unde natura aquea in eis incorporata significat sapienciam increatam perpetuo habitantem, quod Beda dicit mistice figuratum per illud IV Reg. II., quando aque sanate sunt ex immissione salis in vas positum in fontem aquarum. Sal est Christi divinitas, vas eius humanitas, salis imposicio est Christi incarnacio, posicio in fontem aquarum est tribulacionis consummacio, aque mundacio est populi sanctificacio; unde quia in oblacione requiritur aqua devocionis et fervor caritatis, ideo precipitur (Levitici II) in omni sacrificio sal offerri; unde quia oportet omnem scienciam humanam sapiencia regulari, ideo precipit Apostolus Col. IV, 6, quod *sermo noster sit sale conditus.*

Habet autem sal multas proprietates; nam a complexione terram facit sterilem, cibos condit, carnes exsiccat et a putrefaccione, fetore et verme preservat. Et omnia ista cum suis consequentibus debent mistice

Salt makes the earth barren, it seasons food and preserves meat.

3. A in marg.: *Johannes.* 12. Codd : *aque* deest. 19. Codd.: *companguntur.* 23. Codd.: *aque in.* 24, 25. A: *positum* - *vas* deest. 29. A: *omni sacrificia.*

8. Matth. V, 13. 11. Cf. Sermones, Pars. II, Serm. LII, p. 376 seqq. 14. Aristoteles, Meteorologicorum IV, 10. 18. Matth. VII, 26. Bedae Quaestiones in Libros Regum IV, 2, vol. IV, 447. Cf. Sermones, l. c. 377.

Digitized by Google

So good preaching makes earthly lusts die.

prelatis competere. Ad hoc enim a puro sole sunt sic sapide coagulati ut terram, id est, terrenis inhabitantes inhiantes faciant sterilescere quoad secularia desideria in radice corrosa sale desiderii celestis iuxta illud Tit. II, 11: *Apparuit benignitas* etc. Et evellent plantas inutiles iuxta istud Jer. I°, 10: *Ecce constitui te super gentes* etc. Omnem doctrinam que est cibus spiritualis spes celestis premii sapidam reddit iuxta illud Psalmi XVIII, 9: *Justicie Domini recte letificantes corda;* carnem a lubricitate luxurie constringit iuxta illud Matthei XIX, 12: *Sunt eunuchi qui castraverunt se ipsos propter regnum celorum.* Et sic a putrefaccione peccati, a defamacionis fetore et corrodende verme consciencie preservat subiectos quibus sapienciam claram que non marcescit mensurabiliter subministrat. Secundum Isidorum autem libro XVI, cap. II, sal est maxime necessarium ad cibarii condimentum, in tantum quod oves et pecudes inmixtum pabulo provocat ad edendum et per consequens ad impinguandum, unde columbe affectant lapidem salis in columbari, cum caliditate et siccitate stomacum iuvat et digestionem confortat; est enim calide nature et sicce. Unde secundum Avicennam habet virtutem dissolvendi, mundificandi et consumendi. Unde valet contra ventositates, contra humores extraneos ventrem mollificando; et sic valet contra humores venenosas et ita sanat vulnera et ulcera cum melle, sicut cum aqua rosacea et camfora delet maculas faciei. Et proporcionalia debet prelatus communitati facere.

Hope of heavenly reward makes doctrine pleasant, and keeps off the corruption of sin.

Medical properties of salt.

It is good for the complexion.

Tales salis proprietates et multas alias intelligit patris Sapiencia, quando dicit: *Vos estis sal terre.* Et signanter limitat quod sunt sal terre, quia hominibus terre inhiantibus debent esse spiritualiter condimentum; et nota quod sal applicatum ad suum officium debet esse modicum quantitate et cum condiendis debite confricatum, et sic prelati debent esse humiles et pauperes cum condiendis hominibus crebrius conversantes. Et hec dicta misticia de sale evangelico sufficiunt pro presenti.

1. A: *sic* deest. 4. A: *celestis id est.* 16. A in marg.: *Ysidorus.* 21. B: *degestionem.* 22. A in marg.: *Avicenna.* 24, 25. A: *extraneos — humores* deest. 27. Codd.: *canifra.* See Sermones II, 394, l. 34. 33. Codd.: *esse* deest. Addidi.

16. Isid. Hisp. (ed. Venet. 1483), fol. 78c. Cf. Sermones, l. c. p. 394. 30. Matth. V, 13.

Digitized by Google

CAP. XXII.

What is to be done with savourless salt.

Ex istis colligitur quod tota recencia insipiencia sine culpa in terra militantis ecclesie introducta causantur ex talis salis deficiencia in officio quod Christus limitat, ut faciat cum terrenis. Ideo necesse est ut Christus doceat quid est cum tali sale fatuo faciendum, si a mistico suo officio evanuerit et spiritualiter homines non salierit, quia tunc indubie multum nocet. Christus autem docet hic hoc sal tamquam superfluum et corpori ecclesie nocivum foras mittendum et ab hominibus conculcandum, quia sicut medicina salubris est sanandis cum diligencia apponenda, sic corruptela inutilis et nociva est cum tanta diligencia ammovenda. Ideo peccant contra sanctam matrem ecclesiam qui tale sal fatuum
361[d] non evacuant, cum sit ecclesie sic nocivum. | Si autem naturam salis amiserit et refrigescente caritate ac candente temporalium lubrificancium cupiditate proximos scandalizaverit, superiores qui amant ecclesiam debent secundum Christi doctrinam evacuare indisposicionem huius salis sancte matri ecclesie sic nocentis. Ideo dicit quedam glossa quod si sal istud liquescendo evanuerit frigore terrene cupiditatis, quia exinde *frigescet caritas multorum* (ut dicit Matthei XXIV, 12) vel humore carnalis lubricitatis que vetat visionem et saporem sapiencie (Hebr. XII, 14: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine qua nemo videbit Deum*), erit extra naturam salis ad officium illud inutile. Nam secundum Jeronymum prelatus cupiditate ut aqua affluit, timore perdicionis temporalium succumbit et errore legis Dei a gradu salis se ipsum deicit; quod si contingit in quo fiet subditorum emendacio, cum subditi mali peccata sibi accumulant et prelati nec a se ipsis nec a subditis peccata evacuant, ideo dicitur Eccl. XIII: *Quis medebitur incantatori a serpente percusso?*

Sin of the rulers of the church gives the devil his power.

Unde radicalis causa regnacionis diaboli est peccatum superiorum ecclesie. Deficit enim inter Deum et populum mediator, pro peccato populi satisfactor et ignorancium

9. B: *hic* deest. 15. B: *tam nocivum.* 25, 26. A: *cum hominibus sanctimoniam.* 28. A in marg.: *Jeronymus.*

20. Sermones, Pars. II, Serm. LII, p. 378. 27. ibid. 33. Eccles. XII, 13.

Digitized by Google

informator, cum nullus laicus erit sacerdote plus secularibus involutus.

Istud (inquam) sal infatuatum per aspectum retro ad temporalia versum est in statuam salis, que non est sal vivum terre vel sapidum, sed fatuum simulacrum. Patet historia Gen. XIX, et Veritas meminit Luce XVII, 32, ita dicens: *Mementote uxoris Loth.*

Who should correct these rulers?

Alii autem versi sunt in amaram voraginem peccatorum carnalium, quia ecclesiastici qui olim erant *vallis silvestris* per fructificacionem et virorem operis virtuosi nunc *sunt mare salis* Gen. XIV, 3. Difficultas autem est per quas hoc sal posset corrigi, specialiter cum versum sit in idolum induratum et natura salis apostolici est mutata.

Antichrist's disciples say that only God may correct the Pope, but secular lords are bound to act.

Et hic dicunt discipuli Antichristi quod papa a solo Deo potest corrigi, cum superiorem non habeat nisi Deum. Alii autem fideles dicunt, cum virtus consistit circa difficile, quod cuncti christiani et specialiter seculares domini debent ad disposicionem huius salis congruam apponere medicinam, specialiter cum ipsi sint radix que in fabrica istius statue sic peccavit; ideo debent ipsam minuere secularia dominia subtrahendo, quia per talem communicacionem advenire posset eis humilitas et natura salis evangelici.

Unde videtur quod hec fides evangelii expresse docet istam licenciam, cum dicit quod sal sic perversum est validum ad hec duo, primo *ut mittatur foras* extra statum dignitatis ecclesiastice quem pretendit, et secundo *ut conculcetur ab hominibus.* Illi enim qui sunt superiores virtutibus possunt in conculcacione huius salis humili promereri. Sicut enim peccatum valet et est bonum ad peccata in aliis precavenda et ad ipsa peccata a primo iudice punienda, sic peccatum pape est bonum ad deformitatem a Christo in prelatis inferioribus precavendum et ad peccatum tam altum diaboli meritorie puniendum.

They will do well, if they take away temporals from the clergy.

Unde hic videretur esse conquestus laudabilis auferendo temporalia atque dominia a tali statua. Et idem videtur preconizare hoc non posse fieri et asserere Antichristum cum membris suis tantum virtute virescere super Christum quod non licet alicui mortalium ipsum a sua malicia impedire; immo quod necesse est ipsum super Christi

11. A in marg.: *Dubium.* 12. A: *sal* deest. 15. A in marg.: *1.* 17. A in marg.: *2.* 21. B: *sic peccantis.* 37. A: *Et ideo.*

Digitized by Google

ecclesiam finaliter dominari. Sed licet Antichristi discipuli spissim seminent hanc heresim in presenti, tamen benedictus sit Dominus veritatis fugatis aliis vecorditer qui in isto iuvarent ecclesiam ex Dei gracia membra Anti-
5 christi reciproce se conculcant. Et hic poterit tangi abusus decimus secundum formam quam recitat Augustinus:

Antichrist's disciples are mutually treading down each other.

Decimus, inquit, *abusionis gradus est, episcopus negligens, qui gradus sui honorem inter homines requirit,*
10 *sed ministerii sui dignitatem coram Deo pro quo legacione fungitur non custodit. Primo namque ab episcopo, quid nominis sui dignitas teneat inquiratur, quoniam cum episcopus nomen Grecum sit et speculator interpretatur. Quare vero speculator ponitur et quid a speculatore*
15 *requiritur, Dominus ipse denudat, cum sub Ezechielis prophete persona episcopo officii sui racionem denunciat, ita dicens: Speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem nunciabis eis ex me. Si*
362a *autem videris gladium venientem | et tu non annuncia-*
20 *veris ut revertatur impius a via sua, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem annunciaveris et ille non fuerit reversus, ipse quidem in iniquitate sua morietur sed tu animam tuam liberasti. Docet ergo episcopum omnium*
25 *quibus in speculacione positus est peccata diligenter attendere, et cum attenderit sermone et actu si potuerit corrigere, et si non potuerit, iuxta evangelii regulam scelerum operarios declinare. Si autem, inquit Dominus in evangelio, peccaverit in te frater suus, corripe illum*
30 *inter te et ipsum; si te audierit, lucratus es fratrem tuum: si te non audierit, adhibe adhuc tecum unum vel duos, ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Si illos non audierit, dic ecclesie. Si ecclesiam non audierit, sit sibi sicut ethnicus et publicanus.*

Augustine's 10th abuse; a negligent bishop.[1]

35 *Tali ordine expellendus est, quicunque doctori vel episcopo non adheret. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore vel episcopo recipi non debet. De sacerdote namque scriptum est in lege: Viduam aut*

8. A in marg.: *Decima abusio.* 9. A in marg.: *Augustinus.*

9. Sti Augustini, l. c. p. 215. 11. II. Cor. V, 20.
15. Ezech. III, 17. 28. Matth. XVIII, 15. 38. Levit. XXI, 7.

Digitized by Google

repudiatam non accipiat uxorem. Qui ergo illum excommunicatum ullum ab ullo recipit, iura sancti sacerdocii, in quantum christianorum genus electum est, excedit. Hac racione episcopus ad eos quibus in speculacione positus est, esse debet. Ceterum qualis in semetipso esse debeat, Paulus apostolus exponit, ut ad gradum episcopi veniens sit sobrius, prudens, castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos, cum omni castitate, testimonium habens bonum ab hiis qui foris sunt, proferens doctrine fidelem sermonem ante episcopatum, non plures habens uxores quam unam, non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophytus, ut per hec ipse prius ostendat in opere quod alios docet in sermone doctrine.

Caveant ergo negligentes episcopi quod in tempore vindicte Dominus per prophetam conqueritur dicens: Pastores multi demoliti sunt populum meum, et non pascebant gregem meum pastores sed pascebant pastores semetipsos. Sed pocius procurent hii quos constituit Dominus super familiam suam dare illis cibum in tempore suo mensuram tritici, puram scilicet et probatam doctrinam quatenus veniente Domino mereantur audire: Euge, serve bone et fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Hec Augustinus.

Cum autem Christus dignatus est expresse vocare se ipsum episcopum animarum et non papam, utinam Romanus episcopus sive papa attenderet sentenciam istius capituli; et tunc forte videret quod sit servus Dei propter delictum maximum crudelissime puniendus.

CAP. XXIII.

How the apostles were the salt of the earth and the light of the world.

Sequitur in textu: *Vos estis lux mundi.* Super quo Augustinus: *Quomodo dixit superius sal terre, sic nunc dixit lux mundi; nam neque superius ista terra accipienda est quam pedibus corporeis calcamus, sed homines qui in terra habitant vel eciam peccatores quorum condiendis et*

12. A: *ebrius.* 16. A: *multitudine.* 18. A: *pocius* deest. 31. *Super quos;* A in marg.: *Augustinus.*

6. I. Tim. III, 2. 16. Ez. XXXIV, 8. 19. Lucae XII, 42. 22. Matth. XXV, 23. 31. Matth. V, 14. 32. De sermone Domini in monte, l. c. p. 171.

Digitized by Google

extinguendis fetoribus salem apostolicum Dominus misit. Et hic mundum non celum et terram sed homines qui sunt in mundo vel mundum diligunt oportet intelligi, quibus illuminandis apostoli missi sunt. Hec Augustinus.

5 Crisostomus autem sic loquitur: *Dum consideramus quod opus est salis, quod lucis, admonet ut queramus ob quam causam apostoli sali sunt comparati, ob quam autem luci. Salis est opus rem in eo statu tenere in quo invenerit eam, ut ad deterius eam mutari non sinat; ad melius*
10 *autem perducere non potest, ut puta, tenet carnem, ne putrescat, putridam autem non potest tenere incorruptam, opus autem lucis ipsas solvere tenebras et ea que fuerunt in tenebris illustrare; sic et apostoli ceterique doctores sal quidem sunt populi christiani iam cognoscentis Deum,*
15 *servantes eum in ipsa agnicione Dei et sanctitate, id est, terre culte, quia iam verbo crucis quasi vomeri aratri subiecta est. Lux autem sunt gencium producentes ad sciencie lumen, vel ceterorum qui forte in ecclesia ceciderunt in tenebris peccatorum.*

20 *Item, bona conversacio sacerdotis sine verbo tenet quidem sanctos in sanctitate per suum exemplum, adducere autem ignorantem ad scienciam veritatis eciam sine conver-*
362b *sacione bona potest, tenere autem | in fide vel sanctitate absque bona conversacione non potest. Magis autem scan-*
25 *dalizat sicut in sequentibus ostendemus. Ergo propter conversacionem bonam sacerdotes sunt sal, quoniam bona conversacio sacerdotum conditiva est populi. Propter verbum autem doctrine lux sunt, quoniam verbum ignorancium lumen est. Prius autem vocavit eos sal, postea*
30 *autem lux, aut quia prioris loci est servare quos habes, secundo vocare quos non habes; aut quia prius bene est vivere, secundo autem bene docere. Nam per bonam conversacionem ascenditur sine dubio ad scienciam, per scienciam autem nescio si ad bonam conversacionem*
35 *veniatur. Preterea scientes quidem sine timore Dei multos videmus, timentes autem Deum sine sciencia nullos videmus. Aut quia propter iudeos priores dicti sunt sal non adducentes eos ad scienciam Dei, sed condientes eos in ipsa sciencia, lux autem propter gentes in secundo loco vocatas.*
40 Hec Crisostomus.

5. A in marg.: *Crisostomus.* 12. A: *opus autem* deest. 18. A: *ceterum.* 22. A: *eciam sine.*

Digitized by Google

Videtur autem Christum innuere quod viri apostolici debent esse noticia viatorum, et quia primus sensuum et magis necessarius est tactus, gustus autem est quidam tactus secundum philosophos: ideo illum sensum primo tangit summus sapiens in racione obiecti, quando dicit: *Vos estis sal terre.* Et ultimum ac subtilissimum sensum tangit in verbo secundo, dum dicit: *Vos estis lux mundi,* innuendo quod viri apostolici debent esse sufficiens sensualis noticia obiectiva ad ducendum viantes ad patriam; quod si in isto deficiunt, *Jordanis conversus est retrorsum.* Sed heu hodie potest dici de episcopis nominetenus apostolis, non quod *fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino,* sed econtra: fuistis aliquando lux per graciam baptismalem, nunc autem estis tenebre per cupidinem temporalium excecantem, quia Joh. I, 5 scribitur: *Lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt.*

Augustine's 11th abuse; a people without discipline.

Et hic potest adduci abusus undecimus secundum formam qua loquitur Augustinus: *Undecimus,* inquit, *abusionis gradus est plebs sine disciplina que cum discipline exercitacionibus non servit communi se perdicionis laqueo constringit; ira etenim Domini absque discipline rigore non evaditur. Atque idcirco Psalmiste vocibus indisciplinate plebi predicatur: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus. Disciplina est morum ordinata correccio et maiorum precedencium regularum observacio. De qua disciplina Paulus ita loquitur, dicens: In disciplina perseverate; tamquam filiis vobis offert se Deus. Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti estis, omnes enim adulteri et non filii estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt et celestis regni hereditatem non capiunt; filii autem discipline paterne correcciones ferunt et hereditatem quandoque recipere posse non desperant. De qua eciam disciplina Isaias quidem indisciplinate plebi predicat dicens: Quiescite agere perverse, discite benefacere. Et ad eandem Psalmista consona voce compsallit, dicens: Declina a malo et fac bonum. Infelix ergo est qui abicit disciplinam; audet enim extra milites aliquid, qui Dominum crucifigentes non eius sciderunt vestimenta, qui ecclesie Christi*

1. A in marg.: *Johannes.* 18. A in marg.: *XIa abusio Augustinus.* 33. Codd.: *posse* deest; A: *dispararat.*

18. S. Augustini, l. c. p. 216. 24. Psalm. II, 12. 27. Hebr. XII, 7, 8. 35. Is. I, 16. 37. Psalm. XXXIII, 15.

Digitized by Google

scindit disciplinam. Sicut tunica totum corpus preter caput tegitur, ita disciplina quelibet ecclesie, preter Christum qui ecclesie caput est et sub disciplina non est, protegitur et ornatur. Ipsa vero contexta desuper fuerat per totum, quia eadem disciplina ecclesie a Domino de celo tribuitur et integratur. De qua Dominus, cum ad Patrem ascendisset postquam resurrexit a mortuis ad apostolos suos loquebatur: Vos autem sedete in civitate quoadusque induamini virtute ex alto. Tunica vero corporis Christi disciplina ecclesie est, qui autem extra disciplinam est, alienus est a corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed sorciamur de illa cuius sit, id est, non solvamus quicquam de mandatis Domini, sed unusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat apud Deum. Hec Augustinus.

Antichrist's disciples tear the garment of Christ;

Ex istis dictis Augustini cum abusu prelatorum ecclesie patet quod scindunt tunicam quam Christus ordinavit 362c inconsutilem, quia legem Dei | lacerant vel contempnunt et exequuntur leges hominum que lucrum eis sapiunt vel honorem. Patet incipiendo a Romano pontifice qui tradiciones suas exequitur et dimittit practicam legis Christi. Unde tripliciter contingit clericos hanc tunicam defedare: Quidam enim Antichristi discipuli dicunt et garriunt quod lex Christi est impossibilissima; et deturpant quantum in ipsis est hanc tunicam screantes antichristivum vomitum ut venenum. Sed sciant quod hec tunica scripture est inconsutilis desuper contexta per totum. Secundi vero videntes quod non possunt hanc tunicam lacerare dilatant eam secundum formas indebitas et sue conversacioni applicant dilatatam. Et in isto abusu vivunt fratres et religiosi alii suo privato ordini quicquid fecerint de operibus Domini applicantes. Tercii vero videntes quod hec duo non proficiunt nec cedunt utentibus ad honorem, accipiunt partem scripture tamquam partem tunice Domini et super illam investiunt leges humanas et sic militant ut deformes; et in isto gradu invenies multos doctores tradicionis humane qui omnes ultra milites paganicos tunicam Domini inconsutilem dehonorant.

or stretch it to cover what it ought not,

or dishonour it by human additions.

2. Codd.: *quilibet.* In textu Augustini: *omnis.* 12. Codd.: *cuius sit* deest 15. A: *Augustinus;* A in marg.: *Johannes.* 28. A: *hanc tuni.* 29. A: *formans.*

2. Joh. XIX, 24. 4. ib. 23. 8. Lucae XXIV, 49. 11. Joh. XIX, 24.

Digitized by Google

CAP. XXIV.

What light is.

Cum ex defectu lucis que est tenebra lucis proprietas nota fuerit, videndo utrum a luce vel auditorio iste defectus processerit vel utrumque, videndum est secundum perspectivos que proprietates luci conveniunt. Licet autem lux vel lumen in sua generalitate analoga accipiatur pro forma qualibet positiva, autonomatice tamen et per quandam excellenciam dicitur de forma qua corpus apud nos dicitur luminosum vel de talis forme specie diffusa per medium; et precipui philosophi concordati sunt quod a sole materiali capitur fontaliter quodcunque lumen adventicium sive in astris vel quibuslibet corporibus celestibus aut terrestribus.

It is the most spiritual of bodies.

Supposito autem quod fiat limitacio ad speciem lucis per se visibilis, non autem ad ipsam lucem in ipso luminoso perspicuo terminatam, auctores sibi attribuunt quatuor proprietates laudabiles inter multas. Prima est quod est inter qualitates corporeas spiritualissima, ut patet ex quinque condicionibus: primo quia appropriatur per quandam excellenciam subtilissimo corpori, id est, celo. Et sic secundo locatur fontaliter in loco dignissimo; tercio racione sue spiritualitatis communicatur secundum eius principium situi punctali quod principium punctale sufficeret ubilibet radiare. Quarto patet eius spiritualitas ex hoc quod fundata in suo fonte non proporcionaliter movetur ad motum materie deferentis, ut patet de radiis solaribus flante vento. Et quinto ex hoc quod non deperdit de substancia vel virtute subiecti per speciei multiplicacionem; sic natura humana inter corporeas est spiritualissima racione nature incorporee, que est idem suppositum cum natura corporea; ideo omnes homines et specialiter christiani sed specialissime ecclesiastici ut filii lucis imitatorii spiritualiter ambularent secundum doctrinam Apostoli ad Eph. V consequentes corpus Christi misticum quod est omnium subtilissimum (ut patet Eph. IV). Et habentes conversacionem suam

3. A: *nata;* ib. A: *videndum.* 8. A in marg.: *Quid est lux.* 17. A in marg.: *Quatuor proprietates lucis. A. 1.* 26. B: *ad modum.*

2. Quae hic sequuntur et in Sermonibus LII et LIII. sec. partis (p. 380—392) invenies. 25. Cf. Sermones, l. c. p. 380, l. 23.

Digitized by Google

in celis, *sapientes que sursum sunt et non que super terram* (ut docet Apostolus, Phil. III). Sunt eciam de minimo temporali contenti secundum consilium Apostoli I. Tim. VI, 8: *Habentes alimenta et quibus tegamur hiis contenti simus.* Fundati eciam in Christo que est lux vera non cessarent a suis operacionibus spiritualibus pro turbine improperii vel voce quomodolibet infestante, quia secundum Lincolniensem quam monstruosum esset astrum moveri ad motum turbinis sublunaris, ita monstruosum est in ecclesia militante prelatum turbari extra tramitem racionis pro motu vertiginoso subditi inquieti. Ideo Salvator excludit Johannem *datum in lucem gencium*, Ysaie XLIX, 6, *ab arundine ventorum inpulsibus agitata*, Matthei XI, 7. Et ultimo spirituales diffundendo sapienciam ipsam non minuunt, cum distributa suscipit incrementum et avaros tamquam dedignata reddit posteriores, quia clara est *et que non marcescit sapiencia*, Sap. VI, 13. Et sic *licet is qui foris est homo noster corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem*, II. Cor. IV, 16.

Lessons to be learnt from the properties of light.

1. To turn back upon Christ the love of which he is the source.

Ista autem quintuplex lucis proprietas complete dicit cuilibet christiano quomodo vivet quoad Deum, quoad
362[d] se ipsum, | quoad proximum et quoad mundum, quousque *fuerit deposicio huius tabernaculi.* Debet enim inniti supremo corpori Christo quod est neutrum in personarum accepcione, et tunc non est compossibile quod turbines temptancium confundant persecutos, si more lucis reflectant cum splendore exempli et ardore caritatis causam eorum in suum principium, quia conclusio Apostoli est ad Rom. VIII[vo], 28, quod *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Quis ergo nos separabit a caritate Christi (qui est lux mundi* Joh. VIII, 12.*)? An persecucio, an fames?* et sic de ceteris que numerat Apostolus, ubi supra. Unde Joh. XVII scribitur: *Hec locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis, in mundo pressuram habebitis.* Recolat ergo viator de hac natura lucis et contra quodcunque resistens recto incessui reflectat ardorem versus suum principium. Sic enim *carbones*

15, 16. A: *tamen distributa.* 21. A: *Iste autem.*

2. Col. III, 2. 5. Sermones, l. c. p. 381. 21. ib.
24. II. Petri I, 14. 34. Recte Joh. XVI, 33.

Digitized by Google

ignis congeret super caput eciam inimici instar Christi, ut docet Sapiens Prov. XXV, 22. Et ut breviter dicatur: etsi homo numquam aliquid didicerit preter doctrinam istam Christi et sui apostoli de luce, sufficeret sibi pro regimine vie et patrie. Unde Apostolus exponens dictum suum *ut filii lucis ambulate* ostendit cuius lucis et cuiusmodi filii debemus esse. *Estote*, inquit, *imitatores Dei, sicut filii carissimi, nam qui diligit proximum legem implevit.*

2. Light is the most universal of material forms.

Secunda lucis proprietas consequens ad priorem est quod lux est in operacione universalissima inter omnes formas huiusmodi materiales; quod patet ex multiplicitate operacionum, ex eius extensione quoad situm, ex eius duracione quoad evum. Habet enim naturam producendi quodcunque materiale sublunare secundum capacitatem materie, ut hic generat hominem ex 2° Physicorum, ibi bestiam aut quodcunque vivum secundum variacionem seminis quod vivificat, fovet et iuvat, hic dissolvit glaciem, ibi constringit lutum, hic causat iridem, hic halonem, et (ut breviter dicatur) non est dare effectum naturalem alicuius generis corporalis ad quem non habet lux efficaciam producendi et productum inesse conservandi. Nam illustrando triplicem spiritum animali vitam eius continuat, ut patet in libro fontis vite, ymmo secundum Albumazar libro de Iudiciis Astrorum allegantem Ipocratem: *nisi stellarum lux de nocte subtiliaret densitatem aeris, destrueret omne vivum.*

There is no place from which its influence is excluded.

Et quoad situs extencionem dicunt philosophi quod a summo celo empireo usque ad mundi medium est diffusa; patet eius efficacia in motu maris, in generacione lapidum et mineralium, in terre visceribus, et sic vis eius licet nobis insensibilis pertingit ubique. Ex quo patet quod non est possibile, alicubi esse puram tenebram, quia tunc alicubi esset materia informis; quod non est intelligibile.

It will exist and be strengthened after the end of the world.

Et quoad universalitatem temporis patet quod lux est creatura prime diei (Gen. I). Et in eius fortificacione terminabitur mundi perfeccio, cum Ysaie XIII, 26, dicitur quod *post*

10. A in marg.: 2 *B.* 25. Codd.: *secundum Album.* 26. A in marg.: *Nota.*

7. Eph. V, 1. 10. Cf. Sermones, l. c. p. 382, l. 3. 25. Albumazar, i. e. Albunazar (Abu Nasr Alfarabi).

Digitized by Google

diem iudicii lux lune erit ut lux solis; et certum est quod interim non deficiet tum propter mundi indigenciam, tum propter contrarii carenciam. Correspondenter spirituales in ecclesia omnibus debitores sunt, ut merendo proficiunt; Rom. I, 14, dicit Apostolus: *Sapientibus et insipientibus debitor sum;* sed (ut dicit Rom. VIII, 12) *non carni, ut secundum carnem vivamus,* sed spiritualiter debemus omni creature proficere instar Apostoli qui de se ipso dicit I. Cor. IX, 22: *Omnibus omnia factus sum.* Fuit enim medicus Timotheo (I. Tim. V): *Modico vino utere propter stomacum,* nunc nauta (Act. XXVII), nunc operarius manualis (Act. XVII), nunc poleticus appellando Cesarem (Act. XXIV), nunc philosophus disputando cum Atheniensibus (Act. XVII), nunc predicator (Act. XIII), nunc miraculorum factor (Act. XIX), nunc indigencium procurator (I. Cor. XVI), nunc propheta (Act. XXVII); et sic generaliter omnibus lucrifecit ut I. Cor. IX, 22: *factus sum* etc. Et proporcionaliter debemus nos omni creature proficere iuvando merito sancte vite, quia deficiente huiusmodi communione, iniuriamur cuilibet creature subtrahendo debitum.

Like light, the christian should be helpful to all.

Et quoad extensionem situs, cum homo interior sit ubicunque afficitur, patet quod perfectus in caritate debet quodammodo esse ubique, quia ambulando in via dileccionis, oportet quod dileccio extendat se ad omnes, Psalmo CXVIII, 96: *Latum mandatum tuum nimis.* Deus enim precepit amicos a dextris et inimicos a sinistris diligi, Matthei V. Et certum est quod debemus Deum supra nos diligere et in eo singulas creaturas sed amplius celestia. Et sic exponitur illud Apostoli Philipp. III, 20: *Nostra conversacio in celis est.* Anima enim verius est ubi afficitur quam ubi actuat sine actuati affeccione, et tunc *comprehendemus cum omnibus sanctis* etc.

His love should extend to all,

Et quoad durabilitatem: *Ecce caritas nunquam excidit* I. Cor. XIII, 8. Unde sicut claudit contradiccionem
363* creaturam aliquam esse sine lumine, sic et | hominem esse gratum sine caritate, ut dicit ibidem: *Si linguis hominum* etc. Nec est possibile creaturam esse nisi de quanto habet esse a lumine dileccionis lucis prime, ut

and must last for ever, since charity never fails.

10. A: *enim nunc.* 23. A: *ubique.* 35. *ecce;* A: *cite.*

34. Eph. III, 18. 38. I. Cor. XIII, 1.

Digitized by Google

quosdam diligit ad beatitudinem et quosdam ad punicionem misericordem, et breviter omnem creaturam diligit Deus proporcionabiliter ad eius bonitatem; que causatur ex dileccione Dei, ut hunc generat denuo ex mera gracia (Joh. III), hunc indurat ex precedenti demerito (ut patet de Pharaone, Exodi VII), hunc dissolvit in lacrimas penitencie (ut patet de Nabugodonosor, Danielis IV, et de Maria Magdalene (Luce VII). Et breviter quot sunt maneries bestiarum vel corporum naturalium, tot proporcionalia causat in homine. Et proporcionaliter hii qui spiritu Dei aguntur tamquam organa eiusdem lucis faciunt proporcionaliter. Unde Apostolus II Cor. II, 16: *Aliis quidem odor mortis sumus in mortem, aliis autem odor vite in vitam.* Hinc figurant yridem federis incarnacionis et prenosticum diei iudicii, hinc halonem tirannidis ventose vel aque tribulacionis. Unde Salvator Matthei V, 16, signanter precipit: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Et quoad qualitatem et dictam duracionem operum que debent esse spiritualia et nulli contraria nisi occasione mala accepta, dixit eadem lux Joh. VI, 27: *Operamini non cibum qui perit sed qui permanet in vita eterna.* Et sic ista secunda lucis proprietas cum suis appendiciis foret sufficiens instruccio toti nature humane, ut attingat beatifice lucem veram.

CAP. XXV.

Gracia materie complende de luce restat videre duas alias lucis proprietates, ut vel sic sciatur si prelati moderni sint lux mundi, sicut Veritas dicit de suis apostolis.

3. Light is most regular in its action. Twelve ways in which this is shown.

Tercia autem lucis proprietas quod in omni accione eius est ordinatissima, quod patet ex duodecim:

Primo ex indifferencia accionis, cum in omni capaci medio quantum potest sine differencia se diffundit.

Secundo ex accionis celeritate, cum subito ex eius spiritualitate se multiplicat ab oriente in occidens (ut dicitur II De Anima).

5. *mera;* Codd.: *m'a* (mira?). 15. B: *hunc halonem.* 16. A: *tirandi tirannidis.* 17. B: *ut luceat.* 23. A: *secunda* deest. 30. A in marg.: *3.* 32. A in marg.: *1.* 34. A in marg.: *2;* ib. A: *subito si isto.*

29. Cf. Sermonem LIII, sec. partis, p. 384, l. 29.

Digitized by Google

Tercio in hoc quod quorsumlibet secundum lineas radiosas rectissimas subducto obstaculo sperice se diffundit (ut probatur II Vitulonis I[a]).

Quarto in hoc quod impediente opaco penetracionem luminis secundum angulum reflexionis equalem angulo incidencie regulariter se reflectat (ut demonstratur V Vitulonis XX[a]).

Quinto ex hoc quod retro opacum secundum tres differencias regulariter causat umbras (ut patet II Vitulonis).

Sexto ex hoc quod a quolibet puncto luminis illuminabili directe opposito diffunditur ad illuminabile radius luminosus, unica tantum linea perpendiculariter incidente. Patet ex XX[a] secundi Vitulonis.

Septimo ex hoc quod omne umbrosum plus illuminatur circa radium sibi perpendiculariter incidentem, et a puncto propinquiori forcius, licet situi distanciori, incidunt plures radii a pluribus punctis corporis luminosi. Patet illud secundo Vitulonis XX[a] et duabus sequentibus.

Octavo ex hoc quod omne luminosum, cum continue eque multum effundit de lumine in minori spacio circumclusum ipsum forcius illuminat quam spacium maius illo. Patet II Vitulonis XXIV[a].

Nono ex hoc quod radii ab uno puncto luminis procedentes secundum linearum longitudinem ad equedistanciam plus attendunt. Patet secundo Vitulonis XXV.

Et hinc decimo patet quod omne lumen per foramina angularia incidens rotundatur, et ex sexto sequitur undecimo quod radius luminis per foramen super obiectum solidum incidentis erit perimeter in solido super perimetrum foraminis ampliata. Patet prima istarum legum 2° Vitul. XXXIX et posterior patet eodem libro XXXVI.

Duodecimo in hoc quod radio perpendiculari omne corpus diaphonum penetrante radius oblique incidens in medio secundi diaphoni densioris refringitur ad perpendicularem ductum super secundi diaphoni superficiem

1. A in marg.: *3.* 4. A in marg.: *4.* 8. A in marg.: *5.* 11. A in marg.: *6.* 14. A: *Vitulionis.* Sermones l. c.: *ex secundo Vitulonis secundo.* 15. A in marg : *7.* 17. A: *sit* twice. 21. A in marg.: *8.* 24. A: *illud.* 25: A in marg.: *9.* 28. A in marg.: *10.* 30. A in marg.: *11.* 31. B: *solitum.* 34. A in marg.: *12.* 36, 37. A: *densioris — diaphoni* deest.

3. De Vitelone cf. Sermones, l. c. p. 385.

Digitized by Google

et in medio secundi diaphoni rarioris refringitur ab eodem. Patet II Vitulonis XLVII. Et patent iste tres leges experiencia satis certa.

What we should learn from these properties of light.

Quotlibet sunt regule lucis ordinatissime per quas ut libros splendidos docemur quomodo ascendemus moraliter in contemplacionem perspicuam lucis prime.

1. To do good to all,

Simus itaque primo more lucis prompti (quantum in nobis est) ut omnibus beneficiamus, ut docet Apostolus (ad Romanos XII, 18: *Si fieri potest quod ex nobis est*) instar patris celestis *qui solem suum oriri facit* (Matth. V, 45).

2. and that not slothfully,

Simus secundo *sollicitudine non pigri* (Rom. XII, 11) sed *caritatem continuam habentes* (Colos. III, 14).

3. to diffuse the rays of charity on all,

Diffundamus tercio radios caritatis sine personarum accepcione ordinata et recta intencione ad Deum supra nos ad amicos a dextris, inimicos a sinistris, ad patres ante mortuos, ad illos futuros gignendos, ad mortuos in purgatorio et in inferno sub nobis detrusos et precipue ac centraliter ad nos ipsos, *ut sic possimus comprehendere* etc. *que sit latitudo, lon | gitudo* etc.

4. to let love to the wicked take the form of punishment,

Quarto, peccatore per opacitatem peccati ponente 363b
obicem caritati, secundum mensuram qua diligimus naturam repellentem radium caritatis reflectamus in Deum radium amoris nature. Sic enim Deus infundit graciam prevenientem in peccatores velut radium incidentem, quod si in vacuum graciam Dei recipiant per curvitatem peccati, reiciendo redit radius graciose punicionis. Et par est amor Dei utrobique quoad naturam, sicut et parificatur pena quodammodo ad culpam. Angulus autem medius inter angulum contingencie et angulum reflexionis est obliquitas peccati quod Deus semper punit ad regulam. Et utinam istam legem attenderent iudices qui per censuras ecclesiasticas puniunt delinquentes; tunc enim radium caritative punicionis reflecterent proporcionaliter ad culpam in Deum et tam inproporcionabiliter curvarent ad sensum.

5. to withdraw worldly benefits from the perverse,

Quinto subtrahamus beneficenciam temporalem a tetris peccantibus, non fovendo eos vite necessariis vel favore.

1. A: *diaponi;* ib. B: *refugitur.* 2. A: *XXVII.* 5. A in marg.: *Moraliter.* 7. A in marg.: *1.* 11. A in marg.: *2.* 13. A in marg.: *3;* ib. A: *radius.* 15. A: *inimicos* twice. 19. B: *que — longitudo etc.* deest. 20. A in marg.: *4.* 28. A: *culpam ante.* 32. A: *ecclesiasticis.* 36. A in marg.: *5.*

18. Eph. III, 18.

Digitized by Google

Umbra enim est bonorum huius temporis naturaliter posteriorum substraccio et variatur secundum triplex genus peccati, de quo Iª Joh. II, 16: *Omne quod est in mundo* etc.

5 Sexto debemus omne donum Dei quantumlibet parvum ad utilitatem proximorum convertere, servata semper intencionis rectitudine, quia *si oculus tuus fuerit simplex* etc. (Matthei VI, 22). Radius perpendicularis ubilibet penetrans irrefracte est intencio, qua Deus ad minimum 10 confuse intenditur sub racione boni, quia bonum est quod omnia appetunt, Iº Ethicorum.

6. to use all God's gifts for the benefit of our neighbours,

Septimo quanto vicinius appetimus aliquid in ordine ad summum bonum, est appetitus luminosior, licet omnia ab ipso plus elongata sint remisse secundum 15 plurem racionem creatam appetibilia.

7. to desire most what most approaches the highest good,

Octavo debemus colligere vim amandi et ipsam non eque primo sine subordinacione dispergere inter multa, quia unum necessario est amandum, quod amatur sincerius quo vicinius cum paucioribus mediis separatis.

8. to concentrate our love,

20 Nono debemus omnes radios amoris a virtute indivisibili procedentes unire in Deum qui est centrum tocius generis boni diligibilis (ut patet De Divinis Nominibus cap. V) et equo libramine sine claudicacione tendere ad circulum intelligibilem infinitum, cuius 25 centrum ubique et circumferencia nusquam.

9. and let all its rays unite in God,

Et hinc decimo oportet quod omnis radius amoris, sicut incipit a bono analogo et artatur in bono particulari creato, sic circulariter redibit in Deum largius diligendum.

10. to make all love for the creature increase our love for God,

30 Et ista ampliacio radii amoris docet undecimo Deum esse pre ceteris amplius diligendum.

11. who is to be loved above all else,

Duodecimo docemur radium amoris ad bonum simpliciter et ad nullam creaturam reflectere, cum quelibet habet tenebram sive potenciam contra actum, sed irre- 35 fracte per totam universitatem creatam usque ad lucem primam regulariter penetrare. Ad tantam enim illuminat lux vera omnem hominem venientem in hunc mundum quod, sicut confuse cognoscit unum primum in suo

12. not to turn our love absolutely on any creature.

5. A in marg.: *6.* 12. A in marg.: *7.* 19. Codd.: *quod vicinius.* 20. A in marg.: *9.* 26. A in marg.: *10.* 30. A in marg.: *11.* 32. A in marg.: *12;* ib. Codd.: *et* deest. Addidi. 34. A: *tenbram.*

11. Aristoteles Eth. Nicom. I, see Serm., l. c. 387. 22. Dionysius Areop. De Divinis Nom., cap. V.

Digitized by Google

analogo, sic necessario amat et appetit ipsum idem sed inordinate cum oblique spargit radium amoris ad creaturas que sunt tenebre finaliter terminatum et tam hoc exemplum quam hoc exemplatum est una de secrecioribus et mirabilioribus nature legibus. 5

Different rays: direct, refracted, reflected.

Sed pro duabus partibus sequentibus legis duodecime est notandum quod secundum doctrinam perspectivorum aliquis est radius rectus, alius refractus et alius reflexus. Refractus dicitur, quando declinat a rectitudine propter variacionem gradus diaphoni, sed penetrat diaphonum 10 distancius, ut patet de specie denarii in disco superfusa aqua de specie astri apparentis mane vel vespere per vaporem et generaliter quandocunque ex variacione medii ampliatur angulus piramidis radialis. Sic enim secundum Lyncolniensem ex variacione medii contingit 15 quantumlibet parvum quantumlibet magnum in quantalibet distancia apparere.

Explanation of 'refracted'.

Corresponding rays of love.

Correspondenter est dare tres maneries radiorum amoris: Aliquis enim est radius rectus, sicut habencium *oculos simplices, reddentes totum corpus interioris hominis* 20 *lucidum* (ut docet Salvator Matthei VI, 22). Alius autem est radius obliquatus a rectitudine quo putatur quantumlibet parvum bonum per involucionem inordinatam in tetris temporalibus esse quantumlibet magnum bonum, ut patet de avaris et gulosis constituentibus temporalia 25 Deum suum, sed adhuc cum difficultate penetrant ad Deum finaliter diligendum; et hos oportet purgari per ignem (ut docet Apostolus I. Cor. III, 12: *Si quis* | 363c *superedificat lignum, fenum et stipulam.* Illi autem qui per radium effectus non penetrant hec tetra terrestria 30 sed ibi sistunt finaliter eciam secundum radium perpendicularem, hii (inquam) sunt de genere dampnandorum, eo quod oportet eos carere visione et amore lucis abscondite. Docemur itaque per legem reflexionis duplicis radiorum inniti Deo qui est perpendicularis radius, dum 35 inpugnamur per resistenciam adversancium peccatorum, quia Jerem. XVII, 5: *Maledictus qui confidit in homine.* Et a tali plus resistente plus debemus elongari minus communicando in bonis temporalibus; econtra autem de homine minus in opaco peccatis; sibi enim debemus 40

4. A: *una cum.* 15. A in marg.: *Lyncolniensis.* 18. A in marg.: *1.* 21. A in marg.: 2. 23, 24. A: *parvum — quantumlibet* deest. 30. Rectius: *radium affeccionis.* See Sermones II, 388. 33. Codd.: *quarto quod;* correxi. Cf. Sermones, l. c. p. 389.

Digitized by Google

plus communicando bona diffundere; quia a Deo luce prima docemur unumquodque secundum eius bonitatem diligere.

CAP. XXVI.

Light is most pleasant to man.

5 Quarta autem lucis proprietas est quod instinctu naturali est homini inter qualitates gratissima; quod patet ex tribus, primo in anima que naturaliter delectatur actuare subiectum plenum lucidis spiritibus, quibus siccatis non expectat propter horrorem terrestris opaci; unde nedum 10 homines sed et pecudes ut simee perhorrent in tenebris et aeris lumine serenato naturaliter iocundantur. Unde secundum regulas medicorum aura pestilencialis est, quando videtur pluere et non pluit, eo quod tunc est regio opacis terrestribus occupata, et per consequens 15 ab irradiacione celestis luminis tamquam aer in puteo prepedita. Homines eciam propter generacionem bonorum spirituum a mundo cibario productorum recreantur in viribus membrorum, exhilarantur in affectibus voluntatum et generaliter fortificantur in omnibus viribus 20 animorum. Ex efficacia eciam luminis in tribus proprietatibus superioribus declaratis satis claret racio. Unde lux inter qualitates corporeas debet esse gratissima. Sed tercio specialiter patet per hoc quod omnes homines natura scire desiderant ex primo Metaphysice, sed lux 25 inter qualitates est maxime manifestativa, quia Ephes. V, 13 scribit Apostolus: *Omne autem quod manifestatur lumen est.* Ideo racione doctrine luci afficimur. Unde non mirum ex dicto Tobie IV, cap. 12: *Quale gaudium michi erit* etc., quia lumen oculorum (quod est sensuum 30 subtilissimum) non procedit in actu nisi lumine celesti fuerit superfusum.

Darkness is unwholesome.

Light helps knowledge, which men naturally desire.

The light of wisdom is pleasant.

Correspondenter lumen sapiencie, qua Deus diligitur est cuilibet sani iudicii gratissimum, cum facit eroycum celestia sapientem *que sursum sunt querere* (ut dicit 35 Apostolus Colos. III, 1). Cum autem Deus sit anima creati spiritus per lumen gracie, sicut ipse est anima corporis causando vitam nature, patet quod increata

5. A in marg.: *4.* 11. Codd.: *aere.* 12. A in marg.: *Nota quando est aura pestilencialis.* 25. B: *manifestissima.*

5. Cf. Sermones, l. c. p. 389, l. 37 et seqq.

Digitized by Google

sapiencia cuius delicie sunt esse cum filiis hominum manet solum cum homine lucido, quia *in malivolam animam non introibit sapiencia nec habitabit in corpore subdito peccatis* (ut dicitur Sap. cap. I, 4), quod Apostolus sub interrogacione exponit alludendo dicto sensui mistico: *Que*, inquit, *communicacio Christi ad Belial, aut lucis ad tenebras?* (II. Cor. VI, 14.) Non ergo inhabitat increata sapiencia que est lux vera in quoquam per graciam nisi supernaturaliter illuminet vires anime sibi subditas, que respectu irradiacionis supercelestis vocantur tenebre. Unde Psalmista signanter orat Psalmo XVII, 29: *Domine Deus meus, illumina tenebras meas.* Habeamus tres spiritus lucidos, animalem in capite celestia sapiendo, vitalem in corde articulos fidei credendo, cum iustus ex fide vivit, naturalem in epate spe spiritualibus inherendo. Et tunc indubie copulatur nobiscum Deus quem philosophi vocarunt animam mundi; et tunc non offendemus ut *ambulantes in tenebris* (sicut docet Salvator Joh. XI). Et tunc habituati hiis tribus luminibus theologicis vadunt gaudentes in tribulacionibus et persecucionibus corporis secundum doctrinam Apostoli Eph. V, 9: *Fructus spiritus est* etc. et Jacobi I, 2: *Omne gaudium existimate* etc. Sic enim aura pestilencialis anime non nocebit.

Augustinc's 12th abuse; a people without law.

Duodecima autem abusio que est lucis spiritualis privacio secundum Augustinum sequitur in hec verba: *Duodecimus*, inquit, *gradus abusionis est, populus sine lege: qui dum Dei dicta et legum scripta contempserit per diversorum errorum vias eundem perdicionis laqueum incurrit. De quibus viis sub persona prevaricatoris populi humanum genus propheta ita | deplangit: Nos autem sicut* 363d *oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit. De quibus viis eciam Sapiencia loquitur per Salomonem: Multe vie videntur hominibus recte et novissime earum ducunt ad mortem. Que multe perdicionis vie tunc inceduntur, cum una regalis via, lex Dei videlicet que neque ad dexteram neque ad sinistram declinat per negligenciam deseritur. De qua via dominus Jesus Christus qui est*

12. A in marg.: *Nota bene.* 14. Codd.: *fidei* deest. Addidi. See Serm. II, 391. 16. A: *specie.* 23. A: *sic autem.* 25. A in marg.: *Duodecima abusio.* 26. A in marg.: *Augustinus.* 34. A: *deducunt.*

26. Augustini Opp. tom. VI, p. 216. 32. Is. LIII, 6. 33. Prov. XIV, 12. 38. Rom. X, 4.

Digitized by Google

finis legis ad iusticiam omni credenti denunciat: Ego sum via, veritas et vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. Ad quam viam omnes homines communiter invitat dicens: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. 5 *Quia non est personarum accepcio apud Deum: ubi non est Judeus et Grecus, masculus et femina, servus et liber, barbarus et Scitha, sed omnia in omnibus Christus. Omnes enim unum sunt in Christo Jesu. Dum ergo Christus est finis legis, qui sine lege sunt sine Christi fiunt: Igitur* 10 *populus sine Christo est. Abusivum igitur temporibus evangelii populum sine lege fieri, quando apostolis in cunctas gentes licencia predicacionis data est, quando tonitruum evangelii per omnes seculi partes intonuit; quando gentes que non sectabantur iusticiam apprehen-* 15 *derant iusticiam, quando qui longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi; qui aliquando non populus, nunc autem populus in Christo, quando est tempus acceptabile et dies salutis et tempus refrigerii in conspectu altissimi; quando unaqueque gens habet testem resurrec-* 20 *cionis, quando ipse dominus protestatur: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi. Non fiamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.* Hec Augustinus.

All truth is in the gospel.

25 Hec autem verba que videntur esse stultis extravagancia ad hoc Deus inseruit, ut sciat omne genus hominum quod omnis veritas et omnis erroris destruccio est in evangelio (ut sepe asserit Augustinus). Et si quis fuerit ita sciolus, sicut unquam fuit Salomon, aut 30 ita grandevus, sicut unquam fuit Matussale, debet cognoscere quod modica pars evangelii sibi sufficeret quantumcunque velit addiscere. Nam veritates singule sunt connexe, et si veritas sit docibilis vel salubris, ibi vel docetur expresse vel tacite secundum quod est plus 35 necessaria viatori. Et si veritas aliqua malum docuerit,

9. A: *lege* twice. 9, 10. *fiunt — est* deest. 16. A: *sanguinem.* 25. A in marg.: *Johannes, Nota quod omnis veritas et omnis erroris destruccio est in evangelio, Nota;* ib. A: *stultus.* 27. A: *et quod;* B: *et* extinxit.

1. Joh. XIV, 6. 4. Matth. XI, 28. 5. Rom. II, 11. 6. Gal. III, 28. 8. Rom. X, 4. 11. Matth. XVIII, 19. 14. Rom. IX, 30. 16. Eph. II, 13; Rom. IX, 25. 20. II. Cor. VI, 2. 22. Matth. XXVIII, 20.

Digitized by Google

fugiendum est sub eodem gradu in evangelio, quia auctor veritatis vult omnes ipsas tamquam in libro vite ibi doceri: nec sufficimus quamcunque partem evangelii in via comprehendere sed in patria clare noscemus omnia, cum plene didicerimus librum vite; nec est aliquis tam rudis discolus quin verba evangelica possit addiscere secundum ruditatem que sibi congrueret ad salutem. Ideo verecundantur grammatici et logici naturales et mathematici, legiste et metaphisici, quia si aliqua sit veritas laudanda, ibi secundum congruam formam docetur, si aliqua sit falsitas fugienda, ibi debite condempnatur. Et istud moveret quemcumque fidelem ad evangelium addiscendum, quia prima veritas que est Christus est subiectum huius sciencie et sine ipso cognito forent homines bestie sicut bruta, et sic (ut sepe dictum est) si sis legista papalis, imperialis, regalis vel provincialis, si lex tua quicquam valeat, ibi docetur expresse vel tacite, secundum gradum quo est valida. Ideo reprobandi sunt legiste qui contempnunt in lege divina fontem legis sue attendere, cum melius foret aquam fontalem claram et virtuosam bibere quam aquam turbidam viatorem a beatitudine retardantem, et sic est de quibuscunque aliis scienciis; et ita indubie defectus noticie vere lucis, tenebra ignorancie et defectus audacie ex peccato est causa quare ista responsio non sufficit ad quamcumque scienciam aliam substernendam.

CAP. XXVII.

The pope and other prelates have not all the powers of the apostles.

Restat hic videre difficultatem scolasticam ex cautela diaboli nimis absconditam, scilicet si prelati hodierni ut papa, cardinales, episcopi et archidiaconi cum suis subditis sint tante potestatis, sicut erant apostoli primitivi; et tenetur a multis in facto ut fides quod istud catholice sit credendum, quia aliter (ut inquiunt) ex defectu Christi periret ecclesia. Sed quid infidelius? nec aliter haberent evidenciam quod licite absolvunt, concedunt indulgencias, prosequuntur censuras et excommunicaciones cum aliis, concedunt privilegia et exercent talia infinita. Sicut ergo mediante eadem corporali

9. A in marg.: *Nota bene.* 14. A: *huiusmodi.* 16. A: *regalis* deest. 29. A in marg.: *Dubium.* 31. B: *a multis* deest.

Digitized by Google

potestate homo potest currere et multos actus corporales facere, sic mediante eadem spirituali potestate potest homo nunc facere miracula quando expedit, nunc pre-
364ᵃ dicare, nunc regnum ecclesie | ut tempori congruit pre-
5 lato intendere et nunc censuras vel privilegia secundum leges ab ecclesia editas exercere; et sic omnibus pensatis est papa tante potestatis sicut erant apostoli vel maioris.

They are not, like the apostles, the salt of the earth.

Sed contra perfidiam istam arguitur: Apostoli habuerunt potestatem esse *sal terre et lux mundi* (ut patet
10 ex dictis), sed prelati moderni non habent illam potestatem vel tantam, ergo non parificantur in potestatibus, et specialiter istud non est extorquendum ab hominibus tamquam fides.

Assumptum patet ex forma similitudinaria qua dicitur
15 Joh. I, 12: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Nec est racio diversitatis vel evidencia qua fideles christiani habent potestatem filios Dei fieri quin pari evidencia habuerunt apostoli potestatem esse *sal terre et lux mundi*, cum Christus qui non potest
20 mentiri dicit quod sunt huiusmodi et non ex se; ideo manifestum est quod a Deo hanc habeant potestatem; et cum prelati moderni non exercent illam ad edificacionem ecclesie (ut patet ex dictis), videtur quod sunt dampnabiles ex abusu huiusmodi potestatis.

They cannot work miracles.

25 Similiter, apostoli habuerunt potestatem generaliter faciendi miracula nec aliunde defecerunt a modernis prelatis in potestate sacerdotali. Igitur cum prelati moderni deficiunt a potestate faciendi miracula, videtur quod sint simpliciter inferioris potestatis quam erant
30 apostoli. Nam Matthei X, 1, dicit Fides: *Convocatis duodecim apostolis dedit illis Jesus potestatem spirituum inmundorum, ut eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem.* Et sequitur: *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, demones*
35 *eicite. Gratis accepistis, gratis date.* Et Luce IX, 1 sic scribitur: *Convocatis autem Jesus duodecim apostolis dedit illis virtutem et potestatem super omnia demonia et ut languores curarent.* Et Luce Xᵒ capitulo sic habetur de

3. A: *mirabilia.* 8. A in marg.: *Responsio. 1.* 12. A: *ab omnibus.* 16. A: *filios De.* 17. A: *filii.* 21. A: *hanc et.* 22. A: *et* deest; 1b. A: *ad* deest. 25. A in marg.: 2. 28. A: *in potestate.* 31. A: *Jesus* deest. 34. A: *curare . . . suscitare, mundare.*

38. Lucae X, 19.

Digitized by Google

duodecim apostolis: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra scorpiones et serpentes et supra omnem virtutem inimici et nichil vobis nocebit. Verum tamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiciuntur. Gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in celis.* 5

Proof that Iscariot was in grace as to present righteousness.

Et ex isto textu Luce IX fideles eliciunt quod Scarioth fuit ad tempus in gracia secundum presentem iusticiam, quia textus dicit quod convocatis duodecim apostolis quorum unus fuit Scarioth dedit Jesus illis virtutem et potestatem super omnia demonia et ut languores curarent. Illa autem virtus super omnia demonia non fuit sine virtute morali vel gracia. De tanto ergo fuit Scarioth gratus Deo, sed licet habuit ad tempus virtutem sic superandi demonia, verum tamen finaliter non habuit virtutem vel graciam superandi suum demonium, cum desperando finaliter et peccando in Spiritum Sanctum fuit inductus in temptacionem et non liberatus a malo maximo. 10 15

Power over devils is not less needful than the powers the prelates claim.

Credo autem quod nullus dubitat quin prelati nostri eciam pape non habent regulariter huiusmodi potestatem, et hodie foret plus necessarium illis habere virtutem et potestatem super omnia demonia quam habere omnem potestatem terrenam absconditam quam sic fingunt. Ideo deficiunt in potestate que foret illis hodie necessaria ad salutem. Unde de proporcione magnitudinis potestatum contendunt scolastici; sed quia secundum Apostolum Christi discipulus non debet contendere, videtur quibusdam fidelibus quod sine tali contencione est ut fides catholica capiendum quod habere potestatem vivendi virtuose sive faciendi quicquam in gracia est quodammodo infinitum maior potestas quam aliqua potestas terrena vel salva falsa implicacione maior quam aliqua potestas ab Antichristi discipulis modo ficta; et aliter Simon magus non promitteret apostolis pecuniam se daturum ad habendum huiusmodi potestatem. Nam Act. VIII, 18, scribitur: *Cum vidisset autem Simon quia per imposicionem manus apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: Date et michi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in* 20 25 30 35 40

2. B: *super*. 5. B: *quod*. 6. A in marg.: *Nota quod Judas Scarioth fuit in gracia secundum presentem iusticiam*. 32. A: *salva salva*. 33. B: *ab* deest. 38. B: *michi* deest.

Digitized by Google

perdicionem, quoniam domum Dei existimasti cum pecunia possideri; non est tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.

Ex ista divina historia catholici notant multa, primo quod fideles in primitiva ecclesia non audebant dicere quod dederunt Spiritum Sanctum sed quod ministraverant sacramenta et Deus (ut ex effectu cognoverant) dedit illum. Et istud diffuse prosequitur Augustinus super Johannis Omelia V. Unde Symon magus non audebat dicere quod daret Spiritum Sanctum sed cuicunque imposuerit manus accipiat Spiritum Sanctum; et 364[b] Act. V bene | legitur quod apostoli oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum, sed quod dederunt eis Spiritum Sanctum, non memini me legisse. Et quod multi doctores tenent quod episcopi dant Spiritum Sanctum, nisi fundatum fuerit in scriptura, eadem facilitate contempnitur qua profertur. Et de evidenciis quibus arguitur quod sacerdos absolvit et remittit peccata dicetur (si Deus voluerit) loco suo.

The faithful in the primitive church did not dare to say that they gave the Holy spirit.

Secundo videtur ex historia ista quod Simon magus fuit melioris condicionis quam sunt prelati hodierni, quia voluit pro iusta moneta emisse ab apostolis huiusmodi potestatem; sed prelati moderni non curant sive fraude sive pecunia emant dignitatem mundanam, ita quod appareant habere huiusmodi potestatem et tunc mediante similacione potestatis huiusmodi emunt multa temporalia cum usuris. Simon autem voluit habere potestatem illam realiter et de realitate potestatis huiusmodi hii non curant.

Simon Magus did at least propose a fair bargain. Our prelates are not so honest.

Tercio videtur ex eadem benedicta historia quod tales prelati deteriores Simone licet similent non habent a Deo potestatem, quia Petrus dixit: *Non est tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo.* Cum ergo non sit potestas nisi a Deo et isti simoniaci non habent a Deo huiusmodi potestatem, videtur quod non sit contendendum ut fides vel eciam probabile quod hanc habeant potestatem,

1. A: *cum* deest; B: addit. 4. B: *Et ista.* 7. B: *ex defectu.* 8. A in marg.: *Augustinus.* 12. A: *bene s. bene.* 14. B: *sanctum* deest. 19. B: *dicetur 16. c.* 20. A in marg.: *2.* 22. A: *pro ista.* 30. A in marg.: *3.* 36, 37. A: *videtur — potestatem* deest.

8. S. Augustini Opp. tom. III, 2 p. 12. Act. VIII, 15. 32. Act. VIII, 21.

Digitized by Google

Christus autem noluit dare talem potestatem Scarioth, nisi prius dederit sibi graciam, quare ergo daret nostris pontificibus plus ingratis potestatem huiusmodi qualem fingunt?

The priestly power of ministration is more worth than all money.

Quarto videtur ex eadem benedicta historia quod infinitum melius est habere potestatem in sacerdocio spiritualiter et sacramentaliter ministrandi quam habere potestatem ministrandi quantamcunque pecuniam, quia Petrus reprobative dixit Simoni: *Donum Dei existimasti pecunia possideri,* quod non foret verum, nisi hoc donum Dei foret melius quam quevis pecunia. Petrus autem innuit quod non potest esse equivalencia in hiis bonis.

The grace of predestination is the very best gift.

Et ex isto fideles ultra quinto eliciunt quod infinitum melius est habere graciam predestinacionis vel aliquod donum quod ipsam innuit quam habere graciam vel dona Dei alta vel potestatem aliquam temporalem; et hinc pertinet regi isti magnifico dare potestatem hominibus, ut sint sui filii, ut dicitur Joh. I, 12. Et sic intelligi potest dictum Christi Luce X, 10: *Nolite gaudere in hoc, quia spiritus vobis subiciuntur, sed gaudete quia nomina vestra scripta sunt in celis.* Nam de magis bono debent homines plus gaudere sed infinitum magis bonum est sic scribi in celis secundum predestinacionem quam habere demones sic subiectos. Ideo de hoc debent amplius congaudere. Judas enim Scarioth habuit ad tempus potestatem subiciendi sibi demones, tamen deficit sibi ista inscripcio libro vite.

Et ista duplex sentencia de valore potestatis hominum clarificaret errores plurimos prelatorum, quia tunc avidius zelarent pro mediis ducentibus ad istam precipuam potestatem et parvipenderent potestatem temporalem et longe evidencius potestatem fantasticam false fictam.

CAP. XXVIII.

Power may be increate or created.

Restat modo quo sufficimus superficialiter dicendum aliquid de huiusmodi potestate. Potestas quidem in sua analogia sumpta quedam est increata et alia est creata.

5. A in marg.: *4.* 13. A in marg.: *5.* 15, 16. B: *vel donum.* 17. A: *hinc* deest. 19. A in marg.: 6. 27. A: *descripcio libri.* 36. A in marg.: *Nota distinccionem potestatis.*

9. Act. VIII, 20.

Digitized by Google

Potestatis autem create alia intelligitur pro ipsa substancia sive essencia et alia pro ipsa qualitate secundum quam creatura racionalis dicitur potens: Non enim credendum est quod potestas divina (de qua dicitur
5 Danielis VII, 14: *Potestas eius potestas eterna*) sit accidens deitati; et sic unus de novem ordinibus angelorum dicitur *Potestates*, qui est substancialiter ipse ordo. Potestas autem creata sumpta famosius pro qualitate qua creatura racionalis dicitur esse potens vocatur commu-
10 niter qualitas secunda qua creatura racionalis conformiter Dei beneplacito dicitur esse potens. Et sic cum ecclesia sit sponsa Christi, oportet esse diversos gradus tam in angelis quam hominibus in illis qualitatibus secundum quos sua ecclesia reguletur. Nec est creden-
15 dum quod potestas illa sit res aliqua que poterit per se esse. Sed est quedam disposicio secundum quam creatura racionalis disponitur agere secundum Dei beneplacitum secundum quod congruit sponse Christi. Additur autem in descripcione quod est qualitas secunda ad
364[a] distinguendum inter ipsam et potenciam naturalem. | Nam elementa et quecunque mixta habent naturalem potenciam ad regendum se ipsa; sed potestas dicitur qualitas secunda superaddita ad ecclesiam regulandum. Et sic sunt potestates perpetuo in ecclesia triumphante,
25 sed potestates varie in ecclesia militante. Et ille potestates sunt multe ficte sine fundacione, ut Antichristus seculariter dominetur. Regulariter igitur omnis potestas in fide scripture non fundata est ab Antichristo sive diabolo false ficta, ut potestates ficte a papa et sectis
30 aliis novis quatuor introductis sunt ficte ut sua subiecta, et per consequens ad seducendum subditos diabolice introducte, ut prelatorum cesariorum excommunicacio, citacio, incarceracio et redditus pecuniaris vendicio. Et tale inveniet homo de monachis, canonicis atque fratribus,
35 specialiter quoad sectam propriam puniendam. Et tales tradiciones necesse est destruere propriam sectam finaliter, cum sint abusus contra legem Domini introducti.

Divine power is not an accident of the deity; it is a substance, one of the orders of angels.

Created power is a quality, not a selfexistent thing.

It is a disposition to act in accordance with God's will; given for the purpose of ruling the Church.

All power not founded in Scripture is of Antichrist.

Superiores autem istarum sectarum fingunt se habere potestatem a Domino ad subditos taliter puniendum, ut

Heads of orders claim the power of punishing their subjects.

10. A: *vocatur qualiter secunda.* 17. A in marg.: *Quid est potestas creata.* 20. A: *potenciam naturalem potenciam.* 27. A: *igitur* deest. 29. A: *dicte a papa.* 30. B: *suba* = *substancia.* 34. A: *inventi.* 35. A: *puniendum.*

Digitized by Google

The pope has the same right to excommunicate that the devils have to curse.

papa fingit se habere potestatem ad excommunicandum et puniendum spiritualiter quamcunque personam ecclesie militantis; sed non plus quam habent diaboli ad maledicendum populo christiano. Nam Job. III, 8 scribitur: *Maledicant diei in qua natus sum. Qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan.* Diabolus enim est plenus malediccione et cum maledicit producit quasi de propriis. Ideo precipit Apostolus Rom. XII, 14: *Benedicite et nolite maledicere,* quia in hoc deserendo Christum (ut patet Luce IX) sequuntur homines principem tenebrarum. Nam in lege veteri legimus de benediccionibus et malediccionibus, ut patet Deuteronomii XXVII et XXVIII, quomodo de lege Domini fuerunt tribus deputate ad benedicendum in monte Garisim et tribus alie deputate ad maledicendum in monte Hebal. Petrus eciam maledixit Ananie et Zaphire, Act. I, et Symoni mago, Act. VIII. Sed nec benediccionem nec malediccionem legimus habere virtutem, nisi in precepto Domini sit fundata, quia mirum foret quod vox hominis, creature tam instabilis, haberet tantam virtutem nisi ab alto descenderet a patre luminum.

Prelates do not imitate Christ as the apostles did and have not the same power.

Et iterum mirum foret quod contrariantes Christo in sua vita et lege haberent tantam virtutem ad maledicendum vel benedicendum, sicut habuerunt apostoli Christum Deum et hominem tam propinque in moribus imitantes. Ideo ut fidem capimus quod prelati moderni incedentes per viam morum Christo contrariam non habent tantam potestatem quantam habuerunt apostoli, cum ex fide ipsius apostoli fuerunt filii Dei, et isti a probabili sunt filii diaboli per viam Christo contrariam incedentes. Quis autem paterfamilias omnipotens, omnisciens atque omnivolens videns filium proprium in domo sua ad beneplacitum et domus edificacionem continue laborantem et filium sui maximi inimici non suum heredem sed servi sui in tartaris perpetuo detrudendum, concederet prudenter potestatem tantam huic extraneo maledicto quantam concedit suo filio adoptivo? Constat quod Christus est talis paterfamilias domus ecclesie et

6. A: *Leviathan* twice. 14. B corrigit: *Garasym.* 20. Codd.: *creatura.* 27. B: *Christo ergo contrariam.* 35. A: *tartariis;* ib. codd.: *detrudendo.*

4. Job III, 8: *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan.* 12. Deuter. XI, 29; XXVII, 12, 13.

Digitized by Google

quilibet suus predestinatus sit eius filius adoptivus, quilibet autem prescitus sit filius diaboli sui maximi inimici ligatis manibus et pedibus in exteriores tenebras detrudendus.

Such power follows good life rather than the election of cardinals.

Ideo videtur multis probabile quod magnitudo pote-
5 statis huiusmodi plus consequitur filium imitatorium Christi in moribus quam prelatum qui per cardinales vel tales apostatas est electus. Ipsi enim non habent potestatem eligendi magis acceptum a Christo ad beatitudinem nec ad eligendum magis virtuosum ad habendum
10 maiorem graciam ad plus prodessendum ecclesie militanti. In cuius signum apostoli qui habebant Spiritum Sanctum non audebant eligere Matthiam in apostolum loco Jude, sed illam eleccionem arbitrio Domini limitarunt (ut patet Act. I). Ideo supponunt multi proba-
15 biliter quod cardinales tam stolide et frontose eligentes hominem in Christi vicarium eligunt unum diabolum ex sua superbia profundius condempnandum. Et sic privilegia vel libertates quas concedit hominibus non sunt fides catholica sed deliramenta a fidelibus deri-
20 denda. In cuius signum populus cui hii maledicunt benedicitur a Domino communiter et econtra, quia sunt de numero illorum de quibus Deus loquitur per prophetam Malachie II°, 2: *Maledicam benediccionibus vestris*, et alius propheta Psalmo CVIII, 21: *Maledicent illi et*
25 *tu benedices*. Sicut ergo non est fides ecclesie quod iste prelatus salvabitur, sic non | est fides quod habet tantum
364[a] potestatem spiritualem quod quidquid secundum iudicium suum dixerit erit factum, sed sicut fidelis servus Christi potest signare se crucis signaculo a malediccione diaboli,
30 et tunc capitalis diabolus ex vehemencia sui mali desiderii non nocebit, sic evidencius potest signare se a malediccione diaboli incarnati et sequi Christum in moribus, et tunc sue anime non nocebit. Persecucio autem cum incarceracione, tribulacione et malediccione
35 cum pluribus membris suis viventibus qua persequitur fideles secundum demonium meridianum, ultra hoc quod infideles in timore nocturno tempore sagitte volantis in die occisionis martirum vel tempore negocii perambulantis in tenebris valebit predestinatis Christi perseve-
40 rantibus in fide ad gloriam sempiternam.

Small effect of the pope's curses.

5. A: *consequitur alium imitatorem.* 11. B: *postquam habebant.*
18. A: *pravilegia.*

23. De Eucharistia, p. 325.

Digitized by Google

We should not obey either of the popes except so far as he obeys Christ.

Ex istis patent quedam notanda fidelibus primo quod neutrius istorum paparum vel alicuius pape debemus parere monitis, nisi de quanto sonant in Christi obedienciam et observanciam legis sue. Christus enim est Deus et homo qui errare non poterit, quem oportet omnem hominem fidelem sequi ex fide, si umquam salvabitur; et sic nullum prelatum alium sequi in verbis aut moribus, nisi de quanto ipse secutus fuerit dominum Jesum Christum. Secundo patet quod instar fidelium Judeorum et sapiencium Grecorum debemus lugendo permittere diabolos sese confundere vel orando et operando si possumus causam sui peccati subtrahere.

CAP. XXIX.

We cannot know what power we have.

Ex istis patet quod nullus viator debet pompare de plenitudine potestatis instar apostolorum, quantum sufficit secundum legem Dei proficere ecclesie militanti. Ad hoc enim Christus ordinavit potestatem viatorum esse eis absconditam, ut nemo de potestatis sue magnitudine glorietur. Nec valet nobis tractare quis apostolorum maiorem potestatem habuerit, cum scimus ex fide quod isti duodecim apostoli inserto Paulo et dimisso Scarioth habuerunt tantam potestatem quantam desiderant habuisse, et proporcionaliter ut plus profuerunt ecclesie et sunt beaciores in celo habuerunt in terris potestatem apostolicam magis amplam.

Immo videtur, cum omnia que evenient de necessitate evenient, quod non potuerunt potestatem maiorem vel aliam habuisse; et sic foret quilibet viator incertus de magnitudine sue potestatis, sicut est incertus si hoc opus faciet vel possit facere, supposito isto principio quod si hoc non faciet, hoc non potest facere, quia determinacioni Dei eterne repugnat quod illud faciet. Et sic quesito a quocunque prelato si hoc opus spirituale potest facere, non simpliciter affirmaret quod illud potest facere, sed dum sonuerit in caritatem potest dicere quod hoc potest facere, si Deus voluerit.

6. A: *hominem* deest. 8, 9. A: *fuerit Jesum nostrum.* 11. A: *vel operando.* 20. A: *cum cum ex fide.* 21. A: *illi XIII;* B *XIII* correxit in *XII.* 28, 29. A: *de — incertus* deest. 30. A: *faceret.* 34. A: *affirmare.*

Digitized by Google

Sed hic videtur addenda racio tercia quod prelati nostri moderni non habent tantam potestatem, sicut habuerunt apostoli, quia de prelatis nostris preteritis est certum quod non tantum edificarunt ecclesiam vel profuerant sibi ipsis; ergo iuxta evidenciam tam dictam non habuerant tantam potestatem, sed ipsimet potissime sunt in causa, quia non sequuntur Christum in moribus sed carnem, diabolum sive mundum.

Since all power is of God, it can be given only to those who do God's will.

Et ideo ex mendacio pompatico sue potestatis necessario sunt culpandi. Fundamentum autem assumptum in hac racione, scilicet quod non est potestas nisi ad possibile et per consequens nisi ad illud quod fiet de facto, ex hoc evidet quod *non est potestas nisi a Deo* secundum Apostolum; sed Deus nimis superflue daret potestatem ad faciendum illud quod non potest fieri; ergo non est potestas aliqua ad illud ab aliquo faciendum.

Ex qua deduccione cum manifestis veris plane sequitur quod prelati moderni non habent parem potestatem cum apostolis, ymmo quod multi sacerdotes moderni simplices illos superant in huiusmodi potestate. Et hec racio cum suis mediis persecuta faceret finem de verbis pompaticis potestatis. Sed quia pauci in hoc conveniunt quod omnia que evenient de necessitate evenient, immo superiores nostri dicerent quod hoc sit summe hereticum, ideo non in ista racione nisi cum prudencia est instandum. Et videtur quod talis ficta potestas crevit cum heresi de hostia consecrata, et cum nunc sit in suo summo, utraque heresis si Deus voluerit, destruetur.

The prelates oppress all who use the argument from necessity.

Fratres autem prudenciores sustinent quod ipsa hostia consecrata sit nichil in forma nichili. Nichil quidem est quia vel est quantitas, ut dicunt Predicatores, vel qualitas, ut dicunt Minores, vel aggregacio ex eisdem; neutra priorum parcium est tenenda (ut Fratres bene fatentur), cum non habent causam diversitatis vel racionem aut
365a evidenciam qua hoc fundent. Si autem sit | aggregacio quantitatis et qualitatis generum tam disparium, necessario erit nichil, cum nichil sit homo et asinus qui magis conveniunt, et sic (ut fratres fatentur publice) ipsa hostia

The friars say the host is nothing in the form of nothing.

18. A: *veris* deest. 22. A: *prosecuta.* 27. A in marg.: *De Eucharistia.* 32. A: *quod quia.*

13. Rom. XIII, 1.

Digitized by Google

erit nichil. Et quod sit in forma nichili, ex hoc evidet quod est in forma panis et ille panis nichil est, ideo est in forma nichili.

Valet autem talis racio in terminis positivis non distrahentibus cuiusmodi est terminus *iste panis;* panis ille (ut inquiunt) non est, ideo nichil est; nec est dare cuius accidens illud est forma nisi fuerit forma panis. Et ideo accidens illud sine subiecto quod dicunt esse ipsam hostiam est nichil in forma nichili, et sic in audiendo missas vel nichil adorant ibi Deum vel saltem nichil in forma nichili et quod inquiunt se non adorare illam hostiam consecratam, contradicunt scripture et usui ecclesie, cum scriptura docet adorare creaturas citra Deum et nos crucem Domini adoramus. Ideo dicunt quidam deridendo istos hereticos quod ista hostia secundum opinionem eorum sit cifra, tum quia est figura nichili, quia figura panis qui nichil est, tum eciam, quia nichil primo significat, cum non sic significat illum panem quem Augustinus imprudenter asserit nos videre. Nec primo sed per multas collaciones fidei significat corpus Christi. Ideo illa forma que ponitur communiter esse rotunditas verisimiliter foret cifra.

The friars do not use the same language in public and in private.

Ad hoc autem valet heresis in ista materia seminata, ut plus cognoscatur a fidelibus hec scola diaboli; nam in scola vel private dicunt hanc heresim vel alias hereses paululum variatas et publice dicunt vulgo (ut fideles inquiunt) quod est corpus Domini in forma panis. Quomodo ergo non forent tales heretici mencientes tam proditorie super Christo in hereses plurimas profundati?

They claim to annihilate the bread by their blessing.

Dicunt enim superiores eorum quod virtute sue benediccionis habent potestatem adnichilandi panem frustra oblatum, ut consecretur, cum post benediccionem suam non remanet aliquid quod fuit panis materia nec substancialis forma nec pars quantitativa. Et sic innuunt Christum promulgando in fide scripture consecracionem illius hostie imprudenter asserere multa verba. Tales autem pompantes se de tali potestate abscondita inducunt inevideneiam potestatis quod simul adnichilant et consecrant illum panem; quod indubie Deus non potest facere.

Et simile est de indulgenciis a pena et culpa et cum multis aliis pravilegiis publicatis.

2. A: *tu es in forma.* 37. A: *se de se.*

Digitized by Google

Racio autem convincens omnes istas hereses stat in isto quod nichil possunt facere, nisi Deus prius fecerit illud idem, ut patet ex fide. Sed Deus nichil tale potest facere nisi quod habuerit racionem sue factibilitatis et 5 sonuerit ad utilitatem ecclesie. Ideo secte ille false fingunt quod habent huiusmodi potestatem. Nam nec ex sensu nec ex racione nec ex fide scripture docent quod habent potestatem huiusmodi vel sic faciunt.

Scholastics should expose their errors.

Et utinam scolastici tractarent istam materiam de 10 potestate hominum et intrepide dicerent illam populo laicali. Et sic quandocunque Antichristus vel secularis tirannus dicit quod habet potestatem ad fideles taliter persequendum mentitur super Deo, cum potestate illa si quam habuerit abutitur, se ipsum super Dominum 15 extollendo.

Et sic ficcio vel abusio huius potestatis est minera mendacii, per quam diabolus decipit multam plebem. Intendat ergo fidelis racioni et fidei scripture et non credat talibus extravagantibus fabulis non fundatis, quia 20 benediccio eorum est similis benediccioni qua benedicunt hostie, et malediccio sua econtrario in benediccionem Domini est conversa.

CAP. XXX.

My digressions may have been an occasion of good.

Sequitur in textu evangelii: *Non potest civitas abscondi* 25 *supra montem posita.* Licet autem extravagando multa remota a fide scripture inserui, possunt tamen esse occasio (si Deus voluerit) ad fidem catholicam vivacius retinendum et occasionare ad tales extravagantes sermones posterius dimittendum. Super isto autem verbo 30 sic loquitur Augustinus: *Non potest civitas abscondi super montem posita vel constituta, id est, fundata super insignem magnamque iusticiam, quam significat eciam ipse mons in quo Dominus disputat.*

The city on a hill is the church militant.

Videtur autem hunc sanctum intendere quod ecclesia 35 militans sit quedam civitas supra montem, (hoc est Dominum) posita, ut loquitur Ysaias, et ad specialiorem

16, 17. A: *minera mendacii* twice. 26. A: *inseruu.* 27. A: *vivacius;* B: *unicius.* 28. *occasionare;* ita codd. 30. A in marg.: *Augustinus.* 36. Codd.: *ad* deest.

24. Matth. V, 14. 30. Augustini, De serm. Domini in monte, l. c. p. 171.

Digitized by Google

sensum quelibet persona ecclesie potest dicit civitas, quia sicut militans ecclesia continet multas personas que sunt in diversis statibus, sic quelibet persona illius ecclesie continet multas virtutes que ad unitatem Domini reducuntur. 5

Chrysostom. Unde Crisostomus super eodem textu sic loquitur: *Quamvis enim ipsa civitas voluerit esse | velata, mons* 365b *ipse qui portat eam facit eam omnibus manifestam. Sic et apostoli et sacerdotes qui fundati sunt in Christo monte excelso non possunt esse absconditi, etsi voluerint se* 10 *abscondere: Christi civitas ecclesia sanctorum est de qua dicit propheta: Gloriosa de te dicta sunt, civitas Dei. Cives autem eius sunt omnes fideles, de quibus ait Apostolus: Vos estis cives sanctorum et domestici Dei. Turres illius sunt prophete, de quibus dictum est: Fiat pax in* 15 *virtute tua et abundancia in turribus tuis. Sicut enim de turribus iacula contra hostes iactantur, sic et de propheticis libris contra varias gentilium fabulas et contra insanas hereticorum disputaciones salutaria veritatis proponuntur exempla. Porte autem eius sunt apostoli, de* 20 *quibus scriptum est: Diligit Dominus portas Sion, quia per illas totus populus intrat ad fidem. Muri autem illius sacerdotes ceterique doctores, de quibus dicit propheta ad hanc Jerusalem spiritualem: Et alienigene edificabunt muros tuos, quoniam ex gentibus vocati facti sunt sacer-* 25 *dotes et gubernatores ecclesie. Sicut enim muri omnem impetum gentilium et hereticorum ipsi suscipiunt qui tamquam arietibus quibusdam sic assiduis persecucionibus feriunt clerum, id est, murum ecclesie. Et sicut mortiferas sagittas, sic insania verba perverse confessionis* 30 *eorum de impia cordis pharetra procedencia doctores quasi lapides vivi suscipiunt et fidei virtute confringunt. Hec ergo civitas posita est super montem, id est, apostoli, prophete ceterique doctores edificati in Christo. Mons enim Christus est de quo Daniel ait: Et ecce lapis* 35 *excisus est sine manibus et factus est mons magnus et occupavit totam terram.* Hec Crisostomus.

7. A: *ipsa voluit; civitas* deest; ib. A in marg.: *Crisostomus.* 8, 9 B: *sic quod apostoli.* 11. A: *est* deest. 17. A: *et* deest. 21. Sion. Adde: *super omnia tabernacula Jacob.* 22. B: *per illos.* 31. B: *pharatra.* 35. A: *enim* deest.

6. Op. Imp., p. 792. 12. Psalm. LXXXVI, 3. 14. Ephes. II, 19. 15. Psalm. CXXI, 17. 21. Psalm. LXXXVI, 2. 24. Is. LX, 10. 35. Dan. II, 34, 35.

Digitized by Google

Hic communiter dubitatur si viantes iudicare poterunt qui sint partes ecclesie; et videtur quod sic, quia prelatis sunt redditus et reverencie tribuende; quod non posset esse nisi prelati ecclesie forent cogniti et huiusmodi a populo iudicati; et sic humana eleccio, corona et hec signa sensibilia necessario sunt credenda. Et idem videtur de sacramentorum accepcione et multis signis aliis. Ex quibus cognosci potest que persone sunt partes ecclesie. Aliter enim ex confusione periret noticia christiani; et confirmatur ex hoc quod Christus hic dicit: *Non potest civitas abscondi supra montem posita.*

Whether we can know what men are a part of the church.

Hic videtur multis quod error de iudicio prelatorum ecclesie secundum signa adulterina sensibilia est perversus et facit multa mala in ecclesia militante.

Hic dicitur quod oportet Christum in corde poni ut basim fidei et ipsum nosci ex fide evangelii, et per hoc discerni qui fideles secuntur Christum in moribus et sic per hoc probabiliter vel opinative iudicare que sunt partes ecclesie et per oppositum iudicare probabiliter que sunt partes diaboli; et sic inveniet homo a probabili plures personas secundum divinum iudicium que sunt partes diaboli quam que sunt partes ecclesie. Et hinc dolenter dicit propheta: *Factus sicut homo congregans racemos in autumpno;* et Christus dicit de se ipso Joh. X, 38: *Operibus credite;* et Matthei VII, 16, dicit de malis: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Sic ergo nosci et iudicari possunt tam fideles quam infideles noticia opinabili citra fidem; et citra fidem dico, quia nescimus quam graciam sunt homines finaliter accepturi, sed estimamus a probabili quia multi vocati prelati ecclesie sunt vitam istam misere finituri, quia secundum doctrinam Christi ex suis operibus et fructibus debemus probabiliter iudicare.

We may form a probable judgment from their fruits, but cannot be certain.

Sequitur in textu: *Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.*

Super quo Augustinus: *Quid putamus ita esse dictum sub modio, ut occultacio tantum lucerne accipienda sit, tamquam si diceret: Nemo accendit lucernam et occultat*

Augustine.

1. A in marg.: *Dubium. 1.* 7. A in marg.: 2. 12. A in marg.: *Responsio.* 37. A in marg.: *Augustinus.*

23. Mich. VII, 1. 34. Matth. V, 15.

Digitized by Google

illam. An aliquid eciam modius significat, ut hoc sit ponere lucernam sub modio, superiora facere corporis commoda, quam predicacionem veritatis, ut ideo quisque veritatem non predicet, dum timet in rebus, ne aliquid in temporalibus et corporalibus molestie paciatur? Et bene modius dicitur, sive propter retribucionem mensure, quia ea quisque recipit, que gessit in corpore, ut hic illic, inquit Apostolus, *recipiat unusquisque prout gessit in corpore, et tamquam de hoc modio corporis alio loco dicitur: In qua mensura mensi fueritis, in ea remecietur vobis: sive quoniam temporalia bona que corpore peragantur certa dierum | mensura et inchoantur et* 365*
transeunt, quam fortasse significat modius, eterna vero et spiritualia nullo tali fine cohercentur. Non enim ad mensuram dat Deus Spiritum Sanctum. Sub modio ergo lucernam ponit, quisquis lucem bone doctrine commodis temporalibus legit et obscurat: Super candelabrum autem, qui corpus suum ministerio Dei subicit, ut predicacio veritatis sit superior et servitus corporis inferior; per ipsam tamen corporis servitutem excelsior luceat doctrina, que per officia corporalia, id est, per vocem et linguam et ceteros corporis motus in bonis operibus insinuatur dicentibus: Super candelabrum. Ergo ponit lucernam, cum dicit Apostolus: Non sic pugno tamquam aerem cedens, sed castigo corpus meum et servituti subicio, ne forte aliis predicans ipse reprobus efficiar. Quod vero ait, ut luceat omnibus qui in domo sunt: Domum puto dictam hominum habitacionem, id est, ipsum mundum, propter id quod superius ait: Vos estis lux mundi: aut si domum quisque vult accipere ecclesiam, nec hoc absurdum est. Hec Augustinus.

Videtur istum sanctum intendere quod prelati militantis ecclesie debent esse lucerna, sicut lux erant Christus et sui apostoli, quos debent in moribus imitari; et per consequens non est de ordinacione Christi quod illuminet evangelica hec spiritualia instrumenta et involvat ea sub modio, hoc est, includat operacione temporalium huiusmodi sacerdotes, sed quod sint liberi ab hoc mundi

10. A: *enim mensura.* 15. A: *Sanctum* deest. 20. A: *excellencior.* 23. A: *ducentibus.* 31. A in marg.: *Johannes.* 33. Codd.: *esse* deest.

9. II. Cor. V, 10. 10. Matth. VII, 2. 15. Joh. III, 34. 24. I. Cor. IX, 26. 26. Matth. V, 15.

Digitized by Google

velamine ad similitudinem Christi fundati in iusticia et veritate ad evangelium patule predicandum. Et hoc notarent tam prelati nostri quam domini qui obscurant superiores sacerdotes feculancia temporalium et sic opprimunt suum affectum, ut non sufficiant exemplo vel doctrina ecclesiam illustrare.

Augustine desires that priests should not be enclosed in worldly occupations.

CAP. XXXI.

Crisostomus autem sic loquitur: *Nunc per alteram comparacionem vult ostendere quare sanctos suos ipse Christus manifestat et non sinit eos esse absconditos, id est, quia nec qui accendunt lucernam, ideo eam accendunt, ut ponant sub modio sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Qui sunt accensores lucerne? Pater et filius. Quam lucernam? Verbum divinum, de quo dictum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum, ut luceat, id est, appareat et illuminet que sunt vel in domo ecclesie vel in domo omnium mundorum. Quod ergo candelabrum? Ecclesia que baiulat verbum vite. Consequenter dicit et Paulus: Inter quos lucetis sicut luminaria in seculo verbum vite continentes; consequenter et omnis ecclesiasticus vir habens verbum Dei dicitur candelabrum. Modii autem sunt homines mundiales vacui a Deo et ab omnibus que sunt Dei. Dicuntur autem modii, quoniam sicut modii desuper vacui sunt, de subtus quidem pleni, sic omnes mundi amatores et carnis: in spiritualibus quidem et divinis que superiora recte esse dicuntur vacui sunt et insensati; in inferioribus autem, id est, mundialibus et terrenis aliquatenus pleni videntur et sapientes.*

Chrysostom's commentary.

Preterea sicut in modio si volueris aliquid ponere, necesse est ut cadat deorsum ad inferiora eius et tenebrosa, sic homini carnali et mundiali et vacuo si dixeris aliquid quod est Dei, non illud tenet in superiori parte mentis sue aut cordis nec portat illud in ore, sed confestim cadit de mente et corde deorsum in terrena et tenebrosa, ut nec illi prosit nec aliis. Si autem et aliqua temptacio facta fuerit propter verbum veritatis, statim

9. B: *suos* deest. 26. A: *esse* deest.

8. Op. Imperf., l. c. p. 793. 15. Psalm. CXVIII, 105. 19. Phil. II, 15, 16.

Digitized by Google

reversatur in terram et aspiciens terram quasi modius verbum Dei sub se tenet absconditum. Reversatus est enim aspiciens terram et abscondens verbum sub se, quando propter aliquam causam terrenam non est ausus palam proloqui fidei veritatem, aut insidias carnales timens aut mortem aut dampna aut cetera que instruunt homines carnales, ut verbum quod crediderunt libere non audeant profiteri. Hec Crisostomus.

Other meanings assigned to the lantern.

Quedam autem glossa privata sic loquitur: Lucerna ad litteram est instrumentum servandi lucem ex lignis, pellibus et clavibus; et dicitur a lucimine vel a luce, quia lucem in se arcet vel secundum Gregorium dicitur ethimologice quasi *lux in testa;* et signat mistice quamlibet creaturam | in qua lucet lux sapiencie vel quelibet 365[a] alia lux spiritualis, ut nunc Christum Luce XV, 8, de muliere *accendente lucernam,* nunc Johannem Baptistam Joh. V, 35: *Ipse erat lucerna ardens et lucens;* et sic de qualibet natura capaci luminis spiritualis, Psalmo XVII, 29, *quoniam tu illuminas lucernam meam.*

Unde tercio accipitur pro quocunque accidente creature quo alii dirigi possunt in viam iusticie, ut nunc pro scriptura sacra, Psalmo CXVIII, 105: *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Et ad hunc sensum mistice exponitur istud Sophonie I, 12: *Scrutabor Jerusalem cum lucernis.* Nam Proverb. VI, 23: *Mandatum lucerna et lex lux.*

Secundo accipitur pro caritate, Prov. ultimo, 18: *Non extinguetur in nocte lucerna eius,* et Cantic. ultimo, 7: *Aque multe non poterunt extinguere caritatem.*

Tercio accipitur pro quocunque opere morali, ut Luce XII, 35: *Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes in manibus vestris.*

Quarto accipitur pro quocunque dono Spiritus Sancti; in cuius figura preceptum est Numeri VIII quod septem lucerne ponerentur super candelabrum, quod exponitur Isaie XI, 2: *Requiescet super eum spiritus Domini.*

Quinto eciam accipitur pro quacunque temporali prosperitate, ut Job XXI, 17: *quociens lucerna impiorum extinguitur.*

9. A in marg.: *Johannes.* 11. A: *lucimini;* B: *lucimen.* 15. A in marg.: *1.* 18. A in marg.: *2.* 20. A in marg.: *3.* 24. A in marg : *a.* 26. A in marg.: *b.* 29. A in marg.: *c.* 32. A in marg : *d.*

12. Sti Gregorii Opp. tom. I, p. 439. Cf. Wyclif's Sermones II, 400.

Digitized by Google

Habita itaque racione significacionis literalis potest sollertus scire conferendo concordias scripture ad invicem quid ad sensum misticum intelligitur per lucernam, ut Luce XI, 33: *Nemo accendit lucernam* etc. potest intelligi quicunque sanctus vel quecunque bona operacio que patenter debet proficere exemplo vel effectu vel alio modo noto quoad Deum et non principaliter inniti proprietarie bono privato, ut faciunt habentes intencionem corruptam, unde lucerna contingit hominem abuti et hinc, quia pontificum est habere specialiter sinceritatem cognicionis et puritatem intencionis, ideo legitur illud evangelium in festis Confessorum et Doctorum. Et potest exponi de lucerna fidei vel verbi Dei vel Christi. Hec spargenda sunt humilibus, quia Christus dicit Matthei X, 27: *quod in aure auditis predicate super tecta.* Tunc autem ponitur sub modio, quando servatur sub spe retribucionis temporalis, ut lex vetus: *si volueritis et audieritis me, bona terre comedetis.*

We may understand by it any holy person or action fit to serve as an example.

Candelabrum (de quo Zach. IV) est ecclesia, cuius lampas est Christus dirigens ad ingrediendum per ostium Joh. X; oculum autem vocat Christus intencionem Matthei VI, Marci IV, Luce VIII, XI° et XV°.

Zachariah's candlestick is the Church.

Est autem corpus morale universitas operum, unde Rom. VI, 6, *ut destruatur corpus peccati* et secundum Crisostomum: *Si loqueretur de oculo corporali, diceret sanus aut infirmus et non simplex aut nequam.* Est autem lucidum totum, quando habet bonitatem nature et moris.

Ex hoc textu potest fidelis pertinenter notare quomodo licet dominis temporalibus et specialiter onerantibus clericos ut patronis, sive sint maiores clerici sive minores, caritative auferre ab eis temporalia per que lux illorum confunditur et ipsi cum mundialibus onustantur, quia evangelium istud dicit et quod *nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio,* quia secundum dictam exposicionem Augustini et Crisostomi debet intelligi de sacerdote habente lucem ad fidelem populum in veritate fidei illustrandum.

Laymen may relieve the clergy of their superfluous temporalities.

12. A: *in* $\overline{sis}$ (sic); *festis* in textu deest; in marg.: additur. 21. A: *Joh. IV.* 26. A: *simpliciter.* 35. A: *quod secundum.*

17. Is. I, 19. 25. Crysostomus Op. Imp. Hom. XV, l. c. p. 816: *Alioquin dixisset: Si oculus tuus sanus fuerit; nunc autem dixit: Simplex et nequam.* 34. Lucae XI, 33.

Digitized by Google

The bushel is the darkening of spiritual faculty which comes of overmuch wealth.

Modius autem est tetra temporalium obumbracio, sive fuerit seculare dominium quod Deus prohibet sive possessio temporalium excessiva. Cum ergo Veritas dicit hic expresse quod *nemo accendit sic lucernam et ponit eam sub modio,* cum Christus non sic fecit in persona propria, videtur quod non licet alicui homini citra Dominum hoc temptare, sed pocius videtur quod sit de voluntate Domini lucerna existente sub modio et sic in lumine obumbrata ammovere hunc modium, ut lucerna libere luceat ad exemplum ecclesie militantis.

Some excuse themselves saying they lack knowledge.

Nec valet excusacio in peccatis qua quidam dicunt quod non habent lucernam accensam, quia deficit eis lumen sciencie. Prelati quidem qui ex ore proprio sic dampnant se ipsos debent adquisicioni talis lucis intendere et ut habeant ipsam a Deo se ipsos disponere. Sed fides scripture docet quod modius eclipsat vas sub ipso tali illustracione. Ideo ut prius superhabundans copia temporalium vel seculare dominium debet speciaiter a superioribus clericis ammoveri sed modo dicunt ut filii diaboli sibi ipsis contrarii quod volunt remanere in tali officio non obstante quod ex culpa propria sunt inepti. Deserant itaque ad minimum nomen falsum talis officii vel intendant operi quod secundum legem Dei faceret homines in tali officio promoveri.

They should get it or give up positions for which they are unfit.

Still worse is the plea that they desire wealth to distribute.

Et conformiter sunt homines infames excu | santes se 366a
in secunda excusacione diaboli exsufflandi. Dicunt enim quidam prelati quod pertinet suo statui et sue industrie habere copiam temporalium, ut ipsa distribuant virtuose. Sed attendat hereticus balbuciens quomodo Christus, sapiencia Dei patris, qui cognovit plene quid fuit pertinens statui cleri sui ammovit ista a se ipso et suis apostolis; ideo non dubium quin tales dicentes quod ista temporalia ipsos non impediunt a digniori officio menciuntur expresse in se ipsos et (quantum in ipsis est) stultificant Deum suum. Christus enim cognovit quod evangelizacio est dignius ministerium pro adquirenda beatitudine quam quecunque temporalium dominacio. Nec dubium quin quicunque prelatus nisi fuerit subtilior quam Christus aut sui apostoli est indispositus ad

17. A: *a tali illustracione.* 20 A: *ut* deest. 28. A: *sui* before *statui.* 32. B: *ammonuit.*

4. Lucae XI, 33.

Digitized by Google

evangelizandum per possessionem dominativam talium temporalium. Ideo menciuntur filii diaboli, dicentes quod expendunt hec temporalia virtuose, cum dimittunt magis bonum et eis pertinencius propter minus, cum
5 melius sit seminare verbum Dei quam distribuere *stercora huius mundi*, ut patet ad Phil. III, 8, et est fidelibus per se notum.

CAP. XXXII.

Sequitur in textu evangelii: *Sic luceat lux vestra*
10 *coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem qui in celis est.* Super quo Augustinus: *Si* Augustine.
tantummodo dixerit: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, finem constituisse videretur in laudibus hominum quas querunt ypocrite et
15 *qui ambiunt honores et qui captant gloriam inanissimam. Contra quos dicitur: Si hominibus adhuc placerem, Christi servus non essem, et per prophetam: Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos vel nihil fecit illos: et iterum: Deus confringet ossa hominum placen-*
20 *cium, et rursum Apostolus: Non efficiamur glorie vane cupidi: et ipse iterum: Probet autem se ipsum homo et tunc in semet ipso tantum gloriam habebit et non in altero. Non ergo tantum dixit: ut videant bona facta vestra, sed addidit et glorificent patrem vestrum, qui in*
25 *celis est, ut hoc ipsum quod homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat ut hominibus placeat, sed referat hoc ad Dei laudem et propterea placeat hominibus, ut in illo et per illum glorificetur Deus. Hoc enim laudantibus expedit, ut non hominem sed dominum*
30 *Deum honorent, sicut in ipso homine quem portabat Dominus ostendit, ubi admirate sunt turbe de paralytico sanato virtutes eius sic ut legitur: Timuerunt et glorificaverunt Deum qui dedit potestatem talem hominibus. Cuius imitator Paulus apostolus dicit: Tantum autem*
35 *audientes erant, quia qui aliquando nos persequebatur,*

11. A in marg.: *Augustinus.* 12. A: *lumen vestrum.* 15. A: *ad honores;* ib. A: *qui* deest. 17, 18. A: *et per prophetam — sprevit eos* deest. 20. A: *inanis glorie.* 26. B: *ut hominibus placeat* deest. 28. A: *et per illum* deest. 31. A: *sunt* deest. 35. A: *quoniam qui.*

9. Matth. V, 16. 16. Gal. I, 10; Psalm. LII, 6. 20. Gal. V, 26; VI, 4. I. Cor. II, 18. 32. Matth. IX, 8. 34. Gal. I, 23.

Digitized by Google

nunc evangelizat fidem quam aliquando vastabat et in me magnificabant Deum.

Danger of vain glory.

Videtur istum sanctum vere innuere quod multi qui se reputant esse sanctos succumbunt diabolo per peccatum inanis glorie, quia difficile valde videtur quod quis faciat opus bonum de genere nisi ex hoc in se ipso inaniter glorietur. Et hoc Christus hic prohibet per secundum verbum copulative, cum doceat *et glorificent patrem vestrum.* Tunc enim ponitur lucerna sub modio, quando ad laudem propriam hominis vel commendacionis propositum terminatur. Ideo Christus hic non prohibet quod homo faciat occulte opera sua excludencia laudem suam sed omnino quod versus sursum sit spiraculum apud Deum, sic quod ipse tam intencione quam opere sit laudatus, et bene foret illi qui perfecte cognosceret tam speculative quam practice hanc doctrinam. Habeamus ergo intencionem rectam exclusa ypocrisi et faciamus opera patencia bona de genere secundum quod convenit laudi Dei, quia Johannis XVIII, 20, dicit Christus: *Ego palam locutus sum mundo.* Et sequitur: *Et in occulto locutus sum nichil.* Debet ergo doctor dicere veritatem catholicam de cuius sentencia non formidat et appetere quod publicetur in ecclesia non ad laudem propriam sed ad gloriam Dei sui et de illa Dei gloria glorietur.

Crisostomus autem sic loquitur: *Sic illuminate docentes ut non vestra verba tantummodo audient homines sed ut et opera vestra videant, ut quos illuminaveritis per verbum quasi lux condiatis per exemplum operum vestrorum quasi sal. Quoniam qui docet et facit vere ille docet. Qui autem non facit et docet, non alium docet sed se ipsum condempnat. Et melius est facere et non docere quam docere et non facere; quoniam qui facit etsi tacuerit, alios corrigit suo exemplo. Qui autem docet et non facit non solum neminem corrigit sed adhuc multos scandalizat. Quis enim non moveatur ad peccandum, cum viderit ipsos doctores pietatis peccantes. Ergo per illos quidem | doctores qui docent et faciunt magnificatur Deus, per eos* 366b

3. A in marg.: *Johannes.* 23. A: *publicetur* twice. 26. A in marg.: *Crisostomus.* 29, 30. A: *exempla . . . . sales.* 31. B: *aliquos* corrigit. 35. B: *scandelizat.* 37. A: *Ergo* deest.

26. Opus Imperf., l. c. p. 793.

Digitized by Google

autem qui docent et non faciunt blasphematur, ut puta, si bene doceant sacerdotes et melius vivant; videntes gentiles dicunt: Benedictus Deus qui tales habet servos. Vere enim eorum Deus verus est Deus. Nisi enim ipse esset iustus, nunquam populum suum circa iusticiam sic teneret. Nam disciplina domini ex moribus familie demonstratur. Non sic nostri philosophi qui magna loquuntur et nec modica faciunt. Si autem bene doceant et male conversentur, videntes dicunt: Quis est dominus eorum qui talia agunt. Numquid sustineret eos talia facientes nisi consentiret operibus eorum? Patres nostri (sicut illi estimant) idola colentes omnem iusticiam servaverunt. Isti autem gloriosos loquuntur sermones et ignominiosa opera faciunt. Vides quoniam Deus per malos christianos blasphematur; nec potest dominus bonam opinionem habere qui malam familiam habet. Unde dictum est ad populum Dei: Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.

Those who teach that priests should not be wealthy ought to act on their teaching.

Hec est plana et salubris sentencia huius sancti ex qua cum aliis catholicis seminatis quidam eliciunt ut conforment sua opera suis sermonibus, et dum fuerint cuiuscunque religionis private debent ritus suos novellos abicere et vivere pure secundum ordinem christianum. Nec oportet ad habendum ad hoc licenciam petere curiam Romanam sive papam, quia Deus sine tali labore vel dacione pecunie suos servos licenciat ut sibi eligant magis bonum. Oportet tamen in isto congruenciam temporis expectare. Et ita videtur fidelibus quod docentes catholice nullum Christi sacerdotem debere cum seculari dominio vel possessione copiosa temporalium ultra hoc quod docetur in lege Domini occupari, capta oportunitate temporis debent renunciare tali, si ipsum habuerint, et habere animum renunciandi maiori, si ipsum habuerint, regulante semper prudencia circa oportunitatem temporis et alias circumstancias adiacentes. Tunc enim sine Dei blasphemia docent tam opere quam sermone.

Sequitur in textu evangelii: *Nolite putare quoniam veni solvere legem aut prophetas. Non veni solvere legem*

7. B: *Non sicut.* 9, 10. B: *taliter agunt.* 15. B: *non potest.* 18. A in marg.: *Johannes*; ib. Codd.: *est* deest. 20. Codd: *et* deest. 29. A: *domino.* 30. A: *occupata.* 38. A: *aut — legem* deest.

17. Is. LII, 5. 37. Matth. V, 17.

Digitized by Google

sed adimplere. Quem textum Augustinus sic connectit subtiliter ad priorem: *Postea igitur quam cohortatus est audientes, ut se preparent ad omnia sustinenda pro veritate atque iusticia et ut non absconderent bonum quod erant accepturi, sed ea benevolencia discerent, ut ceteros docerent, non ad laudes hominum nec ad laudem suam sed ad gloriam Dei bona opera sua referentes, incipit eos informare et docere quid doceant, tamquam si quererent dicentes: Ecce volumus omnia libenter sustinere pro nomine tuo et doctrinam tuam non abscondere; sed quid est hoc ipsum quod vetas abscondi et pro quo iubes omnia tolerari? Numquid alia dicturus es contra ea que in lege scripta sunt? Non, inquit. Nolite enim putare quoniam veni solvere legem aut prophetas: non veni solvere, sed implere.*

Augustine's comment.

In hac sentencia duplex sensus est; secundum utrumque igitur tractandum est. Nam qui dicit: Non veni solvere legem sed implere aut addendo dicit quod minus habet aut faciendo quod habet. Illud prius consideremus quod primo posuit. Nam qui addit quod minus habet, non utique solvit quod invenit sed magis perficiendo confirmat; et ideo sequitur: Et dicit: Amen dico vobis donec transeat celum et terra, iota unum aut unus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Dum enim fiunt eciam illa que adduntur ad perfeccionem, multo magis fiunt illa que premissa sunt ad inchoacionem. Quod autem ait: Iota unum aut unus apex non transiet a lege, nihil potest aliud intelligi nisi vehemens expressio perfeccionis, quando per litteras singulas demonstrata est: inter quas iota minus est ceteris, quia uno ductu fit, apex autem est eciam ipsius aliqua in summo particula. Quibus verbis ostendit in lege ad effectum eciam minima queque perduci.

Distinction between moral and ceremonial law.

Iste sanctus et subtilis doctor videtur plane detegere sentenciam verbi Christi, ac si intenderet non solum moralia legis veteris usque ad minimum sunt servanda. Que moralia sunt quasi litere, sicut iota est litera minima sed vocalis, ymmo iudicialia et cerimonialia

2. A in marg.: *Augustinus;* ib. A: *coartatus.* 10. A: *non* deest. 20, 21. A: *Nam — solvit* deest. 24. *fiunt;* B corrigit: *sunt.* 34. A in marg.: *Johannes.*

2. De serm. Dom. in monte, l. c. p. 171. 22. Matth. V, 18.

Digitized by Google

que sunt quasi apex figurans incarnacionem Domini vel usque ad incarnacionem futura in ecclesia, tamquam apex suppositus vel suprapositus que omnia pro suo tempore sunt servata. Sed antequam difficultetur in ista
5 materia, videndum est quid dicit Crisostomus hunc
366* textum evangelicum exponendo. |

CAP. XXXIII.

Propter duas, inquit, *causas dicit non se venisse ut solveret legem, sed ut impleret. Primo ut discipulos suos,* Chrysostom.
10 *quos omnibus bonis operibus adornatos esse debere supra docuerat, hiis verbis ad suum provocaret exemplum, ut quemadmodum ipse omnem legem implebat, sic et illi omnia eciam mandata legis festinarent implere. Deinde quia futurum erat, ut Judei eum calumpniarentur in sab-*
15 *batis operantem et lepram tangentem quasi solventem legem, ideo prius quam incurrat calumpniam calumpniatoribus satisfacit dicens: Nolite putare quod veni solvere legem aut prophetas; non veni solvere, sed adimplere.*

Lex et prophete duo hec agunt; et de Christo prophe- Christ fulfilled the prophecies.
20 *tant et legem vivendi constituunt, que utraque Christus implevit. De se quidem sic: Quando natus est et vocatus Emanuel, quando circumcisus est, et oblatum est pro illo hoc sacrificium, duo turtures aut duo columbe, quando in Egyptum fugit legem implevit, quando in Nazareth conver-*
25 *satus est, quando cum asino templum ingressus est, quando a pueris laudatus est, quando crucifixus est inter iniquos, quando felle et aceto potatus est, quando in manus patris sui spiritum commendavit, quando vestimenta sua dividenda reliquit, quando descendit ad inferios et visitavit*
30 *omnes dormientes sapiencia dicente, quando ascendit in strepitu, quando sedit ad dextram Patris, quando adhuc venturus est vocans terram a solis ortu usque ad occasum, quando sedit in valle Josephat et iudicaverit omnes gentes, adimplevit prophecias, quia nisi hec facta fuissent,*
35 *mendaces erant prophete. Nunc autem adimpleta sunt et adhuc implebuntur, cum stelle ceciderint, cum sol tenebratus fuerit, cum celum plicatum fuerit sicut liber.*

6. A: *exponendo* etc. 8. A in marg.: *Crisostomus.* 18. B: *quia veni.* 26, 27. A: *quando — potatus est* deest. 30. B: *dicente.* 34. B: *adimplet.* 35. B: *impleta.*

9. Opus Imp., l. c. p. 793.

Digitized by Google

He fulfilled the law in the truest way by doing good.

Secundum modum vivendi autem legem adimplevit duobus modis. Primum exteriores quidem legis figuras solvens, interiores autem veritates eius adimplens, ut puta, in lege precepit omne opus servile in sabbato quemquam facere non debere preterquam quod fit omni anime, hoc figurale est, quia sic Deus sabbato cessat ab opere. Spiritualiter autem secundum evangelii veritatem opus servile est peccatum, quoniam omnis qui facit peccatum servus est peccati. Omne autem opus bonum non est servile sed liberale et pro anime fit libertate, licet videatur opus in prima facie corporale. Vides ergo quia Christus sabbatis operans adimplevit legem, non solvit, manifestavit, non conculcavit.

Item, in lege fuerat scriptum: Lepram tangere non oportet. Hoc figuratum est: Lepra enim intelligitur peccatum; Christus ergo tangens lepram non solvit legem sed adimplevit. Mundans autem leprosum, iusticiam operatus est, non peccatum, et propter hoc iusticiam tetigit, non peccatum quod est vere lepra. Nam ille qui peccatum non fecit nec dolus inventus est in ore eius, certum est quod nunquam tetigit lepram, id est, peccatum. Merito ergo dicit: Donec transeat celum et terra, iota unum vel unus apex a lege non preteribit, donec omnia fiant. Quoniam omnia que ab inicio mundi usque in finem erunt futura eorum misteria sunt prophetata in lege, ut ne videatur aliquid eorum que fiunt Deus non antea cognovisse. Propterea dicit: Non potest fieri ut transeat celum vel terra, donec omnia que in lege prophetata sunt rebus ipsis fuerint adimpleta. Ingenuus homo si vel in vili mendacio inventus fuerit erubescit. Et quomodo Deus quod in lege promisit non faciat vel aliter faciat: Vir sapiens quod dixerit verbum suum non relinquit in vacuum. Et quomodo verba divina sine exitu vacua poterunt remanere? Deus hominem punit, si quod docet alium, ipse non fecerit. Quomodo Christus hoc locutus est in prophetis non adimplebit in opere? Denique implevit legem in minimis. Hec Crisostomus.

In hiis dictis videtur istum sanctum doctorem Grecum multas notabiles veritates innuere, primo dividendo

1. B: *modum autem veniendi.* 3. A: *autem* twice. 14. B: *Item* deest. 17. B: *Mundans enim.* 18. B: *et per hoc.* 26. A: *que fiunt* deest. 31. B: *aut aliter.* 38. A in marg.: *Johannes.*

7. Joh. VIII, 34. 19. Is. LIII, 9.

Digitized by Google

legem antiquam in moralia, iusticialia et cerimonialia. Prima pars perpetuo est tenenda; secunda autem pars et tercia non sic perpetuo tenende sunt ad literam, licet fructus earum servati fuerint quoad mores, quia multa eorum figurarunt gesta Messie que credimus esse preterita; et sic Christus cum venit adimplere figuras de ipso, non venit legem solvere, cum in virtute conversacionis sue tam figure quam prophecie legis veteris sunt implete. Si enim Deus eternaliter ordinavit, quod hec opera Christi succedant in suo tempore et finem habeant, lex sua non solvitur sed impletur per hoc | quod temporale legis preteriit et non erit amplius in futurum, quia nunquam fuit lex Dei quod sic erit in perpetuum sed pro suo tempore quod necessario est impletum.

The moral law is always to be kept, but the judicial and ceremonial laws are not always binding in the letter.

Secundo videtur ex sensu huius doctoris quod observacio sabbati quod videtur esse mandatum Domini vel preceptum quoad sua cerimonialia vel figuralia sit necessario terminanda, cum figuravit quoad diem Christum quiescere in sabbato mortuum in sepulcro; quod cum non expectamus futurum sed credimus esse preteritum, solempnizamus diem alium, licet hoc non sit tam necessarium, sicut est necessarium servare finem vel fructum, sicut auctor legis intendit in observancia huius legis. Intendit autem nos servare nos ipsos continue ab operibus peccati servilibus, ut perpetuo in beatitudine quiescamus et non quod in sabbato vel die septimo ab operibus manualibus nos servemus. Et hoc ignorant Judei imponentes Christo heresim ex hoc quod secundum morem eorum sabbatum non servaverit: *Non*, inquiunt, *est iste homo ex Deo qui sabbatum non custodit*, Joh. IX^no^, 16.

Keeping the Sabbath was ceremonial.

Laudabiliter autem quiescimus ab operibus manualibus in die dominica legi Domini precipue attendentes, quia illo die fuit mundus conditus, illo die Christus resurrexit a mortuis, illo die Christus misit Spiritum Sanctum suis discipulis, et illo die tamquam die octava etatis ecclesie Christus beatificat perpetuo suam ecclesiam post diem iudicii. Nec est preponendum hoc cerimoniale sed omnino quod illo die et semper ab operibus peccati servilibus nos servemus.

Yet we ought to refrain from work on Sunday.

4. A: *quos ad mores*. 11. A: *quod* deest. 15. A in marg.: *2*. 17. A: *preceptum ad sua*. 24. B: *nos* omitted before *servare*. 36. B: *eius discipulis*.

Digitized by Google

Et patet defectus argucie sophistarum qui arguunt quod Deus solvit hanc legem, quia vult quod pro tempore dato taliter non servetur. Nam si faceret quod servaretur pro tempore quod Deus non eternaliter diffinivit, tunc legem solveret; quod non potest contingere; et necesse est loquentem libere in ista materia bene cognoscere ista duo, primo quod omne quod eveniet de necessitate eveniet et secundo extendendo tempus de presenti sic quod omne quod fuit vel erit est pro tempore suo, non est color in ista argucia: Deus facit quod hoc opus legis cesset pro dato tempore, igitur solvit hanc legem. Lex enim Dei ad nostrum propositum est veritas eternaliter ordinata ad regendum ecclesiam conformiter voluntati divine, quod non est possibile Christum solvere sed implere.

The moderns err in confusing the ceremonial of the law with its substance.

Et ex istis tercio colligitur quod moderni nostri secundum humanum arbitrium servantes tempora et suas cerimonias dimittendo legis substancialia que sunt precepta decalogi sunt prevaricatores mandati divini, cum non licet mutare moralia supra limites quos Deus ordinavit. Et hinc cum Christus mandavit clerum vivere expropriatarie et docuit illud tam signanter in opere, non licet clericis nostris sic secularitER dominari; et sic breviter religiosi nostri de sectis quatuor a maximo usque ad minimum videntur esse prevaricatores legis Domini tam per continuacionem servilis operis quam consensum. Et sic si heresis sit dogma falsum, scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum, videtur quod nimis spissim in militante ecclesia sunt heretici seminati. Licet autem non audemus coram datis satrapis istam sentenciam publicare, credimus tamen quod dies veniunt in quibus ipsi non audebunt partem suam defendere, cum nisi fructuose peniteant, necesse est eos ex divino iudicio perpetuo in tartaris delitere. Videat ergo fidelis si sciverit que est ordinacio divina ad regendum militantem ecclesiam, et si Christus unquam impedivit ordinacionem illam venire pro suo tempore et finire et tunc facit evidenciam quod Christus venit legem solvere; sed impossibile est quod faciat evidenciam ad assumptum.

3, 4. A: *facerent sed servaretur.* 16. A in marg.: *3.* 21. A: *Christus* deest. 27. A in marg.: *Quid est heresis.*

Digitized by Google

CAP. XXXIV.

Sequitur in evangelio Matthei: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno celorum; qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno celorum.*

Augustinus. To be least in the kingdom may mean to be excluded altogether.

Super quo Augustinus: *Mandata minima signantur per unum iota et unum apicem. Qui enim solverit et sic docuerit, id est, secundum illud quod solvit, non secundum illud quod invenit et legit, minimus vocabitur in regno celorum. Et forte ideo non erit in regno celorum, ubi nisi magni esse non possunt. Qui autem fecerit et docuerit sic, hoc est, qui non solverit et docuerit sic secundum id quod non solvit, magnus vocabitur in regno celorum; sequitur eciam ut sit in regno celorum quo magni admittuntur.*

Those who live ill may be in the Church but are not of it.

Videtur istum sanctum intendere quod duplex est regnum celorum, scilicet militans ecclesia et triumphans; qui autem docet legem Dei et vivit contrarie, licet sit in ecclesia militante, apud divinum iudicium qui est
367ᵃ prima veritas, minimus | vocabitur in ecclesia militante, quia quantum in ipso est ex duplicitate tali falsificat Deum suum; unde nulli peccant gravius in ecclesia militante quam tales prelati duplices Antichristi. Talis autem licet sit *in* ecclesia militante, non est tamen *de* illa, nisi resipiscat. Multo magis ergo qui nec vivit secundum Christum nec docet legem evangelicam secundum ipsum.

Unde Augustinus super Johannis Omelia CXXII[2] in fine sic loquitur: *Minimus autem ille qui solvit factis quod docet verbis in tali ecclesia potest esse, qualem signat piscium prima illa captura, habente bonos et malos, quia et ipsa dicitur regnum celorum. Propter quod ait: Simile est regnum celorum sagene misse in mare et ex omni genere piscium congreganti. Ubi vult intelligi bonos et malos, quos dicit in litore, id est, in fine seculi separandos. Denique ut ostenderet istos minimos esse qui*

6. A in marg.: *Augustinus.* 16. A in marg.: *Johannes.* 20. *militante* in codd. Rectius: *triumphante.*

2. Matth. V, 19. 6. S. Augustini, De sermone Domini in monte, l. c. p. 175. 28. S. Augustini in Johannis Evang., cap. XXI, Tract. CXXII, Opp. tom. III, p. II, 814, 815.

Digitized by Google

docent bona loquendo que solvunt male vivendo, nec quasi minimos in vita eterna futuros sed omnino ibi non futuros. Cum dixisset: Minimus vocabitur in regno celorum, continuo subiecit: Dico enim vobis quia nisi abundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.

Isti sunt certe scribe et pharisei, qui super cathedram Moysi sedent et de quibus ait: Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite; dicunt enim et non faciunt; docent sermonibus quod solvunt moribus. Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno celorum, qualis nunc est ecclesia, non intret in regnum celorum, qualis tunc erit ecclesia, quoniam docendo quod solvit ad eorum societatem qui faciunt quod docent non pertinebit. Et ideo non erit in numero piscium magnorum, quoniam qui fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno celorum; et quia hic magnus erit, ideo ibi erit, ubi minimus ille non erit. Usque adeo quippe ibi magni erunt, et qui minor est ibi, maior sit eo quo hic nemo maior est.

The church militant contains predestinate and reprobate.

Ecce iste sanctus et subtilis doctor exponit plane magistrum optimum in hoc loco, intendens (ut videtur) quod in militante ecclesia sunt due maneries militancium, scilicet predestinati ad ecclesiam triumphantem et reprobi quos Deus abiciet omnino de ecclesia in die iudicii, quando erunt perpetuo condempnati: Primos enim vocat Christus magnos in regno celorum et secundos vocat minimos in regno celorum, et mira subtilitate non dicit eos esse minimos *de* regno celorum, sed *in* regno celorum, quia est notum quod sunt granum et palea in ecclesia militante; sed in palea sunt tres gradus, ut mali sunt illi laici in ecclesia qui a lege Christi in facto degenerant, peiores autem sunt in ecclesia qui ex potentatibus protegunt membra Antichristi; sed minimi et pessimi sunt in ecclesia militante prelati qui secundum ypocrisim suam fingunt se esse de clero et legi Domini tam in verbis quam opere adversantur. Et patet subtilitas verborum Christi contra quoscunque protervos quantumcunque legi Domini fuerant adversati.

2. B: *minimus.* 2, 3. A: *sed — non futuros* deest. 10. *quod;* B correxit: *que.* 11. B: *est* deest. 20. A in marg.: *Johannes.* 31. A in marg.: *1.* 32. A in marg.: *2.* 34. A in marg.: *3;* ib. A: *militante* deest.

4. Matth. V, 19. 5. ib., 20. 8. Matth. XXIII, 3.

Digitized by Google

Utrum autem prelati qui non docuerint legem Christi an prelati alii qui docent bona in verbis et sunt sibi ipsis contrarii in opere, sunt peiores quoad Deum, licet sint in ecclesia militante, est difficultas apud aliquos. Sed videtur pro hoc loco sufficere quod prelati docentes verum sensum catholicum et viventes contrarie, secundo prelati docentes dogma falsum et viventes male, tercio vero prelati obmutescentes in doctrina que pertineret suo statui; omnes, inquam, isti tres vocantur apud Deum et cives ecclesie triumphantis minimi in regno celorum, quia sunt pessimi existentes ut palea in ecclesia militante. Unus tamen istorum trium superat in una racione malicie et alius in alia; Deus autem scit quis illorum sit peior simpliciter; sed videtur quod prelati moderni qui vel mutescunt a doctrina fidei christiane vel predicant ipsam false habent racionem pessimam in hiis tribus, quia nec docent nec faciunt. Christus tamen dicit de phariseis: *Omnia quecumque dixerint vobis facite.* Hoc tamen non diceret de istis falsis prelatis modernis. Si autem prelati moderni vel veteres habuerunt a Deo maiorem graciam atque noticiam et ipsas abutendo receperant plus ingrate, tunc videtur quod habent maiorem racionem peccati. Sed non est nostrum partem istarum alteram simpliciter diffinire.

Which are worst; those who do not teach, or those who teach rightly but do wrongly?

God only knows.

Crisostomus autem sic loquitur: *Primo*, inquit, *videamus que sunt minima ista mandata, et alii quidem aliter interpretati sunt, alii autem aliter. Puto autem ipse Dominus manifeste ostendat dicens demonstratorie: Si quis solverit unum de mandatis istis minimis, id est, que modo*
367[b] *dicturus sum. Nam talis est modus | loquendi in scriptura, quia que post modicum sunt dicturi quasi iam dicta demonstrent, sicut enim ibi: Audite hec omnes gentes. Que hec? Nisi que in sequentibus versiculis erat dicturus. Mandata igitur Moysi in actu facilia sunt: Non occides, non adulterabis, et ideo in remuneracione modica, in peccato magna. Mandata autem Christi, id est, neque irascaris neque concupiscas, in ipso actu difficilia sunt, et ideo in remuneracione magna sunt, in peccato autem minima. Quoniam abstinere ab homicidio aut adulterio*

Chrysostom. 'These commandments' are those which Christ is about to declare.

2. Codd.: *an* deest. 9. A: *inquam* deest. 22. B: *reciperant.* 25. A: *inquam.* 30, 31. A: *scripturis que.* 32. A: *sicut est.* 37. B: *sunt* deest.

18. Matth. XXIII, 3. 25. Op. Imp., l. c. p. 794. 31. Psalm. XLVIII, 2.

Digitized by Google

facile est. Ipsa enim criminis magnitudo voluntatem faciendi repercutit, et ideo non habet laudem qui abstinet se ab illis, quia non est labor abstinere ab illis. Nam omne malum quanto gravius est crimen, tanto levius videtur ad non faciendum et gravius facit peccatum, si fuerit factum. Non irasci autem non facile est in actu, quia dum levis culpa putatur, non facile servatur a multis et multum laboriosum est posse non irasci, quia naturaliter in hominibus iracundia est plantata, et ideo in remuneracione magna sunt, quia difficile et laboriosum est abstinere ab eis.

Preterea etsi iratus fuerit homo aut concupierit est quidem peccatum quia malum est; non tamen est grave peccatum, quia difficile est abstinere ab eis. Ergo minima mandata ista dixit Christi mandata: Non irascaris, non concupiscas, que in observando quidem magna sunt, in peccato autem minima videntur quantum ad homines. Negligentes ergo illi qui levia peccata committunt, minimi sunt in regno Dei, id est, qui iratus fuerit et iratus grande peccatum non fecerit, a pena quidem securus est, non tamen est in gloria, etsi nihil tale committit, quia secutus est iram suam et non illam repressit in corde suo, peccavit. Unde iubet nos propheta: Si irati fuerimus, ut compuncti in cordibus nostris iracundiam reprimamus, sciens quoniam si per iracundiam vel leviter peccaverimus, peccatores sumus. Item, qui concupiscit etsi non fecerit peccavit. Quare? Quia omnino voluit. Qui ergo doctor est si ab omnibus abstinuerit magnus est. Si autem vel in levia hec peccaverit nihil illi prodest sacerdotalis dignitas eius, sed proiectus ab primo ecclesiastico choro fit inter eos qui nec in pena sunt, quia nec fecerunt grave peccatum, non tamen sunt in gloria, quia peccati rugam aut maculam susceperunt. Hec Crisostomus.

Videtur hunc sanctum intendere quod Christus mandat peccata cavere, que licet sint modica in actu, tamen eorum contraria sunt magna in merito, sicut sunt irasci, desidere, et a mala concupiscencia abstinere. Talia quidem contraria sunt magna in merito sed parva in opere. Alia autem peccata contra mandatum Moysaicum sunt facilia in abstinendo, et eorum abstinencia

3. A: *eis* before *quia*. 6. A: *irasci autem difficile*. 21, 22. A: *non tamen — secutus est* deest. 34. A in marg.: *Johannes*.

23. Psalm. IV, 5.

Digitized by Google

est parva in merito, sicut non occidere vel mechari. Christus autem in hoc capitulo docet a levibus peccatis que sunt radices gravium abstinere. Et tum homo debet cavere ab illis sub obtentu magni premii et fuga magni periculi, ut patet in tribus actibus comitantibus homicidium qui sequuntur.

Christ warns us to avoid little sins, which are the roots of graver ones.

CAP. XXXV.

Sequitur in textu evangelii: *Dico autem vobis quia, nisi habundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum.* Super quo Augustinus: *Id est, si non solum illa minima legis precepta impleveritis que inchoant hominem sed eciam ista que a me adduntur, qui non veni solvere legem sed implere, non intrabitis in regnum celorum. Sed dicis: Si de illis mandatis minimis, cum superius loqueretur, dixit minimum vocari in regno celorum quisquis unum eorum solverit et secundum suam solucionem docuerit; magnum autem vocari quisquis ea fecerit et sic docuerit, et ex eo iam in regno celorum futurum esse quia magnus est, quid opus est addi preceptis legis minimis, si iam in regno celorum potest esse, quia magnus est quisquis ea fecerit et docuerit? Quapropter sic accipienda est illa sentencia: Qui autem fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum, id est, non secundum illa minima, sed secundum que dicturus sum. Que sunt autem ista? Ut abundet iusticia vestra, inquit, super scribarum et phariseorum, quia nisi abundaverit, non intrabitis in regnum celorum. Qui igitur solverit illa minima et sic docuerit minimus vocabitur; qui autem fecerit et docuerit non iam magnus habendus est et idoneus regno celorum, sed tamen non tam minimus quam ille qui solvit, ut autem sit magnus et illi regno aptus facere debet et docere, sicut nunc Christus docet, id est, ut habundet iusticia eius*
367[c] *super scribarum et phariseorum. Justicia phariseorum est ut non occidant, iusticia | eorum qui intraturi sunt in regnum celorum ut non irascantur sine causa. Minimum est ergo non occidere; et qui illud solverit minimus voca-*

Augustine.

The law we must keep is that taught by Christ.

11. A in marg.: *Augustinus.* 12. A: *que iniciant.* 18. A: *et sic ex eo.* 31. B: *minime.* 36. A: *regnum Dei.*

8. Matth. V, 20. 11. S. Augustini, De sermone Domini in monte, l. c. p. 173.

Digitized by Google

bitur in regno celorum; qui autem illud impleverit, ut scilicet non occidat, non continuo magnus erit et idoneus regno celorum, sed tamen ascendit aliquem gradum; perficietur autem, si nec irascatur sine causa; quod si perfecerit, multo remocior erit ab homicidio. Quapropter qui docet ut non irascamur, non solvit legem ne occidamus, sed pocius implet, ut et foris dum non occidimus, et in corde dum non irascimur innocenciam custodiamus. Hec Augustinus.

Sins must be destroyed by the root; not merely repressed in outward act.

Videtur istum sanctum docere ex sentencia magistri optimi quod non solum servanda sunt moralia preceptorum legis veteris, que sunt quasi minima quia principia hominibus ad virtutes, sed eciam mandata que Christus exhibet ad moralia legis veteris adimplendum, cum non solum debemus ab homicidio abstinere sed a peccatis animi que sunt irasci, defamare vel in opere desidere, ut volens extirpare zizannia vel alias herbas nocivas fructibus non solum evellit partem extimam sed radicem, sic qui vult perfecte evellere peccatum ab homine debet incipere a peccato anime ut radice, cum per se notum sit moralibus quod omne opus malum extrinsecum habet originem a malo anime. Ideo non sunt audiendi doctores Hebreorum, ut narratur de Josepho, quod solum actus extrinseci viciosi sunt prohibiti ut occidere vel mechari, non actus intrinseci qui originant istos actus. Nam duo mandata secunde tabule non solum prohibent mala opera sed eciam malum velle, cum in consensu volucionis completur peccatum, non in opere extrinseco nisi forte volucio fuerit ex tali opere diuturnior atque maior. Ideo dicit Christus vere et pertinenter in hoc sermone: *Nisi habundaverit iusticia vestra etc.*; ideo scribe et pharisei corruptores fuerunt sensus legis.

Deus enim qui prohibet opus extrinsecum prohibet radices intrinsecas ad opus illud illicite inducendum. Ideo propter istud non arguitur quod lex gracie sit difficilior quam mandata decalogi, sed pocius docetur quod Christus qui facilitavit ad mandatorum illorum observanciam legem novam facilitaverat graciose.

1. B: *in regno celorum* deest. 4, 5. A: *perficerit.* 10, 11. A: *magistri omnipotenti* (sic). 15. B: *homicidio cavere.* 24. A: *Josapho;* ib. A: *quod* deest.

31. Matth. V, 20.

Digitized by Google

Chrysostom.

Crisostomus autem sic loquitur: *Scribarum et phariseorum iusticie sunt mandata Moysi, impleciones autem mandatorum illorum sunt mandata Christi. Hoc est ergo quod dicit: Nisi qui supra legis mandata eciam hec que apud illos minima estimantur impleverit, non intrat in regnum celorum, quoniam illa (sicut diximus) de pena quidem liberant, non autem inducunt in regnum. Hec autem et de pena liberant et introducunt in regnum, cum sit autem id ipsum solvere minima hec mandata et non custodire, quare de solvente quidem supra dicit: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, minimus vocabitur in regno Dei ostendens eum etsi minimum esse tamen in regno esse. Hic autem de non servante dicit: Nisi abundaverit iusticia hominis christiani plus quam scribarum et phariseorum, non intrabit in regnum celorum. Qui enim non intrabit in regnum celorum, extra regnum erit. Sed videte quoniam minimum esse in regno id ipsum non est et non intrare regnum Esse enim aliquem in regno non est regnare cum Christo sed esse tantum in populo Christi, tamquam si dicat: Qui solverit et docuerit sic, inter christianos quidem erit tamquam unus christianus. Qui autem intrat in regnum fit particeps regni cum Christo. Sic et alibi dicitur bono servo: Intra in gaudium domini tui, hoc est, ut simul gaudeas cum domino tuo. Consequenter et iste qui non intrat regnum celorum, gloriam quidem regni celorum non habebit cum Christo, erit tamen in regno celorum.* Hec Crisostomus.

To be least in the kingdome does not mean to be excluded from the kingdom.

Augustine and Chrysostom shewn not to contradict each other.

Videtur istum sanctum dicere non contrarie Augustino mandata dupliciter possunt dici minima, vel quia eorum observancia est facilis vel quia contraria operacio est levis, ut facile est hominem preservare se ab homicidio, sed leve opus est irasci; et ita sicut Augustinus dicit nuda mandata legis veteris possunt dici minima et mandata levia, tamen illis pertinencia possunt ad sensum equivocum dici minima. Correspondenter dupliciter potest intelligi hominem esse in regno celorum

1. A in marg.: *Crisostomus.* 10. A: *quidem supra dicit* deest. 16. A: *Qui — celorum* deest. 17. A: *videte quia.* 21. A: *tamen unus.* 24. A: *ut* deest. 27. A: *in regna;* ib. B: *Sicut alibi.* 29. A in marg.: *Johannes.* 30. A in marg.: *1.* 31. A in marg.: *2.* 35. B: *levia at illis.* 37. A in marg.: *Hominem esse in regno celorum potest intelligi dupliciter. 1.*

1. Op. Imp. Hom. XI, l. c. p. 795. 24. Matth. XXV, 21.

Digitized by Google

vel ecclesia militante, vel quod sit unus de participantibus sacramenta illius regni, dum nuda opinione fuerit christianus vel dum homo fuerit predestinatus. Et sic equivocando debet concedi quod homo est in regno celorum, hoc est, in ecclesia militante, dum tamen non fuerit particeps beatitudinis; et utrumque potest simul eidem contingere; et videtur | 367[a] verbum Christi plane istam equivocacionem detegere, dum dicit quod *minimus vocabitur in regno celorum;* et cum hoc dicit quod non intrabit in regnum celorum.

Hic communiter dubitatur utrum subiacet viatoris iudicio aliquem esse in ecclesia militante; et videtur quod sic, quia aliter non ministrarent laici clero stipendia nec acciperent a sacerdotibus ecclesiastica sacramenta nec iudicarent de quovis superstite quod salvabitur, que omnia cum suis appendiciis essent nimis fidelibus onerosa.

We can tell who is in the church but not who is of it.

Hic dictum est quod duplex est iudicium quantum pertinet proposito, scilicet iudicium de vero per se noto vel fide, et iudicium de opinabili quod vocatur a quibusdam opinio vel arbitracio topica.

Istis premissis cum distinccione dicta de ecclesia et specialiter quomodo contingit hominem esse in ecclesia militante, videtur quod licet viatori iudicare hominem esse in ecclesia militante, quia hoc est sensibile. Sed utrum homo sit de ecclesia militante, cum idem hoc sit et iudicare hominem esse predestinatum, videtur quod hoc non sit hic a nobis simpliciter sed condicionaliter atque probabiliter iudicandum. Sicut autem opinor de me ipso quod sim de ecclesia militante, sic probabiliter suppono de aliis quos video diuturne vivere conformiter legi Christi. Et a sensu contrario suppono de aliis cum eadem condicione quod non sunt de ecclesia, dum vivunt diutine difformiter legi Christi. Et ita quidam supponunt probabiliter quod nec papa nec secte alie sunt de ecclesia militante; et quantum ad inferenda ex istis dicunt quod sunt catholice concedenda, licet sint de difficili practizanda.

2. A in marg.: *2.* 3. A: *dum cum hoc fuerit.* 13. A in marg.: *Dubium.* 19. A in marg.: *Responsio. 1.* 21. A in marg.: *2;* A: *quibus opinio.* 35. B: *diuturne.*

Digitized by Google

CAP. XXXVI.

Sequitur in textu evangelii: *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides. Qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui vero dixerit fratri suo: Racha, reus erit concilio; qui autem: Fatue, reus erit gehenne ignis.*

Augustine. The degress of condemnation.

Super quo Augustinus: *Quid interest inter reum iudicio et reum concilio et reum gehenne ignis? Nam hoc postremum gravissimum sonat et admonet gradus quosdam factos a levioribus ad maiora vel graviora, donec ad gehennam ignis veniretur. Et ideo sicut levius est esse reum iudicio quam concilio, ita levius est reum concilio quam ignis gehenne, igitur oportet ut levius esse intelligatur irasci sine causa fratri quam dicere Racha, et rursus levius esse dicere Racha quam dicere Fatue. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi gradatim eciam peccata commemorarentur.*

Unum autem hic verbum obscurum positum est, quia nec Grecum est nec Latinum, scilicet Racha, cetera vero in sermone nostro usitata sunt. Nonnulli autem de Greco trahere voluerunt interpretacionem huius vocis, putantes pannosum dici Racha, quia Grece pannus Rachos dicitur: a quibus tamen cum queritur quid dicatur Grece pannosus, non respondent Racha; deinde posset Latinus interpres ubi posuit Racha, pannosum ponere nec uti verbo quod et in Latina lingua nullum sit et in Greca inusitatum. Probabilius est ergo quod audivi a quodam Hebreo, cum id interrogassem; dixit enim vocem non signantem aliquid sed indignantis animi motum exprimentem. Has interiecciones grammatici vocant particulas oracionis significantes commoti animi affectum, velut cum dicitur a dolente Heu, vel ab irascente Hem. Que voces quarumque linguarum sunt proprie nec in aliam linguam facile transferuntur. Que causa utique coegit tam Grecum interpretem quam Latinum vocem ipsam ponere, cum quomodo eam interpretaretur non inveniret.

6. B: *qui vero.* 8. A in marg.: *Augustinus.* 11. A: *maiora vel* deest. 12. A: *ideo si.* 14. A: *ut* deest. 16. A: *Racha — Fatue* deest. 37. B: *cum quo eam.*

2. Matth. V, 21. 8. S. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 174.

Digitized by Google

Gradus itaque sunt in istis peccatis ut primo quisque irascatur et eum motum retineat corde conceptum; iam vero si extorserit vocem indignantis, ipsa commocio non significantem aliquid sed illum animi motum ipsa erupcione testantem, qua feriatur ille cui irascitur; plus est utique quam si surgens ira silencio premeretur. Si vero non solum vox indignantis audiatur sed eciam verbum quo iam certam vituperacionem eius in quam profertur designet et notet, quis dubitet amplius hoc esse quam si solus indignacionis sonus ederetur. Itaque in primo unum est, id est, ira sola, in secundo duo, ira et vox que iram significat. In tercio tria, scilicet ira et vox que iram signat et in ipsa voce certe vituperacionis expressio. Vide nunc eciam tres reatus, iudicii, concilii, gehenne ignis. Nam in iudicio adhuc defensioni datur locus; in concilio autem quamvis et iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco | fateri cogit, 368a *ipsa distinccio videtur ad concilium pertinere sentencie prolacio, quando non iam cum ipso reo agitur, utrum dampnandus sit, sed inter se qui iudicant, conferunt quo supplicio dampnari oporteat, quem constat esse dampnandum. Gehenna vero ignis nec dampnacionem habet dubiam sicut iudicium, nec dampnati penam sicut concilium, in gehenna quippe certa est et dampnacio et pena dampnati. Videntur igitur aliqui gradus in peccatis et in reatibus, sed quibus modis invisibiliter exhibeantur meritis animarum, quis potest dicere?*

Audiendum est itaque quantum intersit inter iusticiam phariseorum, et iusticiam maiorem que introducit in regnum celorum, quod cum gravius sit occidere quam verbo irrogare convicium, ibi occisio facit reum iudicio, hic autem ira facit reum iudicio, quod trium peccatorum dictorum levissimum est, quia illic questionem homicidii inter homines agitabant; hic autem omnia iudicio divino dimittuntur ubi finis dampnatorum est gehenna ignis. Quisquis autem dixerit quod graviori supplicio in maiore iusticia punitur homicidium, si gehenna ignis punit convicium, cogit intelligi esse differencias gehennarum.

3. A: *vero* deest. 12, 13. A: *in tercio — signat* deest. 16. A: *quamquam.* 33. B: *hic autem — iudicio* deest. 34. B: *dictorum* deest.

Digitized by Google

Sane in hiis tribus sentenciis subaudicio verborum est intuenda. Habet enim prima sentencia omnia verba necessaria, ut nihil subaudiatur. Qui irascitur, inquit, fratri suo sine causa reus erit iudicio. In secunda vero, cum ait: Qui autem dixerit fratri suo Racha (subauditur sine causa), et ita iungitur: reus erit concilio. Iam in tercia, ubi ait: Qui autem dixerit: Fatue, duo subaudiuntur, scilicet et fratri suo et sine causa. Hoc est unde defenditur quod Apostolus Galatas vocat stultos, quos eciam fratres nominat; non enim illud fecit sine causa. Ideo autem hic frater subaudiendus est, quia de inimico postea dicitur, quomodo eciam ipse tractandus sit maiore iusticia. Hec Augustinus.

Christ condemns wrongful speech as well as wrongful act.

Videtur istum sanctum doctorem plane dicere sensum communem exponencium modernorum quod Christus non solum exprimit dampnacionem pro iniusto opere sed eciam pro iniusto sermone. Unde videtur Augustinum et Crisostomum intelligere quod hoc sit de textu: Qui irascitur fratri suo sine causa. Contingit enim hominem irasci licite, ut patet de Moyse et sanctis ceteris, cum in fide legimus quod Deus irascitur atque furet; sed hoc intelligimus quod nemo irasci debet nisi iratus fuerit pro peccato. Nam iniusticia Deo facta que est in quocunque peccato sonat in Dei blasphemiam, ac si peccator intenderet quod non vult amplius Deum esse, quia indubie Deus non foret amplius nisi de illa iniuria fuerit vindicatus. Et patet quomodo debet illud intelligi I. Joh. III, 15: *Omnis qui odit fratrem suum homicida est.* Cum enim hoc odium sit illa ira de qua Christus hic loquitur, quia est odium sine causa et non ad iniquitatem principaliter terminatur, patet quod equivalet homicidio quoad animum odientis; et ideo hic eadem est pena limitata tali occisori et irracionabiliter irascenti. Planum est autem quomodo subire iudicium sit levius quam subire consilium, quomodo iudicatus sit racionabiliter puniendus et levius est in consilio diffinire quomodo reus a iudice punietur quam quod in inferno erit perpetuo condempnatus; et sic sentencia Augustini de interieccione deridentis que signat iram

Righteous and unrighteous anger.

1. A: *tribus istis.* 2—6. A in marg.: *1. 2. 3.* 14. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *plane dicere* deest. 23. A: *dicto facta.* 34. A: *Plane.*

9. Gal. III, 1.

Digitized by Google

irracionabilem et connotat confuse duos gradus alios, consonat huic sentencie Salvatoris.

Et plana est racio quare nos Latini necessitamur ponere Racha Hebreum et non descendere ad speciem termini derisivi, quia in diversis linguis (ut patet in Anglico) tales voces derisionis multipliciter variantur.

Christ takes into account the acts of the mind.

Sed in omnibus istis oportet fidelem notare quomodo Christus ponderat actus anime atque voces et specialiter actus virtutis irascibilis et voces irracionabiles, cum a Deo propter concordiam et amiciciam erant date. Et sic videtur Deum in lege veteri propter tale leve peccatum punire sic homines, sed in dando decalogum introductorie expressit crimina graviora; et videtur quod peccatores moderni sunt ex doctrina Christi et exemplacione precedenti gravius puniendi. Et sic credunt quidam quod peccatores in tempore gracie profundissime sunt puniti. Augustinus autem non audet temere diffinire quod peccatum sit reliquo gravius, sed dicit quod vel iehenne sunt multe vel quod in eadem iehenna sunt varii gradus pene. Moderni autem ex altitudine sui status audent diffinire quod peccatum sit gravius et quod a peccato quocunque possunt absolvere a pena et culpa, quantascunque indulgencias concedendo. Et tamen sunt tantum inscii quod ignorant tam primam questionem quam secundam de peccato. Quomodo ergo cognoscerent criminis passiones, cum multa sunt peccata gravia que dicunt | non esse peccata sed 368b
merita, et multa sunt merita que dicunt esse peccata gravia condempnanda? Et sic error de quiditate peccati et passionum suarum est causa maioris erroris in ecclesia militante.

We cannot estimate the gravity of sin.

Deus enim et beati quibus ipse revelare voluerit cognoscunt peccati gravedinem et nos viantes inscii habemus aliquam de peccato noticiam sed confusam. Necessarium ergo est viatoribus quod loquendo de peccatis teneant se in limitibus scripturarum. Nescimus autem si antiquitas peccandi, cautela diaboli atque similia faciunt quod eadem in genere sint peccata nunc gravia sive levia que quondam fuerunt aliter ponderata, vel si facilitas evadendi peccata in prima etate mundi levificat ipsa vel difficultat, ideo in talibus in quibus sumus ambigui ponamus prudenter custodiam ori nostro.

27—29. A: *sed merita — gravia* deest.

Digitized by Google

CAP. XXXVII.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Nunc incipit ostendere et docere que sunt minima illa quorum solucionem predixerat esse periculosam: Scitis,* inquit, *quia dictum est antiquis: Non occides; ego autem dico vobis: Si quis iratus fuerit fratri suo sine causa reus erit iudicio.*

Chrysostom's comment.

Hec implecio legis secundum modum vivendi secunda est, ac si intenderet sic iste sanctus: Implecio decalogi secundum sensum literalem communem est prima legis implecio, observacio vero eiusdem decalogi secundum alciorem sentenciam plus profundam est secunda legis implecio, quam cum Christus fecit, patet quod non venit legem solvere sed implere. *Non enim,* inquit Crisostomus, *est Christi mandatum contrarium legi sed lacius quam lex. Mandatum enim Christi in se tenet legem inclusam, lex autem non tenet Christi mandatum. Qui ergo implet Christi mandata, tacite in eis implet et legis. Nam qui non irascitur, multo magis non occidit; qui autem implet legis mandatum, non omnino implet et Christi. Frequenter enim homo non occidit propter timorem vindicte, tamen irascitur; vides ergo quia lex impleta est per graciam, non sublata. Deinde nec sine mandatis his Christi possunt stare legis mandata. Nam si concedatur licencia irascendi, datur et causa homicidii faciendi. Ex ira enim homicidium generatur. Tolle autem iram et homicidium non fit. Omnis enim qui irascitur fratri suo sine causa quantum ad voluntatem suam eciam homicidium facit, etsi non fecerit propter metum. Ideo dolor quidem non est dolor talis, quemadmodum si factum fuisset, peccatum autem tale est irascentis. Ideo Johannes in canonica epistola sua dicit: Qui odit fratrem suum sine causa homicida est. Vide sapienciam Christi. Volens ostendere quia ipse est Deus qui aliquando est locutus et in lege et qui nunc mandat in gracia illud mandatum quod ante omnia mandata posuit in lege, id ipsum mandatum posuit, et nunc in principio mandatorum suorum in primis scriptum est*

Christ's law comprehends more than the old law.

8. A in marg.: *Crisostomus.* 19. B: *nec occidit.* 23. B: *nec* deest. 24. A: *Nam concedam.* 25. B: *et faciendi.* 27. A: *non sit;* ib. *fratri suo* deest; B: *fratri suo et.* 28. B: *et homicidium.* 36. A: *et* deest.

2. Op. Imperf., l. c. p. 795. 31. Joh. III, 15.

Digitized by Google

in lege: Non occides. Ideo hic statim ab odio cepit, ut per concordiam mandatorum ipse inveniatur dictator legis fuisse et gracie: Qui irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicii, ergo qui cum causa non erit reus. Nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit nec iudicia stant nec crimina compescuntur. Iusta ergo ira mater est discipline. Itaque non peccat qui cum causa irascitur, sed econtra nisi iratus fuerit peccavit, quia paciencia irracionabilis vicia seminat, negligenciam nutrit et non solum malos sed eciam bonos invitat ad malum, quia malus quidam, quamvis correptus fuerit non emendatur, bonus autem nisi correptus fuerit perit, quia in corde magis prevalet malum quam bonum. Iracundia que cum causa est non est iracundia sed iudicium. Iracundia enim proprie intelligitur commocio passionis; qui autem cum causa irascitur, ira illius iam non ex passione est sed ex causa; ideo iudicare dicitur non irasci. Puto autem non de iracundia carnis loquitur Christus sed de spiritu, nec ad carnem loquitur sed ad animam, sicut in consequentibus ostendemus. Scit enim Dominus si mandaverit carni, caro ei non obaudiat. Nec enim est possibile ut caro non conturbetur, quia sapiencia carnis inimica est ad Deum; legi enim Dei non est subiecta. Nec enim potest dicente Job: Homo natus de muliere plenus iracundia.

Fleshly and spiritual anger.

Quando ergo homo irascitur et non vult facere quod ira compellit, caro eius irata est, animus autem eius non est iratus. Ergo multi sunt quorum caro irascitur, anima autem non irascitur. Item | multi sunt quorum caro non 368a *irascitur, anima autem illorum irascitur, id est, qui pacientes videntur et tacite et occulte cogitant malum et semper querunt opportunitatem nocendi. Si quis dixerit fratri suo sine causa Racha reus erit consilio; id est, ut sit unus ex consilio eorum qui adversus Christum fuerunt, sicut apostoli in canonibus suis interpretantur. Si quis autem dixerit fratri suo Fatue reus erit gehenne. Racha autem dicitur Hebraice vacue, quamvis quantum ad sensum verbi unum est dicere Racha et fatue; nam qui vacuus est ille et fatuus est, et qui fatuus est sine dubio vacuus est,*

9. B: *nec gloriam nutrit.* 11. B: *licet correptus;* ib. A in marg.: *Notabile.* 14. A: *enim* deest. 20. B: *et carni.* 22, 23. A: *est iudicium; legi.* 24 *plenus;* A: *ple.* 28. A: *non* after *caro* deest. 29. B: *eorum.* 32. A: *erit* deest. 33. Codd.: *eorum* deest. 34. Codd.: *sic apostoli.* 35. A: *autem* deest. 36. *vacue;* B: *Fatue.* 38. B: *et* deest before *fatuus.*

1. Exod. XX, 13. 21. Rom. VIII, 7. 24. Job. XIV, 1.

Digitized by Google

et utriusque verbi una videtur iniuria. Nam sicut indigna res est dicere illi fatue qui habet in se sapienciam spiritualem in agnicione Dei patris et Christi, sic indigna res est hominem vacuum dicere qui in se habet Spiritum
5 *Sanctum. Nam nemo dicitur vacuus qui habet Spiritum Sanctum et nemo fatuus qui Christum cognoscit. Et quare illud verbum quidem (id est Racha) habet penam consilii, hoc autem (id est fatue) gehenne; quia si peccatum est, una debet pena esse amborum.*

10 *Sed quantum ad dicentis propositum, differenciam habent hec verba, etsi quantum ad sensum similia sunt. Racha enim vulgare erat verbum apud Judeos quod non ex ira nec ex odio sed ex aliquo motu vano dicebant magis fiducie causa quem iracundie. Nam unaqueque provincia*
15 *habet in consuetudine aliquod exprobatorium verbum quod non rixe causa sed familiaritatis gracia dicere solent ad eos quorum fiduciam habent, ut puta, patronus suscepto liberto suo aut dives pauperi aut urbanus rustico contempnens personam eius magis quam inimicans. Sed forte*
20 *dicis: Si iracundie causa non dicitur, quare peccatum est? Quia contencionis causa dicitur, non edificacionis. Nam etsi persona illius tibi contemptibilis videbatur, tamen dignitas christianitatis illius contemptibilis non erat. Et si illud aspicere non debeas, tamen Christum qui in eo*
25 *est aspicere debuisti. Deinde et alia racione peccatum est, quia etsi ille aliquod vanum merebatur, te tamen dicere vanum aliquod non oportebat, cum sit scriptum: Amen dico vobis, pro omni verbo quodcunque locuti fueritis dabitis racionem. Quidquid non est lumen, tenebra est,*
30 *sed et quidquid bonum non est malum est. Dicit Apostolus: Sermo malus ex ore vestro non procedat. Et non dixit: Si quis bonus tantummodo sed si quis ad edificacionem fidei. Si ergo nec bonum verbum sine causa dicere debemus, nisi fuerit pro occasione edificacionis, ne ipsum*
35 *verbum bonum dum sine causa dicitur inveniatur esse ociosum et fiat malum: quanto magis illud verbum dicere non debemus quod a semetipso naturaliter malum est et ad iniuriam pertinet audientis.*

Careless words sinful.

Deinde ut quid membrum oris nostri quod ad edifica-
40 *cionem aliorum creatum est aut ad usum corporis aut*

8. A: *Nam si.* 18. B: *liberto* deest. 19. Codd.: *inimicicias.* 22. B: *quia contempcionis.*

27. Matth. XII, 36. 31. Eph. IV, 19.

Digitized by Google

ad gloriam Dei, trahimus illud ad ministerium vanitatis? Omnis enim sermo vanus qui dicitur immundo dictante spiritu profertur. Vanum ergo sermonem dicentes non tantum ideo peccavimus, quia per illum sermonem aliquem ledimus, sed quia damus in nobis locum immundis spiritibus agendi quod volunt. Hoc sciens Salomon dicebat ad Deum: Duo postulo a te, ne auferas graciam tuam a me, priusquam moriar, et vanum verbum ne exeat de ore meo. Si enim vasa sanctificata ad privatos usus transferre peccatum est et periculum, sicut docet nos Balthasar, qui bibens in calicibus sacratis de regno depositus est et de vita; si ergo illa vasa ad privatos usus transferre sic periculosum est, in quibus non est verum corpus Christi sed misterium eius corporis continetur, quanto magis vasa nostri corporis que sibi Deus ad habitaculum preparavit non debemus dare diabolo ad agendum in nobis quod vult. Si quis autem dixerit: Fatue, in communi intelligendum est ubique, sine causa, id est, qui iratus fuerit sine causa, qui Racha sine causa dixerit, qui Fatue sine causa dixerit. Si autem cedere cum causa non est peccatum, quanto magis cum causa dicere fatue non est peccatum? Nam et verbum malum species est aliqua castigacionis et apud sapientem durius est quam flagellum. Quid enim? Si talis fuerit causa ut non verbis sed verbere proferatur vindicta. Ecce enim et Apostolus dixit. Fatue: O insensati Galathe, quis vos fascinavit? Sed non peccavit, quia iusta fuit causa dicendi. Item ad discipulos in via Christus: O stulti et tardi corde. Hec Crisostomus.

Iste sanctus licet dicat alium sensum horum verborum huius evangelii, non tamen ut reor contrarium Augustino. | 368[a]

CAP. XXXVIII.

Sequitur in textu evangelii: *Si ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversus te, relinque ibi munus tuum ante altare*

2. A: *enim* deest. 6. A: *agendus*. 10. A: *nos* deest. 14. A: *misterius*. 16. A: *locum dare*. 25. A: *verberibus*. 35. B: *ad* correxit: *ante altare*.

7. Prov. XXX, 7, 8. 11. Dan. V. 26. Gal. III, 1. 28. Luc. XXIV, 25. 34. Matth. V, 23, 24.

Digitized by Google

et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum. Super quo Augustinus sic loquitur: *Hinc vero apparet de fratre dictum esse superius, quia sentencia que sequitur ea coniunccione connectitur, ut superiora testetur. Non enim ait: Si autem obtuleris munus tuum ad altare, sed ait: Si ergo offers munus tuum ad altare. Nam si irasci non est fas fratri sine causa aut dicere Racha aut dicere Fatue, multo minus fas est animo aliquid tenere, ut in odium indignacio convertatur. Ad quod pertinet eciam quod alio loco dicitur: Sol non occidat super iracundiam vestram.*

Augustine's comment.

Jubemur igitur illaturi munus ad altare, si fuerimus recordati aliquid adversus nos habere fratrem, munus ante altare relinquere et pergere et fratri reconciliari et deinde venire et munus offerre. Quod si accipiatur ad litteram, forte aliquis credat ita fieri oportere, si frater est presens, non enim diucius differri potest, cum munus tuum relinquere ante altare iubearis. Si ergo de absente et (quod fieri potest) eciam trans mare constituto aliquid tale veniat in mentem, absurdum est credere ante altare munus relinquendum quod post terras et maria pererrata offeras Deo. Et ideo prorsus necessario ad spiritualia refugere cogimur, ut hoc quod dictum est sine absurditate possit intelligi.

This text cannot be taken in a mere literal sense.

Altare itaque spiritualiter in interiore Dei templo ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus Deo, sive propheciam sive doctrinam sive oracionem sive ympnum sive aliud ut canticum donorum spiritualium, si animo occurrit, acceptum esse non potest Deo nisi fidei sinceritate fulciatur et ei fixe et immobiliter tamquam altari imponatur, ut possit integrum et illibatum esse quod loquimur. Multi enim heretici non habentes altare (id est veram fidem) blasphemias pro laude dixerunt, terrenis scilicet opinionibus aggravati votum suum tamquam in terram proicientes. Sed debet esse sana eciam offerentis intencio. Et propterea cum tale aliquid oblaturi sumus in corde nostro, id est, in interiore Dei templo, templum enim Dei sanctum est,

We cannot offer to God on the altar of our mind while we cherish hate.

2. A in marg.: *Augustinus.* 3, 4. A: *quoniam sentencia.* 6. A: *obtuleris;* B correxit. 8. A: *et dicere.* 9. A: *ut modicum indignacio.* 15. B: *venire et* decst. 16. A: *fortassis.* 19. A: *et qui fieri.* 21, 22. B: *pertransita;* A: *pertransitoria.* Correxi. 22. A in marg.: *Nota.* 31. A: *fixe atque;* 1b. B: *immobili.* 34. A: *dixerint.* 35. A: *terram suam.*

2. De sermone Domini in monte, l. c. p. 176. 11. Eph IV, 26.

Digitized by Google

inquit, quod estis vos; et: In interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris: Si in mentem venerit quod habeat aliquid adversus nos frater, id est, si nos eum in aliquo lesimus, tunc enim habet ipse adversum nos; nam nos habemus illum adversum, si ille nos lesit, ubi non opus est pergere nos ad reconciliacionem. Non enim veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriam sed tantum dimittes, sicut tibi dimitti a Domino cupis, quod ipse commiseris. Pergendum est igitur ad reconciliacionem, cum in mentem venerit quod nos forte fratrem in aliquo lesimus. Igitur pergendum est non pedibus corporis sed animi motibus, ut te humili affectu prosternas fratri ad quem cara cogitacione cucurreris in conspectu eius, cui munus oblaturus eo. Ita enim eciam si presens sit, poteris eum non animo simulato gravi lenire et graciam revocare veniam postulando; si hoc prius coram Domino feceris, delictum tuum humiliter confitendo ecclesie eius vicario, non pigro motu ad eum pergens sed celerrimo dileccionis affectu atque inde veniens, id est, intencionem revocans ad id quod agere ceperis munus tuum offeras.

Quis autem hoc faciet ut fratri suo vel non irascatur sine causa vel Racha non dicat sine causa vel eum fatuum non appellet sine causa, quod totum superbissime admittitur; vel forte si in aliquo horum lapsus fuerit, quod unum est remedium, supplici animo veniam deprecetur, nisi quisquis inanis iactancie spiritu non inflatur? Beati igitur pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum. Hec Augustinus.

Christ sets charity above offerings.

Ex ista subtili sentencia huius sancti potest fidelis perpendere quod sentencia literalis quam Augustinus abicit nec placeret prelatis legis veteris neque nostris, quia illa servata sero vel nunquam venirent ad ecclesiam munus aliquod oblaturi. Et quantum ad secundum spiritualem sentenciam que indubitanter est catholica, patet quod Christus docet caritatem ante oblacionem vel munus quodcunque aliud preponenda. Et ex hoc animarentur curati et mendicantes ante quecunque alia opera in exercitacione sua preponere caritatem. Nam oblacio

1. B: *inquit* deest. 9. A: *quia ipse*. 13. B: *cucurreris* correxit: *concurreris*. 15. B: *et* deest. 21. A: *facit*. 21, 22. B: *faciet ut fratri suo non irascatur sine causa*. 25, 26. B: *Si quisquis*. 29. A in marg.: *Johannes*. 38. B: *in excitacione*.

1. I. Cor. III, 17. 2. Eph. III, 17. 26. Matth. V, 3.

Digitized by Google

vel quodcunque aliud bonum de genere non est meritorium, nisi in caritate fuerit radicatum. Et ita videtur ex hac fide evangelii quod homo potest catholice detinere munera a suo prelato, dum ille defuerit notorie a caritate quam debet habere, quia quodcunque tale datum sibi debet dari titulo elemosine et per consequens supponi quod sit elemosina illud dare tali. Sed constat quod pertinaciter defendens contra evangelium est ut sic indispositus quicquam recipere; ideo nemo debet titulo elemosine aliquid dare tali. Si autem probabilem coniecturam habuerit quod mediante dacione temporalium fuerit convertendus, tunc ut sic potest aliquis elemosinam sibi dare. Si autem hoc non fuerit | 369a sibi opinabile ex coniectura probabili, non video quomodo titulo elemosine debet aliquid sibi dari. Ideo dicunt quidam tacite suis episcopis quod nisi obtulerint ad altare mentis pro suo populo dona Dei, non sunt digni vocari episcopi vel ex statu illo recipere quodvis lucrum.

Gifts should not be given to prelates who are notoriously out of charity.

Patet ex fide ex qua procedunt fideles ulterius quod cum ex doctrina hac Christi antequam sic obtulerint debent prius reconciliari suis fratribus qui habent aliquid adversus eos antequam emenda racionabili eis satisfecerint vel fuerint in proposito acceptabili emendandi, nolunt ipsos accipere ut prelatos; et cum episcopus debet instruere subditos suos in fide catholica, defendere subditos suos contra hereticos et a se abicere statum seculariter dominandi, antequam in istis tribus satisfecerit non est habilis munus ad altare spirituale animi Deo pro se et suis subditis offerendi; et cum quicquid datur tali presbytero a subditis datur titulo elemosine, videtur quod nichil temporalium sit ei hodie offerendum. Sed cum ista sentencia implicat heresim multiplicem in prelatis, et illi sunt hodie tam potentes in seculo, non est pauperis nisi confidentis de Dei speciali adiutorio monere vel in hoc prosequi contra illos. Scimus tamen quod Christus in causa seculi prosecutus fuit humiliter et modeste contra pontifices Jerusalem.

Nowadays it is dangerous to refuse them.

Et confirmatur ex hoc quod in seculari debito licet rependere unum pro alio. Cum ergo magis debent su-

8–10. A: *sed constat — tali* deest. 24. A: *vel sciverint.* 26, 27. A: *in fide — suos* deest. 34. A: *offerende.* 41. Codd.: *retundere.*

Digitized by Google

periores propositi rependere suis subditis hoc spirituale suffragium quam subditi debent eis reddere donum aliquod temporale, videtur per locum a maiori quod non debent subditi hoc eis reddere antequam pro pociori eis satisfecerint et specialiter Deo suo. Non enim debent secundum falsam racionem et Deo contrariam alicui homini quicquam dare sed de hoc intromittant se qui audent et sciunt de Dei adiutorio confidentes.

CAP. XXXIX.

Chrysostom's comment.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Si offers munus tuum etc. frater tuus aliquid habet contra te, si iratus ei fueris sine causa, si dixisti ei Racha vel Fatue sine causa. Si ergo ex hiis levibus causis offenso fratre et non placato impossibile est munus tuum Deo offerri et suscipi, quomodo ante conspectum Dei ingrediantur, qui fratres suos conculcant, castigant, predantur, et alia multa in viduis et orphanis nephanda committunt? In primis scire debemus quod quamdiu fideles homines aliquam dissensionem habuerint inter se Deus illis non potest esse amicus. Munus eorum non suscipitur, oracio eorum non exauditur, vel si aliquid aliud bonum fecerint, quia nemo inter duos inimicos potest esse fidelis amicus amborum, ut puta, si de illo bene loquaris apud istum, displices isti et in suspicionem venis, quasi plus diligas illum. Et si ad illum bene loquaris de isto et displices illi et in suspicionem venis quasi plus diligas istum: ideo et Deus non vult esse amicus fidelium, quamdiu ipsi inter se fuerint inimici, quia et si illi misericordiam fecerit, iste contristatur, et si non contristatur, quia nichil potest agere contra Deum, tamen non congaudet in beneficiis eius. Si autem aliquid poterat contra Deum et irasceretur ad Deum, quia misertus est inimici eius. Similiter et si isti misericordiam fecerit, ille contristatur. Considera qualem habet Deus conscienciam circa nos et quomodo fidem servat hominibus, quia nos perfecte diligit, ideo inimicis nostris non vult esse amicus, ut puta, duo inimici estis fideles, ideo tibi non vult esse amicus, quia illi*

God will not accept the offerings of those who illtreat their brethren.

21. A: *quod aliud hominum.* 25, 26. A: *et si — diligas istum* deest. 32. A: *inici eius.* 36. B: *ut* deest.

10. Op. Imperf., l. c. p. 796, 797. 11. Matth. V, 23.

Digitized by Google

amicus est, et illi non vult esse amicus, quia tibi amicus est. Ergo te diligens illi est inimicus et illum diligens tibi est inimicus. Nec propter se Deus suscipit munera vestra, sed propter vos ipsos. Alteri adversatur, dum alteri conscienciam servat et dum ambos diligat, nulli vult esse amicus propter inimicicias amborum. Ergo Deus fidem nobis servans inimicorum nostrorum amicus fieri non vult et nos Deo fidem non servamus sed inimicos eius diligimus et amicos odimus. Qui enim amicus est infidelium et inimicus fidelium amicos Dei odit et inimicos amat. Si autem fidem servaremus Domino, sicut ipse nobis, nunquam infidelium amicicias coleremus, nunquam nos infidelium matrimonio iungeremus.

We must take steps to reconciliation, not wait for our enemy to do it.

Dimitte illic munus tuum et vade reconciliari fratri tuo. Vide misericordiam Dei quomodo hominum utilitates aspicit amplius quam suos honores. Si enim suos honores magis adspiceret, sic dixisset: Interim offeras munus tuum et postea vade et reconcilia. Nunc autem dicit: Vade primum et reconciliare et sic veniens offers, tamquam si dicat ad illum: Vade, ego libenter contempnor, libenter honoris mei pacior dampnum, libenter expecto dominus servos tantummodo ut vos in amiciciam veniatis. Vade ergo ut scias, quia plus diligo concordiam fidelium meorum quam munera, quia munera hominum nullum Deo lucrum faciunt. Caritas autem illorum Dei gloriam operatur. Ne dicas: ille mihi nocuit, non ego illi; ille mihi satisfacere debet, non ego illi. Sed pro gloria salutis nostre iubet te Deus amiciciam facere, magis nocitus debes rogare
369b *ut duplicem gloriam consequaris, unam quia | nocitus es, alteram quia prior rogasti. Si enim tu illi nocuisti et ideo rogas eum, forsitan parcet tibi Deus quod nocuisti, quia prior rogasti, tamen nullam habes mercedem, quia reus constitutus rogasti. Si autem ille te leserit et prior rogaveris, magnam habebis mercedem. Festina ergo inimicum tuum prevenire ad amicicias, ne forte tardante te preveniat te ille ad rogandum et rapiat de manibus tuis pietatis mercedem. Nam si ille tibi nocuit et ille te rogat, infructuosa est amicicia tua. Quam enim iusticiam*

1. A: *et illi — amicus* deest. 3. A: *Numquid propter se.* 11, 12. A: *sicut — infidelium* deest; B in marg. addit. 12. B: *toleremus.* 17. A: *offer.* 20, 21. A: *contempnor — honoris* deest. 24. A: *quia munera* deest. 27, 28. A: *Si pro gloria salutis sue iubet te Deus amiciciam facis.* 30. A: *prius;* ib. A: *in illum nocuisti.* 31. A: *ideo rogasti, parcet.* 33. B: *ille* deest; ib. A: *vrius.*

Digitized by Google

fecisti ante Deum, si rogatus placaberis? Non enim volens te substernere sub pedibus tuis, iubet te prius rogare sed volens et humilitatis gloriam pretendere.

Sed forte dicis: ego volo reconciliari, sed dic mihi quomodo reconciliabor? Qualis precessit offensio, talis debet sequi reconciliacio. Si cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare; si verbis offendisti, verbis reconciliare, si operibus offendisti operibus reconciliare. Omne enim peccatum quomodo committitur, eodem modo et penitetur, ut puta, cogitasti male facere alicui christiano, non potes munus tuum offerre ante Deum, quia habes in corde tuo nocendi propositum. Recogita bene quod cogitaveris male et penituisti. Nam cogitacionis peccatum contraria cogitacione dissolvitur. Quis testis? Propheta: Que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini. Vides quia irasci nature est, exequi autem iracundiam voluntatis est.

Si autem verbis tuis lesisti fratrem tuum, vade et verbis satisfac ei ex corde tuo et penituisti. Quoniam autem verborum peccatum verborum satisfaccione dissolvitur, testis est Aaron. Cum enim detraxisset de Moyse, vadens verbis rogavit eum dicens: Rogo Domine ne inferas in nos peccatum hoc, quia ignoravimus quod peccavimus in te. Si autem operibus aliquem offendisti, puta alicuius causam fraude abstulisti aut aliquam rem per violenciam abstulisti, redde ei que abstulisti; et penituisti. Quoniam autem abstracte rei peccatum rerum recompensacione dissolvitur, testis est Zacheus dicens: Domine, quecunque abstuli fraude, reddo in quadruplum. Si autem rem alicuius non tuleris sed forte castigaveris hominem impotentem iniuste, dona ei aliquid pro iniuria dignum. Sic enim scriptum est in lege: Si percusseris servum tuum et fregeris illi dentem, dimitte eum liberum. Secundum hoc intelligendum est: Et si iniuste castigaveris aliquem, iniurie peccatum beneficio est dissolvendum. Alioquin nisi quem factis lesisti, factis placaveris, sine causa oras ad Dominum. Sine causa elemosinas facis de rebus quibus alios exspoliasti. Quid prodest tibi si alter pro te orat

1. A: *rogatus te.* 14. A: *dicis.* 15. A: *et* deest. 16. A: *nasci.* 17, 18. B: *eis verbis satis fac ex toto.* 18. A: *tuo* deest. 22. A: *hoc* deest. 24. A: *aliam rem;* ib. Op. Imp.: *alicuius pecuniam.* 26. Codd.: *representacione.* 33. A: *Et* deest. 36. A: *ad Deum;* ib. A: *elemosinam.* 37. A: *spoliasti.*

14. Psalm. IV, 5. 21. Num. XII, 11. 27. Lucae XIX, 8. 31. Exod. XXI, 27.

Digitized by Google

ad Deum et alius adversus te Deum interpellet? Et si ad istius oracionem vult tibi Deus misericordiam facere, illius interpellacio non permittit. Melius est ut etsi nemini prodes, nemini noceas quam ut alios spolias et alios 5 *vesties.* Hec Crisostomus.

We are bound to love our enemies.

Hic videtur istum sanctum doctorem clare dicere quod viator tenetur sub pena amissionis beatitudinis si talem habuerit diligere inimicum, quia aliter perdit Dei amiciciam, et diligendo ipsum (ut Christus precipit) adquirit 10 sibi duplicem amiciciam, scilicet Christi et proximi quem sic amat. Christi quidem, quia facit hoc mandatum novum quod Christus precipit et ipsum inimicum facit secundum quid amicum, quia aliter Christus non diceret Jude Joh. XVIII: *Amice ad quid venisti?* Amicicia 15 enim cum sit ad aliquid, ad hoc ut habeatur simpliciter requirit veram concordiam extremorum. Sed ad hoc quod uni parti prosit simpliciter illius partis exigit caritatem, et sic concilium Christi utrobique est facilius atque utilius, quia servando istud concilium reconcilia- 20 bitur homo fratri, et tunc potest securius offerre munus ecclesie et facere quodcunque bonum opus de genere quod deberet.

Auricular confession less necessary than Innocent III declared it.

Secundo videtur expresse ex sentencia huius sancti quod confessio vocalis facta sacerdoti introducta per 25 *Innocencium III* non est tam necessaria homini ut diffinit, quia Crisostomus dicit hic quod, si quis solum cogitatu, verbo vel opere offenderit fratrem suum solum cogitatu, verbo vel opere sufficit penitere. Ideo debet *papa Latinus* erubescere de illa moderna penitencia 30 sine fundacione, cum non licet mortalibuseciam apostolis difficultare legem Domini ultra hoc quod ipsemet limitavit. Sapiencia autem divina Hebreorum et sapiencia Grecorum desiderent istam stulticiam Latinorum.

The rival popes would be reconciled if they obeyed Christ.

Et ex istis videtur tercio particularius descendendo 35 quod ambo pape moderni decidunt a papali officio quoad Deum, quia uterque illorum vel alter peccavit in reliquum et secundum hoc mandatum Christi debent reconciliari antequam alter offerat munus suum; quod cum omittunt, patet ex illa maledicta negligencia quo-

1. A: *Deum Alter.* 5. A: *vestias.* 6. A in marg.: *Johannes. 1.* 12. A: *nonum ut Christus.* 21. A: *opus* deest. 22. A: *quod* deest. 23. A in marg.: *2.* 34. A in marg.: *3.*

14. Matth. XXVI, 50. 25. Cf. De Eucharistia, p. 331.

Digitized by Google

They are Antichrist.

modo uterque illorum decidit a fructuoso nomine christiani | et induit nomen infidelissimi Antichristi. Et 369ᵃ idem est iudicium de hiis sectis quatuor introductis, nam introduccio sectarum seminat dissensionem et impedit reconciliacionem.

CAP. XL.

Sequitur ulterius in textu evangelii: *Esto consenciens adversario tuo cito dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius tuus iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.* Super quo Augustinus: *Judicem intelligo Christum. Pater enim non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ministrum intelligo angelum: Et angeli,* inquit, *ministrabant ei et cum angelis suis venturum credimus ad iudicandos vivos et mortuos. Carcerem intelligo penas tenebrarum, quas alio loco exteriores vocat. Credo propterea quod intrinsecus sit in ipsa mente vel eciam si quid secrecius cogitari possit, gaudium divinorum premiorum, de quo dicitur servo bene merito: Intra in gaudium Domini tui, quemadmodum eciam in hac ordinacione reipublice a secretario vel a pretorio iudicis extra mittitur, qui in carcerem truditur.*

Augustine's comment: The judge is Christ.

The officers are the angels, the prison is the place of punishment.

Videtur istum sanctum intendere quod ad differenciam tenebrarum peccati tenebre infernales vocantur tenebre exteriores, quia iste tenebre sicut gaudia eis opposita sunt interiora.

To pay the last farthing is to be purged of sin.

De solvendo, inquit Augustinus, *minimo quadrante potest non absurde intelligi aut pro eo positum quod nihil relinquitur impunitum: sicut loquentes eciam dicimus, usque ad fecem, cum volumus exprimere aliquid ita exactum, ut nihil relinqueretur vel ut significancius demonstraretur nomine quadrantis novissimi peccata terrena. Quarta enim pars distinctorum membrorum huius mundi et ea novissima terra invenitur, ut incipiens a celo secundo*

8. A: *dum es in vita.* 12. A in marg.: *Augustinus.* 15. B: *venturum esse;* in marg. corr.: *venturum eum.* 24. A: *istum attendere.* 29. A: *pro* deest. 32, 33. A: *demonstraretur;* B correxit.

7. Joh. V, 22. 12. De sermone Domini in monte, l. c. p. 176—178. 14. Matth. IV, 11. 17. Matth. VIII, 12, 22, 25, 30. 21. Matth. XXV, 23.

Digitized by Google

aerem numeres, aquam in terciam, quartam terram. Potest ergo convenienter videri dictum: Donec solvas novissimum quadrantem, id est, donec peccata luas terrena. Hoc enim et peccator audivit: Terra es et in terram ibis. Donec solvas autem quod debitum est, miror si non eam signat penam, que vocatur eterna. Unde enim solvitur illud debitum, ubi iam non datur penitendi et correccius vivendi locus? Ita enim fortasse hic positum est: Donec solvas, quoniam in illo loco dictum est: Sede dexteris meis, donec ponam omnes inimicos tuos sub pedibus tuis: Non enim cum fuerint inimici sub pedibus positi, desinet esse ad dexteram. Aut illud Apostoli: Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius: Non enim cum positi fuerint, desinet regnare. Quemadmodum igitur ibi intelligitur de quo dictum est: Oportet eum regnare, id est, semper esse regnaturum, quia semper illi erunt sub pedibus eius: ita hic accipi potest de quo dictum est: Non exies, donec solvas novissimum quadrantem, id est, semper non esse exiturum, quia semper solvit novissimum quadrantem, dum penas sempiternas peccatorum luet terrenorum. Neque hoc ita dixerim, ut diligenciorem tractacionem videar dimisisse de penis peccatorum, quomodo in scripturis dicantur eterne quamquam quolibet modo vitande sunt pocius quam sciende.

The adversary with whom we must agree is God.

Sed videamus iam quis sit adversarius, cui iubemur esse benevoli, cito cum sumus in via cum illo. Aut enim diabolus est aut homo aut caro aut Deus aut preceptum eius. Sed diabolo non video quomodo iubeamur esse benevoli, id est, concordes et consencientes. Nam alii quod Grece positum est eynoon interpretati sunt concors alii consenciens: sed neque benevolenciam diabolo iubemur exhibere; ubi enim benevolencia, ibi amicicia. Neque quisquam dixerit cum diabolo amiciciam esse faciendam neque concordare cum illo expedit, cui semel renunciando bellum indiximus et quo victo coronabimur, neque consentiri illi iam oportet, cui si nunquam consensissemus, nunquam in istas decidissemus miserias. De homine autem

1. A: *aqua.* 7. B: *correccionis.* 11. A: *sedere: Non.* 12. B: *esse* deest. 13. A: *inimicos* deest. 19. A: *id est* deest. 21. A: *peccatorum* deest. 23. A: *ademisse.* 30. A: *aut convencientes.* 31. A: *ex novy;* Recte: *σύνοῶν.* 32. A: *neque* deest; ib. A: *iubeamur.*

4. Gen. III, 19. 8. Ps. CIX, 1. 12. I. Cor. XV, 25.

Digitized by Google

quamquam iubeamur cum hominibus quantum in nobis est pacem habere, ubi utique et benevolencia et concordia et consensio potest intelligi, non video tamen quomodo accipiam ab homine nos iudici tradi, ubi Christum intelligo iudicem, ante cuius tribunal omnes oportet exhiberi, sicut 5 *dicit Apostolus, quomodo ergo iudici traditurus est qui quandoque ante iudicem pariter exhibebitur. Aut si propterea traditur quisque iudici, quia hominem lesit, quamvis illo non tradente qui lesus est, multo commodius accipitur a lege ipsa reum tradi iudici, contra quam fecit, cum* 10 *hominem lederet. Quia etsi occidendo quis nocuerit homini, non erit iam tempus quo concordet cum eo, quia iam non est cum illo in via, id est, in hac vita: nec | tamen* 369[a] *ideo non sanabitur penitendo et ad illius misericordiam cum sacrificio cordis tribulati refugiendo qui donat peccata* 15 *conversis ad se et qui plus gaudet de uno peccatore penitente quam de nonaginta novem iustis. Carni vero multo minus video quomodo benevoli vel concordes vel consencientes esse iubeamur. Magis enim peccatores amant carnem suam et concordant cum illa et consenciunt illi,* 20 *qui vero subiciunt eam servituti, non ipsi consenciunt ei sed pocius ipsi eam sibi consentire cogunt.*

Fortasse igitur iubemur Deo consentire et ei benevoli esse, ut ei reconsiliemur a quo peccando aversi sumus, ut adversarius noster dici possit. Quibus enim resistit, 25 *recte dicitur eorum adversarius. Deus enim superbis resistit, humilibus dat graciam et inicium omnis peccati superbia. Inicium autem superbie hominis apostatare a Deo; et Apostolus dicit: Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filii eius, multo magis* 30 *reconciliati salvi erimus in vita ipsius.*

Ex quo potest intelligi, nullam creaturam malam Deo esse inimicam, quando quidem ipsi reconciliantur qui inimici fuerunt. Quisquis ergo in hac via, id est, in hac vita non fuerit reconciliatus Deo per mortem filii eius, 35 *tradetur iudici ab illo, quia Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio, atque ita cetera que in*

2. A: *ubi itaque;* ib. *et* before *benevolencia* extinct. 4. *iudici;* A: *induci;* B: correxit. 7. A: *quandoque;* ib. A: *iudicium.* 15. A: *cordis* deest. 16. A: *conversus.* 21. A: *ei qui.* 22. A: *pocius ipsi* deest. 23. A: *consentire* deest; ib. A: *illi benevoli.* 32. A: *nullam naturam.*

4. Rom. XIV, 10; II. Cor. V, 10. 17. Luc. XV, 7. 27. Jac. IV, 6. 28. Eccli. X, 14, 15. 30. Rom. V, 10. 37. Joh. V, 22.

Digitized by Google

hoc capitulo scripta sunt consequuntur, de quibus iam tractavimus.

How we are 'in the way' with God.

Unum solum est quod huic intellectui difficultatem facit, quomodo possit recte dici in via nunc esse cum Deo, si in hoc loco ipse accipiendus est adversarius impiorum, cui iubemur cito reconciliari, nisi forte, quia ipse ubique est; nos eciam cum in hac vita sumus, cum illo utique sumus. Si enim ascendero in celum, inquit, tu ibi es, si descendero ad infernum, ades: si recipiam pennas meas in directum et habitavero in novissima maris: etenim illuc manus tua deducet me et continebit me dextera tua. Aut si non placeat impios dici esse cum Deo, quamquam nusquam non presto sit Deus, quemadmodum non dicimus cecos esse cum lumine, tamen etsi oculos eorum lux circumfundat, unum reliquum est, ut hic adversarium preceptum Dei esse intelligamus. Quid enim sic adversatur peccare volentibus, sicut preceptum Dei, id est, lex eius et Scriptura divina que data est nobis ad hanc vitam, ut sit nobiscum in via, cui non oportet nos contradicere, ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire cito? Non enim quisquam novit, quando de hac vita exeat. Quis enim consentit scripture divine, nisi qui legit vel audit pie, deferens ei culmen auctoritatis, ut quod intelligit, non oderit propter quod peccatis suis adversari sentit sed magis diligat correpcionem suam et gaudeat quod morbis suis donec sanentur non parcatur; quod vero aut obscurum aut obsurdum illi sonat, non inde concitet contradiccionum certamina, sed oret ut intelligat, benevolenciam tamen et intelligenciam tante auctoritati esse exhibendam meminerit. Sed quis hoc facit nisi quisquis ad testamentum patris aperiendum et cognoscendum non licium suscitacione acerbus sed pietate mitis accesserit: Beati mites, quoniam ipsi hereditabunt terram. Hec Augustinus.

CAP. XLI.

Chrysostom's comment.

Crisostomus autem super eodem textu sic loquitur: *Festinat Dominus, ut ad amiciciam festinemus inimicorum*

5. A: *in* deest. 7. A: *in bona vita sumus;* ib. A: *ille.* 9. A: *in infernum.* 10. A: *habitandum.* 11. B: *illic.* 14. A: *luce;* ib. A: *tam etsi.* 23. A: *deserens.* 26. Codd.: *moribus suis donec sanetur.* 32. A: *acerbum;* ib. A: *accessit.* 36. A: *super ista;* A in marg.: *Crisostomus.*

8. Psalm. CXXXVIII, 8. 33. Matth. V, 4. 36. Op. Imperf., l. c. p. 797/8.

Digitized by Google

The adversary is a human enemy.

nostrorum, quam diu vivimus in hac vita (vita enim omnium hominum communis est vita ista carnalis per quam omnes homines transeunt, boni et mali) sciens quam periculosum est si unus ex inimicis pace non facta fuerit mortuus; nam postea, si voluerint pacem facere, non possunt, cum fuerint separati. Si autem quamdiu in via huius vite es, non feceris pacem cum adversario quem lesisti sed hic inimicantes per mortem ieritis ante iudicem Christum, tradet te Christo, convincens te reum iudicio eius, et iudex tradet te ministro, id est, angelo penarum crudeli et ille mittet te in carcerem gehenne.

Chrysostom in expounding the 'adversary' as a man goes contrary to Augustine.

Hic multi intelligunt hunc sanctum contrarium Augustino, dum vult per adversarium (de quo evangelium) intelligere hominem adversantem, quod Augustinus expresse impugnat; sed nos non ambigimus quin Augustinus in isto sensit catholice, cum enim hoc mandatum Christi sit indiffinitum et sic generale ad omnes homines se extendit, supposito igitur quod habeamus fratrem nostrum adversarium qui est prescitus in crimine induratus, absit nos credere Deum sapientissimum mandare nos tali maledicto homini consentire. Deus enim ordinavit eternaliter quod talis in inferno perpetuo punietur, sicut scivit eternaliter quod nemo illi racionabiliter consentiret; quomodo ergo preciperet Christus aliquem hominem tali diabolo consentire? Ideo sanior et generalior | est 370a
exposicio Augustini. Sed forte sic intelligit Crisostomus quod quilibet offendens in fratrem suum debet hic in via quantum in ipso est satisfacere, quia aliter in die iudicii erit testis coram tribunali iudicis Jesu Christi de peccato sue finalis impenitencie, sive predestinatus fuerit sive condempnandus.

Sed supposito sensu catholico utriusque istorum prosequamur ulterius sentenciam huius Greci: *Et qui in hoc seculo,* inquit Crisostomus, *si pacem fecisses, eciam gravissimi operis poteras accipere indulgenciam, sicut scriptum est: Charitas operit multitudinem peccatorum. Si semel condempnatus fueris, missus in carcerem iam non solum de gravibus peccatis sed eciam pro verbo ocioso quod locutus es, id est, si Racha alicui dixisti et*

12. A in marg.: *Johannes.* 33. A in marg.: *Crisostomus.* 36. B: *operet.* 37, 38. B: *nam non solum.*

36. I. Petr. IV, 8.

Digitized by Google

pro eo sunt exigenda supplicia. Tradet te autem iudici adversarius tuus, et si prius te rogaverit ille. Dicit enim Salomon: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Congerere autem carbones ignis quid est aliud nisi magis reum facere ante Deum? Si ergo qui bene facit inimico, magis illum reum ante Deum facit, consequenter et qui prius rogat inimicum suum reum illum facit ante Deum. Frequenter homines et in hoc seculo mittuntur in carcerem pro peccato, id est, in angustias et tribulaciones diversas. Nam plerumque peccantes in hominibus mittuntur in tribulaciones diversas, sed non sic intelligimus hic carcerem; angustie autem huius mundi carceres appellantur. Hec Crisostomus.

The prelates are opposed to Christ.

Intendendo autem exposicioni catholice Augustini videtur quod hoc mandatum sit cunctis catholicis publicandum, sed precipue prelatis ecclesie, quia videtur quod ipsi sunt contrarii legi Christi non solum in recipiendo dotacionem et seculare dominium contra hanc legem, sed quia nec in sua persona vel vita servant hanc legem, cum non imitantur Christum in moribus, nec docent alios qui debent esse eis subditi hanc servare; ideo vel scriptura sacra est falsa, quod esse non poterit, cum sit verbum Domini, vel ipsi prelati sunt iudici tribuendi et finaliter condempnandi.

Istam autem exhortacionem debet fidelis in nomine Domini patenter illis dicere, si forte ex gracia Dei a dicto triplici crimine resipiscant, quia Christus hic loquens contra tales habentes legem Domini adversantem precipit salubriter quod hoc faciant cito dum sunt in via cum illa, quia ex mora diutina possunt faciliter indurari et solum de finaliter impenitentibus prophetat veritas istam penam.

Excessive respect is paid to man's law; too little to God's.

Unde pessimum videtur signum attestans ydolatras atque hereticos quod lex papalis, lex humana sive cesaria que est instrumentum illis clericis ad peccandum habetur in magna reverencia tamquam codex illis maxime preciosus, sed legi Domini dicunt Racha. Et cum illi codices sunt legi divine similitudines propinque

2. A: *si* deest. 3. A: *Salvator*. 9. B: *et* deest. 11, 12. A: *Nam — diversas* deest; B in marg.: addit. 12. A: *sic* deest. 15. A in marg.: *Johannes*. 28. A: *triplici* deest.

3. Prov. XXV, 21, 22; Rom. XII, 20.

Digitized by Google

veritatis catholice, alii libri prophani sunt codices heresis a summo iudice condempnande, videtur quod illi prelati honorant heresim et blasphemiam contra Deum.

We may fall back on Augustine's fifth suggestion; that the adversary is a command of God.

Lex autem Christi quam evangelium vocat nostrum adversarium est veritas vel fides catholica nostris co- 5 dicibus intellecta. Que quidem veritas licet sit essencialiter Deus ipse, distinguitur tamen racione ab illo, sicut multe partes veritatum huiusmodi a se invicem distinguuntur. Et cum illa lex fuit nobis data ad regulandum nos in via, probabilis videtur ista quinta 10 sentencia Augustini.

Again we may say that this adversary is God the Father, or our guardian angel.

Posset tamen fidelis sexto dicere quod adversarius (de quo dicit hoc evangelium) sit Deus pater vel trinitas increata vel septimo dicere quod sit bonus angelus ad nostram custodiam deputatus. Ille autem angelus 15 quamdiu peccamus est noster adversarius et quam cito fructuose penitemus, isti prius adversario consentimus, et si nunquam sic penitemus, ipse tradet nos iudici et dampnacioni iehenne. Iste autem due exposiciones licet videantur probabiles, non tamen sunt eque bone vel 20 faciles sicut quinta exposicio Augustini.

The reprobate is punished for sins even repented of.

Et hic dubitatur communiter ex hiis dictis Crisostomi si redeunt eadem peccata post penitenciam in prescito, et videtur ipsum sentire quod sic, quia dicit quod dampnati propter verba ociosa et talia peccata levia 25 punientur; et videtur hoc esse consonum racioni. Nam Deus remittit vel laxat peccata. Sed Deus cogitat de omnibus peccatis que dampnatus commiserat et cum quodlibet eorum sit causa sue finalis impenitencie, videtur quod pro eorum quolibet Deus sic punit. Nec 30 valet dicere quod pro multis eorum penituit et sic Deus ipsa delevit, quia quantum ad illam sophisticam penitenciam Deus dedit sibi graciam secundum presentem iusticiam et tantum ingracius post deliquit; quomodo ergo non recordaret Deus iniquitatis preterite ad quam 35 rediit tam ingrate.

How this bears on absolution.

Hic aliter loquuntur solemnizantes hoc sacramentum penitencie infundabiliter introductum, et aliter sancti priores dicentes hoc sacramentum non simpliciter et

11. A: *Augustini* deest. 15. A: *ad nostram — angelus* deest. 16. A: *qui quamdiu.* 17, 18. A: *isti — penitemus* deest. 22. A in marg. *Dubium.* 27. A: *si Deus.* 38. A: *impenitencie.*

10. See above p. 143, l. 28 'aut preceptum eius'.

Digitized by Google

generaliter necessarium, licet multis proficiat ad salutem. Priores autem sancti dicunt probabiliter quod sicut in predestinatis propter finalem fructuosam penitenciam omnia peccata sua preterita simpliciter remittuntur, sic in prescitis propter finalem impenitenciam redeunt omnia peccata sua et pro quolibet illorum licet par-
370b cialiter perpetuo punientur nec | umquam habuerant alia peccata dimissa simpliciter. Et hoc attenderent et studerent absolventes moderni qui dicunt indubitanter omnia peccata sui confessi dantis copiosam pecuniam esse dimissa, quia nesciunt si illi predestinati fuerint vel presciti. Et credo quod Deus ad hoc ordinavit in viantibus illam nescienciam, ut non pompent et illudant populo de sua absolucione vel indulgenciis, quia nesciunt quando in tam periculosa materia verum dicunt. Et utinam ista materia esset tam scolastice quam practice secundum veritatem fidei pertractata.

CAP. XLII.

Christ's teaching as to lust.

Sequitur in textu evangelii: *Audistis quia dictum est antiquis: Non mechaberis. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo.* Superius docuit Christus quomodo est virtus irascibilis hominis moderanda, quomodo ira sine causa, verba derisoria et verba fatua sunt ab hominibus expurganda; hic consequenter docet quomodo virtus concupiscibilis sit viatoribus temperanda.

Augustine's comment.

Unde Augustinus: *Justicia,* inquit, *minor est non mechari corporum coniunccione; iusticia vero maior regni est Dei non mechari in corde. Quisquis autem non mechatur in corde multo facilius custodit se, ne mechetur in corpore. Illud enim confirmavit qui hoc precepit; non enim venit legem solvere sed implere. Sane considerandum est quod non dixit: Omnis qui concupiverit mulierem sed qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, id est, hoc fine et hoc animo attenderit ut eam concupiscat, quod iam non est titillari delectacione carnis sed plene consentire libidini,*

6. B: *eorum.* 9. A: *indubitanter* twice; A in marg.: *De absolucionibus.* 12. B: *ad hoc* deest. 17. A: *practicata.* 23. A: *quomodo est.* 27. A in marg.: *Augustinus.* 28. B: *est* deest. 29. B: *in* deest. 29, 30. A: *in corpore.* 30. A: *se* deest; ib. A: *in corde.*

19. Matth. V, 27, 28. 27. De sermone Domini in monte, l. c. p. 179.

Digitized by Google

ita ut non refrenetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit, sacietur.

Three things make up sin; suggestion, delight, consent.

Tria enim sunt quibus impletur peccatum, scilicet suggestio, delectacio, consensio. Suggestio sive per memoriam fit sive per corporis sensus, cum aliquid videmus vel audimus vel olfacimus vel gustamus vel tangimus. Quo si frui delectaverit, delectacio illicita refrenanda est; velut cum ieiunamus et visis cibis palati appetitus assurgit, qui non fit nisi ex delectacione, verumtamen huic non consentimus, si eam dominantis racionis iure cohibemus. Si autem consensio facta fuerit, plenum peccatum erit notum Deo in corde nostro, eciamsi facto non innotescat hominibus. Ita igitur isti sunt gradus, quasi a serpente suggestio fiat, id est, lubrico et volubili hoc est temporali corporum motu, quia sic et si qua talia phantasmata intus versantur in anima, de corpore forinsecus sunt tracta; et si quis occultus preter istos quinque sensus motus corporis animam tangit, est eciam ipse temporalis et lubricus; et ideo quanto illabitur occulcius ut cogitacionem contingat, tanto conveniencius serpenti comparatur. Tria ergo hec ut cepi dicere, similia sunt rei geste illi que in Genesi scripta est, ut quasi a serpente fiat suggestio et quedam suasio, in appetitu autem carnali tamquam in Eva delectacio, in racione vero tamquam in viro consensio. Quibus peractis tamquam de paradiso, hoc est, de beatissima luce iusticie in mortem homo expellitur, iustissime omnino. Non enim cogit qui suadet. Et omnes nature in ordine suo gradibus suis pulcre sunt.

Consent makes sin even without act.

Sed et de superioribus in quibus racionalis animus ordinatus est ad inferiora non est declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur et ideo si fecerit iusta Dei lege punietur: non enim hoc committit invitus; verumtamen delectacio ante consuetudinem vel nulla est vel tam tenuis ut prope nulla sit, cui consentire magnum peccatum est, cum est illicita. Cum autem quisquis consenserit, committit peccatum in corde, si autem eciam in factum processerit, videtur saciari et cupiditas extingui. Sed

1. A: *illius appetitus.* 3. A: *scilicet* deest; A in marg.: *Tria sunt quibus impletur peccatum.* 7. A: *referenda est.* 8. A in marg.: *2.* 9. A: *qui* deest; ib. A: *ex* deest. 10. A: *et eam;* B: correxit. 11. A in marg.: *3.* 14. A: *est* deest. 19, 20. A: *cognicionem.* 22. B: *scripta sunt.* 23. Codd.: *in* deest. 34. A: *autem* deest.

22. Gen. III, 1.

Digitized by Google

postea cum suggestio repetitur, maior accenditur delectacio, que tamen adhuc multo minor est quam illa que assiduis factis vertitur in consuetudinem. Hoc enim vincere difficillimum est: et tamen ipsam eciam consuetudinem, si se quisque non desperet, et miliciam christianam non reformidet, ideo Deo duce et adiutore superabit et sic per Dei graciam in pacem pristinam et ordinem et vir Christo et mulier viro subicietur.

Three kinds of sin; in heart, in deed, in habit.

Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum pervenitur, suggestione, delectacione et consensione, ita ipsius peccati sunt tres differencie in corde, in facto, in consuetudine, tamquam tres mortes: una quasi in domo, id est, cum corde consentitur libidini; altera iam prolata quasi extra portam, cum in factum procedit affeccio vel assensio, tercia cum in male consuetudinis tamquam mole terrena premitur animus, quasi in sepulcro iam puteus. Que tria genera mortuorum Dominum resuscitasse quisquis evan-
370* *gelium legerit agnoscit. Et | forte considerat quas differencias habeat vox eciam ipsa resuscitantis, cum alibi dicit: Puella surge, alibi: Iuvenis tibi dico: Surge; alibi: Infremuit spiritu et flevit; et rursus fremuit, et post: Deinde voce magna clamavit, Lazare veni foras.*

Quapropter nomine mechancium qui hoc capitulo commemorantur omnem carnalem et omnem libidinosam concupiscenciam oportet intelligi. Cum enim tam assidue idololatriam scriptura fornicacionem dicat, Paulus autem apostolus avariciam idololatrie nomine appellet, quis dubitet omnem malam concupiscenciam recte fornicacionem vocari, quando anima neglecta lege superiori qua regitur inferiorum naturarum turpi voluptate quasi mercede prostituta corrumpitur? Et ideo quisquis carnalem delectacionem adversus rectam voluntatem suam sentit rebellare per consuetudinem peccatorum, cuius indomite violencia trahitur in captivitatem, recolat quantum potest qualem pacem peccando amiserit et exclamet: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gracia Dei per

5. A: *disperet.* 6. A: *illo duce.* 7. A: *pace pristina atque.* 12. A: *in domo* deest: lacuna in cod. 14. A: *vel assensio* deest. 18. A: *legit.* 20. A: *et fremuit.* 24. A: *et libidinosam.* 27. A: *apostolus* deest. 30. A in marg.: *Nota quod omnis mala concupiscencia vocatur fornicacio.*

6. I. Cor. XI, 3; Eph. V, 23. 20. Marci V, 41. 21. Lucae VII, 14: *Adolescens tibi dico;* ib. Joh. XI, 33. 22. Matth. XXVII, 46. 26. Eph. V, 5. 35. Rom. VII, 24.

Digitized by Google

Christum. Ita enim cum se infelicem exclamat, lugendo implorat consolatoris miserantis auxilium. Nec parvus est ad beatitudinem accessus, cognicio infelicitatis sue; et ideo: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Hec Augustinus.

We cannot estimate the degree of wrongful consent in others,

Videtur autem istum sanctum doctorem plane et subtiliter exponere istum textum; nec est nobis possibile hic in via cognoscere omnes gradus consensus vel delectacionis culpabilis, cum unus sit in tali gradu delectacionis sensibilis et consensus quod, si cum illis paribus habuerit omnem oportunitatem et facilitatem obiecti peccantis nephando operi consentiret et expleret in opere, licet statim post et ante de delectacione et consensu huiusmodi condoleret. Alius autem consentit alii medio ad peccatum huiusmodi perpetrandum in tempore maiori vel minori, frequencius vel rarius; et in istis sunt multi gradus more vel delectacionis quos non est facile homini explicare. Ideo magister optimus sicut prescindit in ira antecedencia ad peccatum, sic in illicita concupiscencia prohibet media ad peccandum; nec video quomodo sit theologicum diffinire quis consensus sit peccatum mortale aut quis peccatum hominis veniale, quia certum est quod si homo ex consuetudine peccandi dampnabitur, peccata levia ad mortem inducencia sunt mortalia; ideo omnia media ad peccatum finalis impenitencie inducencia cum fortitudine sunt vitanda; ideo cum surrepit talis delectacio indebita, est cum prudencia refrenanda et iteracio delectacionis huiusmodi est diligencius precavenda. Et hoc quidam intelligunt per illud Psalmi CXXXVI, 9: *Beatus qui tenebit et allidet parvulos suos ad petram.*

nor define which sins are mortal.

Hec autem est consuetudo beati quod teneat cogitatus suos parvulos ad petram iusticie et allidat eos sic quod extenuet eos vel corrumpat ad Christum petram iusticie in hoc loco, cum dicat quod omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Ubi enim homini occurrit oportunitas se aliter occupandi et tamen gratis eligit videre mulierem ad

2. A: *miserantis* deest. 6. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *autem* deest. 14, 15. A: *modi* deest. 33. B: *allidet.* 37. A: *Ubi non;* ib. A: *homini* deest. 38. A: *et inde gratis.*

4. Matth. V, 5.

Digitized by Google

eo fine taliter delectandum peccatum consensus gravius est quam dum in cubili ad tempus ex carne et diabolo in tali cogitatu fuerit delectatus. Caveamus ergo secundum hanc doctrinam Christi ab inducentibus ad pec-
5 candum, quia in statu innocencie fuisset consensus in natura sua facilior de racione dampnabilis; magis autem culpabilis est precedens visio mulieris ad hunc finem, ut indebite concupiscatur quam est delectacio consurgens ex carne in lecto cum alio instinctu diaboli inclinante.
10 Nec audeo negare quin tale antecedens ad opus luxurie sit mechia, cum Christus omnia sciens dicat in hoc loco: *Jam mechatus est eam in corde suo.* Sed hoc videtur michi consulendum quod antecedencia ad illum gradum cum prudencia caveantur.

We must be on our guard against all provocation to lust.

15

CAP. XLIII.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Ecce,* inquit, *alterum mandatum, id est, minimum quidem apud Judeos, tunc et nunc apud omnes, qui non multum curant de anima sua nec iudicant cor suum, qui nec irasci sine*
20 *causa proximis suis aliquod putant esse peccatum et concupiscere tantum mulierem alienam non putant esse peccatum opere concupiscencie non subsecuto. Magnum autem apud timentes Deum et cor suum diiudicantes, magnum eciam apud Deum, qui non tantum opus hominis*
25 *aspicit quantum cor. Quo mandato lex non solvitur sed impletur, quia sine hoc mandato non potest stare legis mandatum. Omne enim adulterium ex concupiscencia nascitur. Quomodo ergo tollitur adulterium secundum legis mandatum nisi prescisa fuerit concupiscencia secun-*
370[d] *dum Christi mandatum? Quomodo ergo sicut ira mater* | *est homicidii, sic et concupiscencia est mater adulterii. Consequenter sicut qui irascitur fratri suo sine causa, occidit eum in corde suo, eciamsi non occiderit eum propter metum iudiciorum aut impotenciam suam, eciam*
35 *homicida est apud Deum qui non magis opus considerat quam affectum; sic qui concupiscit mulierem alienam iam*

Chrysostom's comment.

Sin really lies in the heart, not in act.

16. A in marg.: *Crisostomus.* 16, 17. A: *Ecce incipit.* 19. A: *quod irasci.* 20. A: *non putant.* 21. A: *non* deest. 24. A: *magnum et.* 26. A: *mandato* deest. 29. A: *prescita.* 33. A: *et si.* 36. A: *iam* deest.

12. Matth. V, 28. 16. Op. Imp., l. c. p. 798.

Digitized by Google

mechatus est eam in corde suo, etsi non habuerit eam causa aliqua obsistente, eciam adulter est apud Deum qui magis aspicit voluntatem quam opus, quoniam opus ei adulterii committendi defuit, non voluntas.

Sed ne forte homines nature humane misterium ignorantes, dum considerant quia generaliter omnis natura carnalis subdita est passionibus istis et nemo est hominum eciam sanctorum qui se omnino ab ira vel concupiscencia valeat separare, estiment Christum quasi impossibilia ista mandantem occasionem sibi querere per quam homines faciat reos, quoniam omnis qui impossibilia mandat occasiones offensionis seminat et causas puniendi requirit.

Our two wills; of body and soul.

Ideo paucum de divisione voluntatum anime corporisque tractemus: Sicut duas in nobis habemus naturas, anime scilicet et carnis, sic duas habemus voluntates, unam anime alteram carnis, duas concupiscencias, unam anime et alteram carnis, duas iras, unam anime alteram carnis. Et natura quidem ab his omnibus se non potest separare. Nam necesse habet et irasci et concupiscere eciamsi non vult, quoniam non est in arbitrio suo creata, sed sub lege peccati. Venumdata est enim sub peccato. Propterea de illa dicit Apostolus: Sapiencia carnis inimica est in Deum; legi enim Dei subiecta non est nec enim potest. Anima autem in arbitrio suo creata est secundum legem iusticie Dei. Propterea potest et non irasci si vult, et non concupiscere si vult. Quando ergo irascimur et concupiscimus, si displicemus nobis et festinamus reprimere vel iram vel concupiscenciam nostram, manifestum est quia caro nostra irascitur aut concupiscit sola et non anima nostra. Quando autem complacemus nobis in his et discernimus si potuerimus nostram implere iracundiam vel concupiscenciam, tunc et anima nostra irascitur et concupiscit simul cum carne. Propterea sciens Deus quia carnis natura subdita ei non est nec potest non irasci, non mandat carni que mandat sed anime. Quis enim sapiens illi ponit preceptum qui etsi vult non potest obaudire. Sed ad animam loquitur et anime mandat que potest Deo in omnibus obaudire, que potest eciam et carne irascente et concupiscente ipsa nec irasci nec con-

1. B: *suo* deest. 3. A: *ei* deest. 8. B: *se ab omni ira.* 16. A in marg.: *Voluntas 2ª.* 22. A: *de illis.* 23, 24. A: *non est subdita.* 32. A: *concupiscenciam nostram.*

22. Rom. VIII, 7.

Digitized by Google

cupiscere. Sicut ergo ad animam loquitur et de concupiscencia anime loquitur dicens: Si quis viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est eam in corde suo, id est, non si quis concupierit secundum desiderium inevitabile carnis, sed si quis concupierit secundum voluntatem anime et consensum decernens et statuens implere quod cupit, ille talis est, etsi nihil gesserit, iam in corde adulter est ante Deum, quia forsitan impeditus est ab opere, non compunctus in voluntate. Hec Crisostomus.

Chryostom's teaching may be an occasion of error as to the relation between body and soul.

Hec sentencia licet sit conformis sentencie catholice Augustini, potest tamen esse occasio male accepta ad intelligendum erronee falsitatem, ut puta quod caro habeat appetitum et voluntatem preter animam, sic quod sit quedam substancia sic desiderans sine mente; non sic autem reor de anima sed quod ipsa sit spiritus quidam immortalis corpori ypostatice copulatus habens duos appetitus, voluntates vel desideria, unum non organicum vel insensibilem quem habet eciam a corpore separata et alium organicum sive corporeum quem complet cum corpore et ille propter diversitatem vocatur actus corporis, cum tamen sit principaliter actus anime, licet corpus ex sua complexione vel aliis incitamentis inclinet animam ut sic volet.

The soul has a will independent of the body, and when this sins, the sin is most grave.

Vult ergo iste sanctus cum Augustino et ceteris sanctis catholicis dicere quod anima secundum suam substanciam habet volucionem vel actum alium non organicum quem potest habere eciam a corpore separata, et secundum illum, cum sit dignior potencia sensitiva quasi vir supra feminam, spiritus peccat gravius quam non consenciente virtute hac racionali pure secundum nudam potenciam sensitivam. Et istam sentenciam cognoscunt philosophi et metaphisici qui in harum scienciarum rectis principiis nutriuntur. Eadem enim persona hominis secundum corpus est mulier et secundum spiritum est vir, ut patet tam de masculis quam feminis ex scriptura Apostoli.

Et per hec patet solucio istius dispendiose difficultatis quam quidam tractant si sit possibile hominem ex consensu intrinseco sine opere ad extra peccare tam graviter sicut peccat alias consensu opere comitante.

1. A: *Si ergo.* 11. A in marg.: *Nota Johannes.* 12. A: *irronee.* 16. A in marg.: *Nota quid est anima.* 28. A in marg.: *Nota.* 37. A in marg.: *Difficultas.* 40. B: *comitante;* secuntur aliquot verba crasa: *hoc tamen notandum quod in opere extrinseco et fiunt.*

Digitized by Google

Et fiunt argumenta hinc inde communiter inutilia bone vite; nam utrumque, tam actus anime quam opus extrinsecum, debet eidem persone hominis applicari et contingit eundem hominem per actum anime intenciorem, diuturniorem vel cum aliis paribus magis malum peccare gravius quam peccat iste alius actu malo intrinseco et opere extrinseco comitante.

Difference between extrinsic and intrinsic sin.

Hoc tamen notandum quod in opere extrinseco est alius modus peccandi quam in actu intrinseco, sicut et alia | delectacio et alius consensus tam concomitans 371a quam consequens. Ideo consulendum est quod fidelis teneat se, ne procedat in actum extrinsecum propter formidinem comitantem.

We need not study what sins are worst, but strive to avoid them all.

Et hoc est notandum ulterius quod actus intrinsecus sive extrinsecus habet quamdam maliciam sibi intrinsece comitantem; et actus talis habet ex fine penitencie vel impenitencie persone aliam maliciam respectivam; unde probabiliter creditur quod hoc secundo modo quodcunque opus peccati sive intrinsecum sive extrinsecum in prescito est peccatum gravius quam est possibile esse peccatum aliquod predestinati; ideo tales comparaciones actuum peccati diversi generis debent dimitti et intellectus pro cavendis peccatis debet intendere. Multi enim sunt tractatus tales scolastici tam persone quam communitati inutiles, dum tempus et racio circa huiusmodi inutiliter occupantur et doctrina utilior evangelica dimittitur que undique plus prodesset; ideo viri evangelici hoc discerent ex taciturnitate Christi, quando sepe fuit sibi impositum non respondit, ac si in hoc doceret quod tales questiones inutiles illorum qui de nomine subtilitatis inaniter gloriantur, prudenter tacende sunt et est ad opus fructuosius intendendum; et per talem taciturnitatem prudentes presbiteri in argumentis scolasticis non instructi despiciunt superbos scolasticos ad opera utilia ecclesie procedentes.

CAP. XLIV.

Sequitur in textu evangelii: *Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et proice abs te. Expedit enim*

1, 2. A: *in una bone vite.* 29. B: *oppositum.*

37. Matth. V, 29.

Digitized by Google

tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam. Hic videtur magistrum hunc optimum dare doctrinam non solum de actu vel opere sed de virtute ut potencia sensitiva, nam virtutes tales vel potencie sunt magis abscondite quam sunt actus. Unde Augustinus: *Hic vero magna opus est fortitudine ad membra noxia prescidenda. Quidquid enim est quod signat oculus, sine dubio tale est quod vehementer diligitur. Solet enim et ab eis qui vehementer volunt exprimere dileccionem suam ita dici: Diligo eum ut oculum meum aut eciam plus quam oculum meum. Quod vero additum est 'dexter', forte ad augendam vim dileccionis valet. Quamvis enim ad videndum isti oculi corporis communiter intendantur, amplius tamen homines formidant dextrum amittere. Ut iste sit sensus: Quidquid illud est quod ita diligis, ut pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, id est, si tibi impedimento est ad veram beatitudinem, erue illud et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum eorum que ita diligis ut tamquam tibi oculi habeantur quam totum corpus tuum eat in gehennam.*

Christ's teaching refers not only to our acts but to our powers.

Augustine's comment.

The eye we are to pluck out is something we love.

Sed quia sequitur de manu dextera et similiter dicitur: Si manus tua dextera scandalizat te, abscide eam et proice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam: cogit querere diligencius quid oculum dixerit. In qua questione nihil mihi occurrit congruencius quam amicum dilectissimum. Nam hoc est utique quod membrum recte possumus appellare quod vehementer diligimus; et hunc consiliarium, quia oculus est tamquam demonstrans iter et in rebus divinis quia dexter est, ut sinister sit dilectus quidem consiliarius, sed in rebus terrenis ad necessitatem corporis pertinentibus, de quo scandalizante superfluum erat dicere, quandoquidem nec dextero parcendum sit. In rebus autem divinis consiliarius scandalizatus est, si in aliquam perniciosam heresim nomine religionis et doctrine conatur inducere. Igitur et manus dextera accipiatur dilectus adiutor et minister in divinis operibus. Nam quemadmodum in oculo contemplacio, sic in manu accio

It may mean our dearest friend.

6. A in marg.: *Augustinus.* 17. A: *scandelizat.* 20. A: *oculi hereant.* 26. B: *dixerit* deest. 33. A: *superfilium.* 35. A: *scandalizans.* 39. B: *in* deest.

6. De sermone Domini in monte, l. c. p. 180. 23. Matth. V, 30.

Digitized by Google

recte intelligitur, ut manus sinistra intelligatur in operibus que huic vite et corpori sunt necessaria. Hec Augustinus.

Heretics say that some parts of the Gospel are extravagant and impossible to obey.

Hic erubescerent adversarii legis Christi dicentes fidem evangelii esse falsam et impossibilem secundum plurimas eius partes, quia aliter (ut inquiunt) doceret Christus oculos a capite eruendos et in parietem vel lutum aut aliud corpus extrinsecum quaciendos, et cum Christus non potest illud precipere, patet quod evangelium precepcionem istam Christi signans sit impossibile. Tales autem blasphemi inscii non possunt sperare se esse *custodiendos a Deo ut pupillam oculi* nisi a talibus heresibus resipiscant. Fides autem evangelii docet quod Christus hec precipit sed non docet quod Christus hunc sensum erroneum intenderat, quam imponunt, ideo cum fides docet quod hoc evangelium debet habere sensum alium, erubescerent tribuere huic scripture fidei istum sensum. Tolerabilius ergo foret intelligere per istum oculum virtutem visivam vel aliud predilectum et intelligere per scandalizacionem inclinacionem hominis ad peccandum et per eruicionem solucionem nervi amoris ad ipsum taliter diligendum et per proieccionem ab homine elongacionem amoris | illius, ne ipsum sic inficiat. Ex 37 t[b] Deo enim vel creatura quacunque potest homo elicere heresim manifestam. Numquid credimus illud sic male intellectum esse propter hoc hereticum sive falsum; debemus ergo laborare ad imponendum evangelio sensum verum et non propter nostram stulticiam sibi imponere heresim sive falsum. Nam secundum naturales corpus oculi signat naturaliter virtutem eius vel actum, cum movet naturaliter ad intelligendum tale eius accidens sicut quelibet res dicit se ipsam naturaliter eciam Deo nostro; et cum naturales dicunt quod actus anime aut operaciones virtutum ex potestate hominis aliquociens suspenduntur, quid obest alicui sciencie quod virtutes vel operaciones talium organorum sunt erute, hoc est, suspense ad tempus et munera virtutis, hoc est, anima circa alia plus utilia occupata?

We must be careful to take words in the sense intended.

Chrysostom's comment:

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Puto quod omnis merces iusticie nostre in hoc posita est, quia*

4. A: *plurimos.* 11. B: *pupilla.* 13. B: *hec precipit — Christus* deest. 17-19. A: *istum — intelligere per* deest. 30. A: *naturalem;* B: correxit. 33. A: *in potestate.*

11. Psalm. XVI, 8. 38. Op. Imperf., l. c. p. 798.

Digitized by Google

omni tempore contra carnem nostram luctamur, quia caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Sic enim ait: Tota die contristatus ingrediebar, quoniam renes mei impleti sunt illusionibus et non est sanitas in carne mea. Si ergo secundum prophetam non est sanitas in carne mea, quot oculos quis habet aut quot dexteras in corpore suo, ut secundum maliciam carnis sufficiat pena membrorum suorum. Sed videamus ne forte vel sic possibile est intelligere de oculo corporali vel de manu; sicut enim totus homo quamdiu peccat vivit peccato, mortuus est autem iusticie, sicut scriptum est: Et vos cum essetis mortui peccatis. Cum autem homo conversus fuerit ad iusticiam, vivet iusticie, mortuus est autem peccato. Sic et unumquodque membrorum, ut puta oculus quamdiu quidem male aspicit, integer est peccato, eiectus autem est iusticie. Cum autem desinit male aspicere, eiectus est peccato, integer autem iusticie. Sed neque sic convenit; non enim habet racionem hec interpretacio plenam. Propter quod dicit Si dexter oculus tuus scandalizaverit te. Quid enim? quando dexter scandalizat, sinister quid facit? Numquid contradicit dextro, ut dexter quidem quasi reus eiciatur, sinister autem quasi innocens reservatur. Sed puto ad animam hec cuncta referri, sicut diximus supra: Oculum ergo dicit anime, id est, mentem per quam anima videt, de quo et alibi dicit: Si oculus tuus fuerit simplex etc. Oculus autem carnalis non est oculus sed speculum oculi illius interioris, id est, mentis. Habet tamen et corpus suam mentem, sicut et anima suam, sicut testatur Apostolus, de mente quidem anime dicens hoc modo: Igitur ego ipse mente mea servio legi Dei, carne autem legi peccati. De corporis autem mente sic: Inflatus mente carnis sue et non tenens caput.

The eye and hand spoken of are those of the soul,

Similiter et de manu et de pede. Dextra manus hominis est voluntas anime. Sinistra autem manus voluntas corporis. Hec autem corporea manus non est manus sed organum manus illius. Nisi enim voluntas aut bona aut mala moverit eam, ad nichil movetur. Dextera itaque manus

which must control those of the body.

5, 6. A: *Si ergo — carne mea* deest; B in marg. addit. 6. A: *et quot.* 7. B: *corpore sua;* ib. B: *carnali.* 14. A: *membrum.* 16,17. A: *a peccato.* 18. A: *nec enim.* 23. B: *hec* deest. 26. B: *oculi* deest. 30. B: *mea* deest. 35. B: *manus* deest.

3. Gal. V, 17. 5. Ps. XXXVII, 7, 8. 11. Eph. II, 1. 25. Matth. VI, 22. 29. Rom. VII, 25. 31. Col. II, 18, 19.

Digitized by Google

hominis est voluntas anime, sinistra autem manus voluntas est corporis. Ideo autem partes anime dextre vocantur, quoniam anima in arbitrio suo creata est ad quod voluerit declinare sive ad bonum sive ad malum, et sub lege iusticie est creata, ut recta audiat et agat et recte ambulet. Partes autem corporis sinistre dicuntur, quia non est in arbitrio suo creata caro, ut sive ad bonum sive ad malum declinare voluerit non possit, sed in malo creata est sub lege peccati. Nec potest videre aut audire aut agere rectum. Sicut et omnes iusti vel sancti dextri dicuntur, peccatores sinistri, unusquisque autem habet dexterum oculum et sinistrum. Dexterum quidem mentem anime, sinistrum autem mentem carnis, dextram autem manum voluntatem anime, sinistram autem voluntatem carnis. Quando ergo ex passione carnis concupiscimus sicut homines, animo autem resistimus concupiscencie nostre, sinister oculus scandalizat, id est, mens carnis, non mens anime. Sinistra manus scandalizat, non dextra, id est, voluntas carnis, non voluntas anime. Vide nunc quia non iubet carnis mentem eicere vel carnis prescindere voluntatem. Nec enim fieri potest ut caro aliquando cesset a desiderio malo. Desideria autem carnis quidem retinere possumus, ut non faciamus quod desiderat caro, prescindere autem non possumus, ut non desideret. Quando autem ex proposito anime volumus, tunc dextera manus, id est, dexter oculus nos scandalizat et dextera voluntas; hunc oculum et istam manum prescindere iubet quam et possumus prescindere, quoniam anima in arbitrio suo creata est, ut ad quod voluerit valeat inclinare. Caro autem non in arbitrio suo est sed in malo. Vendita est enim sub peccato et non potest bonum velle. Ideo autem caro sinistra dicitur, anima autem dextera, quoniam caro ad temptacionem nobis creata est: anima ad salutem. Hec est sicut arbitror illius loci interpretacio vera. Hec Crisostomus.

The fathers studied the scriptures in the right way.

Et hic considera quantum sancti priores prophetando recto sensui evangelii studuerunt. Non enim audebant, ut stulti recentes heretici dicere evangelium esse hereticum et dampnandum, sed sic fecerunt honorem | auctori sic 371[c] et verbis suis et signis eorum, quia vixerunt conformiter

5. B: *et* omitted before *recte ambulet.* 10. A: *iusti vel* deest. 13, 15. B: *dextram – carnis* deest; B in marg : addit. 18, 19. A: *et non dextra.* 29. A: *declinare.* 36. A in marg.: *Johannes.*

Digitized by Google

voluntati auctoris sed quando declinarunt heretici a rectitudine affectus declinarunt eciam a rectitudine intellectus. Ideo prorupcio hereticorum in istam stulticiam est signum prenosticans quia prorumpunt a veritate
5 ad vicia.

CAP. XLV.

Interpretation given by Chrysostom.

Acts in themselves good may become a cause of offence.

Unde quia textus iste videtur difficilis ad sensum Domini attingendum, ideo iste sanctus doctor Grecus videtur tribuere alios sensus illi: *Possumus*, inquit, *et*
10 *ibi alium invenire colorem. Respectus vel consideracio mentis oculus anime est, voluntas alicuius operis faciendi et movens manum ad aliquod opus manus anime est secundum ea que diximus; ut puta erat mulier quedam religiosa vel virgo vel vidua; respexi et consideravi et*
15 *dixi: Debeo visitare mulierem illam assidue, ut si quid religionis ignoret quasi mulier instruam eam et confirmem ipsam in ipso proposito bono eius. Bonus respectus est iste et dexter oculus. Sed dum assidue visito eam, decidi in laqueum desiderii eius. Et ille bonus respectus meus et*
20 *dexter factus est mihi in scandalum. Quid ergo oportet fieri? Eicere talem illum respectum bonum qui mihi generaturus est in malum. Aut sic: Vidi orphanam quandam et dixi: Debeo illam accipere in domo mea et educare, donec veniat tempus nubendi. Vado et cepi ei*
25 *subministrare que necessaria erant. Bonum opus hoc et dextra manus est eius. Sed dum causa subministracionis video eam, decidi in laqueum desiderii eius, et illud opus bonum meum et dextera manus facta est mihi in scandalum. Vel ita: Videntes me fiducialiter agere cum ipsa*
30 *scandalizati sunt dicentes: Quid sibi vult hoc esse quod iste sic familiariter loquitur cum puella? Oportet ergo precidere tale opus bonum quod vel mihi vel alteri generat scandalum; nam et quod alteri generat malum, michi generat, quia per me factum est ut alter scandalizetur*
35 *in me. Et hec proposicionis gracia diximus. Verum tamen generaliter omne bonum quod vel nos vel alios scandalizat precidere debemus a nobis. Nam quale est illud bonum ex quo nascitur malum? Melius est enim ut sine uno*

9. A in marg.: *Crisostomus.* 17. B: *est* deest. 19. A: *bonus* deest; ib. A: *et* after *meus* deest. 26. B: *eius* deest. 33. A: *nam et — generat* deest. 38. B: *ex qua.*

9. Op. Imp., l. c. p. 799.

Digitized by Google

respectu aut uno opere bono salvemur quam ut dum omnes opera bona volumus facere cum omnibus pereamus.

Sed et alii aliter interpretantur hunc locum: Vult (inquiunt) Christus ut non solum de periculo nostri peccati curemus, abstinentes nos ab omni concupiscencia mala sed eciam ne propinqui nostri vel aliqui ad nos pertinentes turpe aliquid agunt; ut puta habes aliquem filium vel fratrem vel amicum qui sic bene aspicit res tuas quasi proprius oculus tuus, et habes eum pro oculo dextro, aut habes aliquem qui sic procurat res tuas quasi propria manus tua et est tibi quasi dextera manus tua, et illum talem si cognoveris aliquid turpe agere, precide illum ab anima et proice longe abs te, quia scandalizat te, quia non solum pro nostro peccato sed eciam pro peccato proximorum nostrorum vel amicorum quos tamen non possumus cohibere, nisi aut cohibuerimus aut repulerimus a nobis, dabimus racionem. Et quoniam omnes christiani unum sumus corpus et alter alterius membra melius est ut sine uno vel altero tali membro salvemur quam ut volentes illos tales habere et ipsi pereamus cum illis. Hec Crisostomus.

Again, the text may mean that we must cast off our friends if they act wickedly.

Videtur istum sanctum intendere quod iste sacer textus evangelii potest habere sensum multiplicem satis catholicum; intelligendo enim per oculum dextrum intencionem anime ad faciendum bonum de genere, dum tamen per illam intencionem fuerimus defamati, debemus ipsam omittere et alii operi magis fructuoso intendere, quia bonum est occupari circa unum bonum necessarium ad vitam ingredi quam faciendo multa bona de genere propter defamacionem et alia peccata quibus damus occasionem incidere in gehennam. Hoc enim unum est bonum et faciendum sed aliud fugiendum. Et idem est de familiaritate famuli vel amici; debemus enim prudenter intendere quod propter bonum de genere operandum nec nos nec alii a virtute in vicia corruamus. Quotlibet tales sensus huius textus non sunt evangelio vel alicui sensui catholico contrarii sed magis consoni ab auctore ad sensum talem multiplicem ordinati. Nec repugnat Augustinus huic doctori nec aliquis hic varians

Various applications of the text are possible without contradicting one another.

5. B: *nos* deest. 20, 21. A: *cum eis.* 22. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *sacer* deest. 23. B: *evangelicus.* 26. A: *intencionem* deest; B in marg. addit. 31. B: *est.* 31, 32. B: *Hoc unum ergo bonum.* 32. A: *est* deest. 37, 38. A: *catholico — ad sensum* deest.

Digitized by Google

in sensu catholico, cum verba Christi sint hic dicta tam generaliter sub quodam velamine quod possunt intelligi multipliciter satis sane.

Difficultas est tamen quem sensum auctor nature principalius aut prius intenderit; et videtur quod istum sensum communem si aliquid quod care diligis sit occasio directe data ut incidas in peccatum, ammove dileccionem illius, licet illa sit bona de genere.

The main sense is that we must separate ourselves from what is dearest if it is an occasion of sin.

Sed difficultatis perplexio videtur ex istis verbis oriri, cum nemo potest quicquam diligere vel facere opus aliquod quin occasione male accepta sic diligens aut operans vel alii incidant in peccatum; et sic videtur quod nemo operaretur aliquod bonum sed propter timorem occasionis male accepte semper dimitteret
371[4] bonum aliquod operari; sic enim propter opus | bonum Domini bene factum multi superiorum Judeorum sunt scandalizati et tamen Christus non propterea sua bona opera pretermisit.

Ideo absque dubio textus huius evangelii recte intellectus non sonat quod quisquam peccaret omissione vel commissione propter Christi sentenciam hic insertam, sed intendit quod si quis fecerit quodcunque opus quantumcunque patenter bonum de genere, dum tamen sit directe occasio quare peccat, debet amorem illius et opus in se dimittere. Et patet ex isto quod nemo peccaret vel venialiter pro aliquo bono mundi.

Not that we must refrain from all acts that may become an occasion of sin;

Unde absit nos credere quod propter timorem scandali factum non est veritas catholica divulganda, cum Matthei XV, 12, legitur quod discipuli dixerant Salvatori: *Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt. At ille: Omnis plantacio quam non plantavit pater meus celestis eradicabitur. Sinite illos, ceci sunt et duces cecorum,* ac si intenderet non propter prescitos ypocritas in ecclesia est veritas simpliciter reticenda quantumcunque magnum nomen habuerint quoad mundum, quia tunc quantumcunque duces ceci peccaverint non forent propter amorem Christi et sue ecclesie arguendi. Sed cum omnia tempus habent, concedo quod posset contingere licet raro quod homo dimittat maius bonum et intendat non

e. g. we must not cease to preach the truth for fear of scandal.

Yet we must be careful as to our motives for rebuke.

4. A in marg.: *Difficultas.* 9. A in marg.: *Difficultas alia;* ib. B: *ex hiis.* 17. A: *scandelizati.* 19. A in marg.: *Responsio.* 25. A: *opus iuge;* B: *dimittere* corrigit in: *amittere.* 27. A in marg.: *Conclusio.* 29. Codd: *Matth. III.* 39. A: *magis bonum.*

Digitized by Google

pure gracia caritatis corripere fratrem suum; et istud est malum. Unde de societate hominum et operibus faciendis est dubietas apud multos et sepe fit dissensio in ecclesie militante.

Instances of faults which have turned to the good of the Church.

Unde de triplici dissensione legimus que fuit culpabilis, licet proficiebat ecclesie. Nam Luce XXII, 24, in articulo capcionis Domini de apostolis legimus quod *facta est contencio inter eos, quis eorum videretur esse maior.* Hoc autem proficiebat ecclesie, quia ex decisione Christi didicimus quod debemus illud dimittere et ad maioritatem virtutum et specialiter humilitatis intendere.

Secunda dissensio fuit inter Petrum et Paulum Gal. II°, ubi patet ex evangelio Pauli quod Petrus post missionem Spiritus Sancti ,peccaverat, et tamen illud peccatum sibi et posteriori ecclesie fuit occasio ut sentiret humilius de se ipso.

Tertia autem dissensio fuit inter Paulum et Barnabam pro Johanne Marco, cum Paulus voluit eum dimittere et Barnabas voluit ipsum secum assumere, ut patet Act. XV; et occasione istius hoc bonum evenit ecclesie quod divisi sunt apostoli isti ab invicem; et Paulus electo Sila edificavit ecclesias, Barnabas vero assumpto dicto Johanne navigavit Cyprum et indubie edificavit ecclesiam. Ex quo textu quidam eliciunt quod cum Spiritus Sanctus intendebat bonum illius dissensionis quod alter illorum apostolorum peccaverat vel uterque. Nam consonum est fidei quod apostoli post missionem Spiritus Sancti non fecerunt summe ad regulam continue vel inpeccabiliter facta sua, cum I. Joh. I, 8, scribitur: *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est.*

Et ex isto possumus signanter addiscere quod non est credendum omni moderno spiritui qui ex invidia vel levi scandalo erranter imposito hortatur ad societatem hominis dimittendam, cum Barnabas non in hoc credidit sancto Paulo, et cum supponimus quod Paulus vas eleccionis in sanctitate et sapiencia excesserat nos modernos, ideo debemus facere in talibus secundum instinctum quem Deus impresserit vel habendo coniecturam probabilem et non secundum verbum quodlibet

5. A in marg.: *1.* 10. B: *didiscimus.* 12. A in marg.: *2.* 17. A in marg.: *3.* 18. B: *Marcho;* ib. B: *ipsum dimittere..* 29. A: *impeccabilia.*

Digitized by Google

nobis dictum. In talibus autem requiritur propter eorum difficultatem incognitam Spiritus Sancti doctrina, ideo necesse est viatorem iuste vivere quod posset in talibus casibus recipere hanc doctrinam. Ego autem nec diffinio
5 quod Paulus peccavit in isto quod Johannem voluit reliquisse, nec in isto quod Barnabas secum assumpserat hunc Johannem, cum sit probabile quod Sancto Spiritu erant ducti et sicut *timentibus Deum omnia cooperantur in bonum;* sic peccata levia si que in hoc commiserant
10 postmodum profuerunt; sicut Augustinus recitat de peccatis gravibus Petri quod ex Dei gracia sibi et ecclesie profuerunt. Sed absit propter hoc credere quod quis debet gracia huius finis vel leviter peccare aut quia peccata levia aut gravia sic prosint dampnandis
15 licet prosint ecclesie; ideo notanda sunt verba Christi quibus dicit *si dexter oculus scandelizat te.* Et correspondenter est intelligendum de manu et pede, de quibus Matthei XVIII, 6; nec refert sive intelligantur per ista tria virtus vel potencia aut actus earum sive aliqua
20 alia substancia per illas partes hominis mistice figurata, dum tamen consequenter secundum sensum doctorum residuum sit catholice intellectum.

That good may come of our sin must not make us shun sin the less.

CAP. XLVI.

Sequitur in textu evangelii: *Dictum est autem: Qui-*
25 *cunque dimiserit uxorem suam det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit uxorem suam excepta causa fornicacionis facit eam mechari, et qui dimissam duxerit adulterat.* Post doctrinam Christi priorem de virtute concupiscibili tradit consequenter
30 doctrinam de matrimonio consequente. Super quo Augustinus: *Hec iusticia minor est phariseorum, cui non est contrarium quod Dominus dicit in hoc loco: Non*
372a *enim qui precipit | dari libellum repudii hoc precep't ut uxor dimittatur, sed qui dimiserit, inquit, det illi libellum*
35 *repudii, ut temerariam iracundiam proicientis uxorem libelli cogitacio temperaret. Qui igitur dimittendi moram quesivit, significavit quantum potuit duris hominibus se*

Christ's doctrine as to marriage.

Augustine's comment.

Christ's law is not contrary to the old law, but higher.

11. A: *ex* deest. 31. A in marg.: *Augustinus.*

8. Rom. VIII, 28. 10. S. Augustini Opp. tom. IV, 1310 (?).
24. Matth. V, 31. 31. De sermone Domini in monte, p. 181/2.

Digitized by Google

nolle discidium. Et ideo Dominus ipse alio loco de hoc interrogatus, ita respondit: Hoc Moyses propter duriciam cordis vestri fecit. Quantumvis enim durus esset, qui vellet dimittere uxorem, cum cogitaret libello repudii sibi dato iam sine periculo eam posse alteri nubere facile placaretur. Dominus igitur ad illud confirmandum ut non facile uxor dimittatur solam causam fornicacionis excepit: ceteras vero molestias si que forte extiterint iubet pro fide coniugali et pro castitate fortiter sustineri. Et mechum eciam dicit virum, qui eam duxerit que a viro soluta est. Cuius rei Paulus apostolus terminum ostendit, quia tamdiu observandum dicit quamdiu vir eius vivit. Quo mortuo dat nubendi licenciam. Hanc enim eciam ipse tenuit regulam et in ea non suum consilium, sicut eciam in nonnullis monitis; sed preceptum Domini iubentis ostendit, cum ait: Eis autem qui in coniugio sunt precipio, non ego sed Dominus, mulierem a viro non discedere; quod si discesserit manere innuptam aut viro suo reconciliari, et vir uxorem non dimittat. Credo simili forma ut, si dimiserit uxorem, non ducat aliam aut reconcilietur uxori. Fieri enim potest ut dimittat uxorem causa fornicacionis quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere conceditur viro vivo a quo recessit neque huic alteram ducere viva uxore quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere. Beaciora sane coniugia iudicanda sunt que sive filiis procreatis, sive eciam ista terrena prole contempta continenciam inter se pari consensu servare potuerint, quia neque contra illud preceptum fit, quo Dominus dimitti coniugem vetat; non enim dimittit qui cum ea non carnaliter sed spiritualiter vivit et illud servatur quod per Apostolum dicitur: Reliquum est, ut qui habent uxores, quasi non habentes sint.

How this can be reconciled with Christ's saying.

Illud magis solet sollicitare animum parvulorum qui tamen secundum precepta Christi iam vivere gestiunt, quod alio loco ipse Dominus dicit: Quisquis venit ad me et non odit patrem suum et matrem et uxorem et

2, 3. A: *duriciam vestram.* 5. A: *sibi* deest. 6, 7. B: *et non facile.* 8. B: *extiterunt.* 12. B: *qui tamdiu.* 15. A: *eciam* deest. 18. A: *decesserit.* 20. A: *uxorem* deest; B in marg. addit. 21. B: *uxorem* deest. 24. A: *viva uxorem;* B: *uxorem vivam.*

2. Matth. XIX, 8. 13. Rom. VII, 2. 16. I. Cor. VII, 10. 32. I. Cor. VII, 19. 36. Lucae XIV, 26.

Digitized by Google

that a man must hate his wife for Christ's sake.

filios et fratres et sorores, insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus. Videri enim potest contrarium minus intelligentibus quod hic vetat dimitti uxorem excepta causa fornicacionis, alibi autem discipulum suum negat esse posse quemquam qui non oderit uxorem. Quod si propter concubitum diceret, non eciam patrem et matrem fratres et sorores in eandem condicionem poneret. Sed quia verum est quod regnum celorum vim patitur et qui vim faciunt, diripiunt illud, quanta vi opus est, ut homo diligat inimicos et oderit patrem et matrem et fratres et uxorem et filios? Utrumque iubet qui ad regnum celorum vocat. Et quomodo hec non sunt contraria inter se ipso duce nos misericorditer docente ostendere est facile, sed ea intellecta implere est difficile. Quamquam et hoc ipso eodem adiuvante sit facillimum. Regnum enim eternum, ad quod discipulos suos quos eciam fratres appellare dignatur vocat, non habet huiusmodi necessitudines temporales. Non enim est Judeus, inquit, neque Grecus, neque masculus neque femina, neque servus neque liber, sed omnia et in omnibus Jesus Christus. Et ipse Dominus dicit: In resurreccione neque nubent neque nubentur neque uxores ducent sed erunt omnes sicut angeli Dei in celis. Oportet ergo ut quisquis illius regni vitam iam hic meditari voluerit, oderit non homines ipsos sed ipsas necessitudines temporales quibus ista que transitura est vita fulcitur, que nascendo et moriendo peragitur: quod qui non odit nondum amat illam vitam, ubi nulla erit condicio nascendi et moriendi que copulat terrena coniugia.

Itaque si aliquem bene christianum qui tamen habet uxorem quamvis adhuc cum ea filios generet, interrogem utrum in illo regno habere velit uxorem, memor utique promissorum Dei et vite illius ubi corruptibile hoc induet incorrupcionem et mortale hoc induet immortalitatem, iam magno vel certe aliquo amore suspensus, cum execracione respondebit se vehementer illud nolle. Rursus si interrogem utrum uxorem suam post resurreccionem accepta angelica immutacione que sanctis promittitur secum ibi

15. A: *sit* deest. 16. A: *suos et fratres.* 18. A: *inquit* deest. 20. B: *omnia eciam in omnibus.* 28. A: *atque moriendi.* 31. A: *generet et interrogem.*

7. Matth. XI, 12. 18. Gal. III, 28. Col. III, 11. 20. Matth. XXII, 30. 33. I. Cor. XV, 54.

Digitized by Google

vivere velit, tam vehementer se id velle quam illud nolle respondebit. Sic invenitur verus et bonus christianus diligere in una femina creaturam Dei quam reformari et renovari desiderat, odisse autem coniunccionem copulacionemque corruptibilem et mortalem, hoc est diligere in ea quod homo est et odisse quod uxor est. Ita eciam diligit inimicum, non in quantum inimicus est, sed in quantum homo est, ut hoc ei velit provenire quod sibi, id est, ut ad regnum celorum correctus renovatusque perveniat. Hoc et de patre et de matre et ceteris vinculis sanguinis intelligendum est, ut in eis oderimus quod genus humanum nascendo et moriendo sortitum est, diligamus autem quod nobiscum potest ad regna illa perduci ubi nemo dicit: Pater meus, sed omnes uni et unico veroque domino Deo: Pater noster, | nec mater mea, sed omnes 372[b] *illi Jerusalem mater nostra, nec frater meus, sed omnes de omnibus: Frater noster; coniugium vero cum illo simul nobis in unum redactis quasi unius coniugis erit qui nos de prostitucione huius seculi nequam sui preciosi sanguinis largissima effusione liberavit et illius regionis gloriose coheredes effecit, non nostris meritis qui nonnisi dampnacionem meruimus sed sua miseracione tam necessaria quam salutifera. Igitur necesse est ut oderit ea que transeunt discipulus Christi in hiis quos secum ad ea venire desiderat que semper manebunt et tanto magis hoc in eis oderit quanto magis eos diligit.*

A christian may live in harmony with his wife.

Potest igitur christianus concorditer cum coniuge vivere, sive indigenciam carnalem cum ea supplens, quod secundum veniam non secundum imperium dicit Apostolus, sive filiorum propagacionem quod iam nonnullo gradu potest esse laudabile, sive fraternam societatem sine ulla corporum commixtione habens, uxorem tamquam non habens quod est in coniugio christianorum excellentissimum et sublime, ut tamen oderit in ea nomen temporalis necessitatis et diligat spem sempiterne beatitudinis.

Odimus enim sine dubio quod certe ut aliquando non sic optamus, sicut istam presentis temporis vitam in qua adhuc laboramus et gemimus, quam quidem temporalem

2. A: *verus et* deest. 4. A: *et renovari* twice. 5. A: *mortale;* ib. A: *hoc enim.* 6. A: *homo* twice; ib. A: *et* deest. 10. A: *et matre.* 11, 12. A: *ut in eis — sortitum est* deest; B in marg. addit. 14. B: *uni et viro.* 23. B: *salutifera; ideo.* 34. B: *ut cum oderit.*

30. I. Cor. VII, 6.

Digitized by Google

si non salubriter odissemus, non desideraremus futuram, que non est tempori obnoxia. Pro hac enim vita posita est anima, de qua dictum est: Qui non oderit insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus. Huic namque vite cibus est necessarius iste corruptibilis, de quo ipse Dominus dicit: Nonne anima plus est quam esca, id est, hec vita cui necessaria est esca? Et quod dicit ut animam suam ponat pro ovibus suis: hanc utique vitam dicit, cum se pro nobis moriturum esse pronunciat. Hec Augustinus.

Marriage is consistent with virginity.

Videtur istum sanctum intendere quod omnia hec temporalia que in vita presenti nobis proficiunt debemus postponere in amore propter Christum et bona celestia. Et cum volumus illa quandoque desinere, non autem bonum aliud quod speramus, signanter dicit evangelium tam frequenter quod illa debemus odire et celestia preamare. Et sic videtur Augustinus dicere quod bonum matrimonii figurans beatitudinem celestis coniugii sit melius quam prolis procreacio hic in via. Et illud bonum fuit in Joseph et beata virgine et potest esse in coniugatis sine debiti solucione, et sic creditur Evangelistam et virgines alios posse licite coniugari.

CAP. XLVII.

What is meant by fornication.

Movet autem Augustinus alias difficultates que excedunt in difficultate leges capitulares, ideo per illas est breviter transcurrendum. Prima autem difficultas est si per fornicacionem ex qua potest coniux dimittere suum comparem intelligi debet solummodo fornicacio corporalis vel quecunque fornicacio spiritualis que est illicita concupiscencia qua a Christo receditur sponso ecclesie, sicut Augustinus exemplificat idolatria, avaricia et quacunque legis transgressione ex quacunque illicita concupiscencia, que lex ab hominibus est deserta. Et videtur ipsum intendere fornicacionem generaliter pro quocunque crimine, cum fornicacionem corporalem secundum adversantes Christus intelligit, sed quecunque

8. B: *hanc itaque.* 11. A in marg.: *Johannes.* 13. A: *preponere.* 26. A in marg.: *Difficultas.* 31. A: *avaria.* 36. A: *adversarios.*

3. Lucae XIV, 26. 6. Matth. VI, 25. 7. Joh. X, 15. 17. St. Augustini Opp. tom. III, 1, p. 247. 24. De sermone Domini in monte, l. c. p. 183, very loosely quoted.

Digitized by Google

spiritualis fornicacio est fugibilior quam fornicacio corporalis, quia peccatum periculosius Deo magis displicens, ergo propter quamcunque fornicacionem spiritualem est coniux licite dimittenda. Christus enim quando dicit fornicacionem, generaliter intelligit indifferenter modo loquendi scripture peccatum cuius non est diversitatis racio assignanda. Verum tamen I Cor. VII, 10, 11 docet Apostolus quod licet alteri coniugum habitare cum reliquo, dum tamen evidenciam habuerit ipsum coniugem convertendi.

Et ponit Augustinus diversitatem inter iubere, monere et ignoscere. *Jubetur*, inquit, *mulier a viro non discedere, quod si discesserit manere innuptam aut viro suo reconciliari, aliter ergo non licet facere. Monetur autem vir fidelis, si habet uxorem infidelem consencientem secum conhabitare, non eam dimittere: licet igitur et dimittere, quia non est preceptum Domini ne dimittatur sed consilium Apostoli, sicut monetur virgo non nubere, sed si nupserit, consilium quidem non tenebit sed contra preceptum non faciet. Et ignoscitur, cum dicitur: Hoc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Quapropter si licet ut dimittatur coniux infidelis, quamvis melius sit non dimittere, et tamen non licet secundum preceptum Domini ut dimittatur coniux nisi causa fornicacionis; fornicacio est eciam ipsa infidelitas.*

Quid enim tu dicis o Apostole? Certe ut vir fidelis consencientem secum habitare mulierem infidelem non dimittat. Ita, inquit, cum ergo docens Dominus precipiat, ne dimittat uxorem vir, nisi causa fornicacionis, quare hic dicis: Ego dico, non Dominus? Quia scilicet idolatria, quam sequuntur infideles et quelibet noxia supersticio fornicacio est. Dominus autem | permisit causa fornicacionis uxorem dimitti, sed quia permisit, non iussit, dedit Apostolo monenti ut qui voluerit non dimittat uxorem infidelem quo sic forte potest fidelis fieri. 372ᵃ

It is a cause for divorce that husband or wife is leading the other into sin.

Et patet racio ad istud necessitans: nam non est possibile quod coniugium ex Christi licencia sit directa occasio ad peccandum, sed contingit alterum coniugum sic in crimine induratum quod reliquus racionabiliter

30. B: *quia secundum ydolatriam.* 33. A: *non* twice 35. B: *uxorem infidelem.* 36. A in marg.: *Nota racionem.* 38. A: *coniugium.*

12. De sermone Domini in monte, p. 184. 20. I. Cor. VII, 6.

Digitized by Google

desperet ipsum corripere vel salvare sed quod ex consensu peccati ipsum necessitet ad peccandum. Quomodo ergo lex divina in tali casu non licenciaret unum reliquum dimittere, sed quia hoc raro vel nunquam evenit, cum homines iam curant luxuriam sive mundum, ideo leges capitulares de hoc non sollicitant sed de aliis casibus que sapiunt eis lucrum.

The highest end of marriage is mutual help towards blessedness.

Sed videtur cum cohabitacio coniugum que magis proficeret ad beatitudinem consequendam sit magis notanda quam cohabitacio propter procreacionem, libidinem vel debitum exsolvendum, plus notaret fidelis concordiam coniugum in talibus moribus quam ista carnalia supradicta. Difficile tamen videtur convincere alterum coniugum de tali spirituali luxuria, ideo raro vel nunquam veniet istud in practica quoad iudicium discretorum. Augustinus tamen ut supra sic loquitur: *Porro si infidelitas fornicacio est et idololatria infidelitas et avaricia idololatria, non est dubitandum et avariciam fornicacionem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscenciam potest recte a fornicacionis genere separare, si avaricia fornicacio est. Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscencias non tantum que in stupris cum alienis viris aut feminis committuntur, sed omnino quaslibet que animam corpore male utentem a lege Dei aberrare faciunt et perniciose turpiterque corrumpunt, potest sine crimine et vir uxorem dimittere et uxor virum, quia exceptam fecit Dominus causam fornicacionis, quam fornicacionem, sicut supra dictum est, generalem et universalem cogimur intelligere.*

'For the cause of fornication' may mean to punish it in one or prevent it in the other.

Dimittere autem coniugem causa fornicacionis contingit dupliciter vel propter fornicacionem alterius coniugum induratam vel propter fornicacionem reliqui evitandam. Sed quia prelati curent lucrum mundi et non salutem anime, ideo de talibus eventibus parum curant et specialiter cum coniuges sic separati debent abstinere ab alieno connubio et commixtione corporali.

Secundo movet Augustinus illud dubium sub hiis verbis: *Rursus queritur utrum si uxoris permissu sive sterilis, sive quia iam concubitum pati non vult, adhibuerit*

4. A: *committere.* 5. A: *sive mudum.* 12. A: *coniugium.* 14. A: *coniugium.* 17. A in marg.: *Augustinus.* 21. A: *seperare.* 26. A: *et vir.* 27. A: *facit.* 37. A in marg.: *Questio Augustini.*

17. l. c. p. 185.

Digitized by Google

sibi alteram vir, non alienam neque a viro seiunctam, possit esse sine crimine fornicacionis. Et in historia veteris quidem testamenti invenitur exemplum, ut patet spissim in Genesi de uxoribus patriarcharum, sed in hoc precepta maiora sunt in que per illum gradum generacio humana pervenit. Tractanda illa sunt ad distinguendas etates divine providencie dispensacionis que humano generi ordinatissime et misericorditer subvenit, non autem ad vivendi regulas usurpandas. Sed tamen utrum quod ait Apostolus: Mulier non habet potestatem sui corporis sed vir, similiter et vir non habet potestatem sui corporis sed mulier: posset in tantum valere, ut permittente uxore, que maritalis corporis potestatem habet, possit vir cum altera que nec aliena uxor sit nec a viro disiuncta concumbere, sed non est ita existimandum, ne hoc eciam femina viro permittente facere posse videatur, quod omnium sensus excludit.

Et ponit casum quomodo uxor quedam ad salvandum maritum suum a morte ex consensu suo prostravit se potenti et diviti.

As the world grows nearer to its end, the law of marriage becomes stricter.

Sed in fine videtur Augustinum relinquere tales causas sub ambiguo aliis decidendos. Pium tamen videtur ex sentencia huius sancti et cum ecclesia sit iam propinquior fini mundi et sic ecclesie triumphanti quod striccius debet modo matrimonialis figura ad eius similitudinem observari, et ita non licet eidem viro habere simul multas uxores, sicut quondam habebant patriarche in lege veteri. Nec licet alteri coniugum ex quacumque causa licenciare suum socium cum alio carnaliter copulari, quia iam non est causa, sicut erat in veteri testamento, cum nunc non necessitamur procreare fideles ecclesie de genere Abrahe sed spiritualiter per predicacionem de quacunque gente.

Things are now forbidden which the old law allowed.

Evil English and Irish customs, sale of wives etc.

Et patet quod multe fuerant consuetudines in Anglia atque Hibernia que sunt racionabiliter condempnande, ut quod mariti commutent suas uxores quod alter coniugum impotens conducat alium ad solvendum uxori debitum et quod alter coniugum exponet se carnali operi ex consensu reliqui pro suo coniugio relevando.

1. *vir;* B in marg. corrigit: *vide.* 2. A: *ut in historia.* 3, 4. A: *ut patet — patriarcharum* deest. 11. A: *et vir — corporis* deest. 13. B: *ut possit.* 21. A in marg.: *Johannes.* 36. Codd.: *aliter.*

9. 1 Cor. VII, 4.

Digitized by Google

Tales sunt multi casus qui videntur nobis esse illiciti, sicut multa sunt coniugia que gracia temporalium et non gracia boni coniugii sunt contracta; ideo qui vult omnes istos casus defendere et licencias meretricum
5 cum eis similibus capit opus maius quam nos sufficimus declarare. Sicut ergo prope finem mundi hec figura matrimonialis debet esse similior coniugio ecclesie trium-
372[4] phantis, | sic debet esse honestior atque mundior, et sacerdotes debent et prelati precipue plus renunciare
10 seculari dominio ad similitudinem ecclesie triumphantis. Sed ista fornicacio maledicta est nimis in ecclesiam introducta.

CAP. XLVIII.

Chrysostom's comment: Divorce was allowed in the old law to prevent worse evils.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Nunc*
15 *tercium mandatum minimum apud indisciplinatos et lascivos qui nullum estimant esse peccatum uxorem dimittere dato repudio, sine quo neque stare potest legis mandatum. Quomodo quando primum Moyses filios Israel eduxit de Egypto, genere quidem erant Israelite, moribus autem*
20 *Egypcii, propter quod more gentilium contingebat, ut vir odiret uxorem, et quia dimittere illam non permittebatur paratus erat interficere eam. Aut si non interficiebat eam propter timorem legis, tamen assiduis cruciatibus affligebat, ideo iussit dari repudium, non quia bonum*
25 *erat, sed quia remedium erat mali peioris, ne dum facere malum vetantur facerent peius, ergo propositum fuit legis repudium dare mandatis, ne homicidium fiat. Numquid in facto solo fit homicidium? Nonne et in voluntate? Et coram hominibus quidem in facto solo fit homicidium,*
30 *coram Deo autem in voluntate. Sicut enim qui irascitur fratri suo sine causa et si non potuerit occidere eum, occidit tamen eum in corde suo, sic et qui concupiscit mulierem, eciamsi non habuerit eam, adulteratus est eam in corde suo, quia voluntas eius impedita est, non correcta.*
35 *Sic qui odit uxorem suam excepta fornicacionis causa et sic odit, ut dimittat eam, ut nisi haberet licenciam di-*

14, 15. A: *Nunc iterum.* 18. A: *Quoniam quando.* 19, 20. A: *quidem — more* deest. 22. A: *eam* deest. 25. A: *facere* deest. 27. B: *dari;* ib. A: *homicidium racione et.* 27, 28. A: *fiat — et in* deest. 28. B: *sit;* ib. B: *in* deest. 29. B: *solo* deest. 32. B: *tamen* deest; ib. A: *et sicut qui.* 33. A: *et si non habuit.* 35, 36. A: *uxorem — et sic* deest.

14. Op. Imp., l. c. p. 800.

Digitized by Google

mittendi eam, occideret eam, in corde suo, occidit eam quantum ad Deum, quia opus homicidii ei non est sed tamen occidendi voluntas. Vides igitur quia lex precipiens dari repudium opus homicidii compescuit non peccatum? Et non solum homicidii crimen non sustulit quantum ad Deum sed eciam alterum dimissionis introduxit peccatum, quoniam libellus repudii testimonium est soluti coniugii. Numquid iusticia est solvendi coniugii?

Preterea dato repudio solutum coniugium publicatur, peccatum autem solucionis magis exaggeratur, ideo cum de irascente sine causa et de concupiscente faceret verbum, competenter intulit mandatum de uxoribus non dimittendis. Si enim qui irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudicii, quomodo non erit reus qui sine fornicacionis causa sic odit uxorem, ut eciam dimittit eam? Sed dicis: multas habet culpas uxor mea. Quid enim? Tu autem sine culpa es? Si enim extraneorum vicia supportare debemus, dicente Apostolo: Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi, quanto magis debemus uxorum? Si quis viderit mulierem ad concupiscendam eam adulteratus est eam in corde suo. Quomodo pro adulteriis non condempnetur, qui dimittens uxorem occasionem dedit adulteriorum committendorum, ut et illa adulteretur in alterum et alter in illum. Nam vir christianus non solum se coinquinare non debet sed nec aliis coinquinandi se preberi occasionem. Alioquin illorum crimen ad istius redundat peccatum, qui aliis committendi criminis factus est causa.

Vide eciam quia qui secundum legem repudium dat quatuor committit iniquitates. Primam quia quantum ad Deum existit homicida, secundam quia dimisit non fornicantem, terciam quia fecit eam adulterari, quartam quia accipiens et ipse adulteratur et accipientem eam fecit adulterari. Nichil autem horum committitur ubi servatum fuerit Christi mandatum. Hec Crisostomus.

Change from the old law to the new.

Videtur istum sanctum dicere quod dacio libelli repudii pro tempore legis veteris post exitum de Egipto fuit licita sed modo Christo dante perfecte legem gracie

1, 2. A: *uxorem suam excepta — quantum ad Deum* hoc loco inseritur. 2, 3. A: *sed tamen* deest. 4. B: *dare.* 7. B: *libellum.* 10. B: *magis* deest. 15, 16. A: *mullas causas habet.* 20. B: *adulteratur.* 21. B: *pro adultero.* 25. B: *se* deest. 30. B: *extat;* A in marg.: *Nota quatuor 1. 2. 3. 4;* ib. *dimisit;* B corrigit: *dimittit.* 31. A: *fecit adulterium.* 35. A in marg.: *Johannes.*

18. Gal. VI, 2.

Digitized by Google

foret illicita; et tunc videtur michi quod sacerdotes Christi necessitantur complere evangelicam veritatem et excitare coniuges et generaliter homines ad mutuam caritatem. Quo facto dacio libelli repudii superflueret
5 et quicunque ritus cerimonie legis veteris et longe evidencius leges humane hodie introducte. Ideo cum ille leges impediunt predicacionem evangelicam et cursum liberum legis Christi, videtur quod sunt heretice, quia contrarie legi Dei. Et evidencius illi prelati qui fovent
10 illas ac execuciones earum et suppeditant legem Christi. Videtur autem quod non a Deo per se sed a Moyse fuit dacio libelli repudii adinventa, et quod Christus propter eius imperfeccionem et legis sue complecionem voluit dacionem huius libelli cessare et legem evan-
15 gelicam currere per suos apostolos et eorum veros vicarios. Et patet quomodo consonat cessacioni legalium quod dacio libelli repudii nunc sit licita et fideliter exequenda et nunc illicita ac de mandato Domini dimittenda.

20 Augustinus autem tangit diffusius istam materiam, sed videtur Crisostomum solum de fornicacione carnali intelligere. Racio tamen necessitat loquendum esse de fornicacione spirituali, que est una maneries fornica-
373a cionis, quam textus recitat in communi. | De fornicacione
25 autem carnali tenetur communiter quod uno coniugum fornicante et reliquo a fornicacione quoad homines notorie se servante, tunc licitum est celebrare divorcium quoad thorum, sic tamen quod uterque coniugum maneat non alteri desponsatus, sed utroque coniugum
30 corporaliter adulterante divorcium impeditur quia ut dicunt canoniste paria delicta mutua compensacione tolluntur.

Augustine right in applying the text to spiritual fornication.

Sed hic videtur duplex mirabile, primum quod peccatum levius fit causa divorcii celebrandi, et tamen
35 peccatum gravius quoad Deum et homines, ut contingit de fornicacione spirituali, non sit causa cessacionis matrimonii quoad thorum. Contingit enim ex tali continuacione peccati utrumque coniugum perdi tam quoad animam quam eciam quoad corpus. Deus ergo vult
40 aliquod esse remedium contra hunc errorem, ut hic innuit Augustinus.

25. A in marg.: *Opinio duplex. 1;* ib. A: *coniugium.* 29. A in marg.: 2. 33. A in marg.: *Mirabile duplex. 1.*

Digitized by Google

Imperfections in the law of divorce.

Secundum mirabile videtur in tali divorcio quod duplicata culpa ex parte utriusque coniugum non infligitur pena divorcii sed ipsa existente simpla est propter minus peccatum pena divorcii exequenda, cum tamen communiter uterque coniugum sit particeps peccati alterius sic carnaliter fornicantis; et si non in carnali fornicacione participent, participant tamen communiter in peccatis aliis gravioribus et sepe coniux servans se a fornicacione carnali peccat in suum socium gravius aliunde. Ideo videtur quod illa lex tam deferens et secundum legem humanam que sensibilia nota hominibus respicit nunquam ex Dei sapiencia emanavit, et specialiter dum in divorcio utraque persona est punita. Persona ergo se continens non est propter virtutem continencie punienda; in tales perplexitates incidunt viantes secundum intricacionem legis humane.

Et idem videtur, cum Deus non bis punit in id ipsum quod persona contrita de crimine non debet luere tale peccatum post plenam satisfaccionem per tale divorcium; sed quis scit si talis satisfaccio sit completa? et ita videtur sicut persona se continens potest laborare ad tale divorcium, sic et persona rea, cum non licet sibi laborare ad tale divorcium, nisi culpa sit deleta, quia aliter liceret sibi remanere in culpa; et deleta culpa liceret sibi pro complecione iustic'e ex pura consciencia exequi illud divorcium, et tunc ut leges humane obiciunt haberet uterque coniux occasionem, dum vult a coniuge sua superari, taliter fornicari, ut habeat occasionem se a sua coniuge separandi.

Et tales difficultates sunt, si ad tempus in quo coniuges conveniunt posset fieri divorcium et iterum reditus anime ad manens continue matrimonium, quando placet, specialiter cum uterque coniugum posset sic necessitari ex incontinencia quod aliter non poterit se a luxuria continere. Et cum hoc contingere posset indifferenter vel uni vel alteri, difficile videtur limitare leges secundum quas debent debite quoad locum et possessionem cum aliis circumstanciis separari, quia potest contingere quod locus dormicionis separatus non sit eis conveniens.

1. A in marg.: 2. 8, 9. A: *coniux suavis.* 10. B: *differens.* 13. A: *specialiter communi.* 15. A: *et tales.* 16. A: *in viantes.* 17. A in marg.: *3.* 23. B: *tale divorcium* deest. Codd.: *hoc nisi.* 32. A: *anime* deest. 37. A: *debent* twice.

Digitized by Google

Et potest contingere quod tam proles quam possessio sit racionabiliter separanda.

Talia multa sunt dubia quorum non est finis que ex tali divorcio oriuntur. Ideo videtur mihi quod ambo coniuges debent instrui in lege mandatorum Domini et (quantum Deus donaverit) in iusticia se servare. Ideo videtur consulendum coniugibus quod se exercitent in virtutibus altrinsecus et non operentur ad divorcium nisi maior necessitas urserit. Et tunc secundum legem consciencie debent secundum quod Deus donaverit operari. Ideo non sine causa excepit sic Christus fornicacionem communiter et non determinavit casus de possibili immergentes, quia habita substancia legis Dei cum lege naturali consciencie potest homo videre qualiter sit in talibus faciendum. Ideo condere leges humanas in ista materia et subici arbitrio iuristarum videtur induccio meridiani demonii contraria legi Christi.

As to marriage and divorce we must be led by conscience.

Men should not be subjected to rules made by lawyers.

CAP. XLIX.

Sequitur in textu evangelii: *Iterum audistis quia dictum est antiquis: Non periurabis, reddes autem domino tua iuramenta. Ego autem dico vobis, non iurare omnino; neque per celum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum est eius, neque per Jerosolymam, quia civitas est magni regis, neque per caput tuum iuraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester: Est, est; non, non; quod autem hiis habundancius est, a malo est.*

Hic igitur videtur magistrum optimum specificare formam communicacionis hominum in loquela, quia hoc indubie est pertinens supradictis. Unde videtur ad sensum suum prohibere simpliciter iuramentum, quia videtur iuramentum superfluere inter perfectos, sicut et superfluisset in statu innocencie et in statu patrie omnino non erit. Si ergo bestie communicare possunt ad invicem sine talibus iuramentis, quare non homines servata veritate in cogitacione, opere et sermone? Et

Here Christ seems to condemn all oaths.

29. A in marg.: *Johannes.* 34. A: *superfluis sed.* 37. A: *cognicione.*

20. Matth. V, 33—37.

Digitized by Google

videtur quod propter falsitatem que ex peccato oritur non sit | vocis superfluitas adhibenda. 373b

Augustine's comment.

Unde Augustinus in hoc loco sic loquitur: *Quod*, inquit, *amplius est a malo est, scilicet non iurantis sed iuramentum non credentis. Iusticia phariseorum est non periurare; hanc confirmat qui iurare vetat, quod pertinet ad iusticiam regni celorum. Sicut enim falsum loqui non potest qui non loquitur, sic periurare non potest qui non iurat. Sed tamen quoniam iurat qui adhibet Deum testem, diligenter ergo considerandum est fratres mei hoc capitulum, ne contra preceptum Domini Apostolus fecisse videatur, qui sepe hoc modo iuravit, cum dicit: Que autem scribo vobis, ecce coram Deo quia non mencior; et iterum, Deus et pater domini nostri Jesu Christi qui est benedictus in secula, scit quia non mencior.*

To call God to witness is to swear, and this St Paul does.

Tale est eciam illud: Testis enim mihi est Deus et dominus meus, cui servio in spiritu meo in evangelio filii eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio in oracionibus meis. Nisi forte quis dicat tunc cavendam esse iuracionem, cum per aliquid dicitur per quod iuratur, ut non iuraverit, qui non dixit: Per Deum, sed dixit: Testis est michi Deus. Ridiculum est hoc putare, tamen propter contenciosos aut multum tardos, ne aliquid interesse quis putet, sciat eciam hoc modo Apostolum iurasse dicentem: quotidie morior, per gloriam vestram. Quod ne quis existimet ita dictum, tamquam si diceretur: Gloria vestra me facit quotidie mori, sicut dicitur: Per illud magisterium doctus factus est, vel eius magisterio factum est ut perfecte doceretur. Greca exemplaria diiudicant in quibus scriptum est: non te inmeteram chaychesin quod nonnisi a iurante dicitur. Ita ergo intelligitur precepisse Dominum ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum et assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem dilabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis sed in necessariis iuracionem adhibendam, refrenet se quantum potest ut non utatur nisi necessitate, cum

3. A in marg.: *Augustinus.* 17. A in marg.: *Nota pro iuramento per magnum processum.* 25. A: *propter gloriam.* 30. A: *ne.*

4, 5. Haec verba: *scilicet — credentis* in textu S. Augustini desunt. 5. De sermone Domini in monte, l. c. p. 187. 12. Gal. I, 20. 13. II. Cor. XI, 31. 16. Rom. I, 9. 25. I. Cor. XV, 31. 30. In textu S. Augustini legitur: *νὴ τὴν καύχησιν ὑμετέραν.*

Digitized by Google

videt pigros esse homines ad credendum quod eis utile est credere, nisi iuracione firmetur. Ad hoc itaque pertinet quod sic dicitur: Sit autem sermo vester, Est, est; non, non; hoc bonum est et appetendum; quod autem amplius est, a malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Que infirmitas utique malum est; unde nos quotidie deprecamur liberari, cum dicimus: Libera nos a malo. Itaque non dixit: Quod amplius est, malum est; tu non malum facis, qui bene uteris iuracione, que etsi non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quod utiliter suades, sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo novit nisi qui expertus est, quam sit difficile et consuetudinem iurandi extinguere et numquam temere facere quod numquam facere necessitas cogit. Hec Augustinus.

Oaths are allowed when without them people will not believe what they ought.

Videtur hunc sanctum concedere quod licet in casu iurare propter peccatum infirmorum, quia aliter non crederent dictis veris. Sed forma iurandi est in proposito varie intellecta, quia videtur hunc sanctum intelligere quod solum licet Deum invocare in testem, quando est necessarium testificari veritatem. Sed hoc dicitur communiter non iurare, quia sic in quantum quis asserit veritatem, videretur pro confirmacione sue sentencie capere Deum testem, et cum Christus in loquela sua evangelica non potest dicere quicquam superflue, videndum esset ad quem sensum precipiat non iurare omnino. Videtur enim sensus quem sophiste hic fabricant esse nimis superfluus, sic scilicet quod viator non iuraret omnino, ita quod necessitet se simpliciter ad iurandum, quia pauci vel nulli sunt qui sic se necessitant. Nec videtur sensus Christi solum intelligere istam sentenciam, cum communiter precipit: *Sit sermo vester, Est est, non non.* Moderans enim loquelam secundum hunc sensum videtur prohibere sermonem superfluum excedentem, sed sive homo iuraverit per Deum vel per creaturam aliquam sive sic, testis est michi Deus quod vera est ista sentencia, videtur superaddere sensum istorum verborum *Est est, non non,*

What Christ commands is that our words should be true and represent our thought.

11. B: *vel alteri.* 12. B: *est* deest. 13. B: *nemo quidem.* 14. A: *tenere.* 17. A in marg.: *Johannes.*

8. Matth. VI, 23.

Digitized by Google

quia communiter ista verba fidelis sic intelligit: non est possibile quemquam fratri suo vocaliter asserere nisi vel affirmacionem vel negacionem; si autem affirmacionem, tunc Christus dat hanc regulam quod sicut affirmacio est in mente, sic affirmacio sit in voce, nec sit duplicitas in loquendo. Et ad hoc valet geminacio istius verbi *Est est*, et conformiter quando negacio est asserta.

It is difficult to follow Augustine in his allowance of oaths.

Videtur ergo difficile quod Christus hic asseruit non plus quam huiusmodi iuramentum, scilicet quod invocandus est Deus in testem propter infirmitatem vel peccatum audiencium quod istud quod assero sit verum, immo videtur multis cicius concedere quod Apostolus in verbis suis peccavit et propter infirmitatem circumstancium male dixit, ita quod in lege evangelica iuramentum quod in lege veteri fuit licitum sit restrictum.

St. James forbids oaths altogether.

Et ista videtur sentencia Jacobi V°, cap. 1: *Ante omnia fratres mei nolite iurare neque per celum neque per terram neque per aliud quodcumque iuramentum; sit autem sermo vester Est est,* | *non non, ut non sub iudice decidatis.* Videtur 373[c]

We may not commit even a small sin because of another's incredulity.

autem difficile assignare verbum illi superadditum nisi sit superfluum sed propter fratris maliciam vel incredulitatem eciam non leviter est peccandum. In lege autem veteri sepe propter fragilitatem hominis peccabatur, sed Christus in proposito videtur dare doctrinam simpliciter ne peccetur.

Yet we may suppose that oaths are allowed when the nature of the bystanders requires them.

Sed videamus quid alii doctores hic asserunt, antequam quicquam temere terminemus. Videtur enim multis quod ille sit modus hereticus diffinire quod aliquis sit sensus auctoris scripture, cum tamen illud sit mendacium, ideo istud periculum est cavendum. Interim autem videtur cum formidine asserendum quod Christus hic docet cavere iuramentum quodcunque nisi propter infirmitatem circumstancium necessarium sit iurare, sic quod necesse est addere multa longa verba que aliunde essent superflua, nisi foret discredencia circumstancium; ideo dicit evangelium non quod amplius est malum est sed *quod amplius est a malo est.* Et quia talia peccata

3, 4. A: *vel negacionem si autem affirmacionem.* 13. A: *cicius concordare.* 16. A: *in vele veteri.* 17. A: *qui ista.* 27. A in marg.: *1.* 31. A in marg.: *2.*

17. Jacob. V, 12. 38. Matth. V, 37. Recte: *Quod autem his abundantius est, a malo est.* Cf. p. 178, l. 3, 4.

Digitized by Google

venialia non possumus omnino in via restringere, ideo videtur quod debemus nos tenere in limitibus racionis et status innocencie et nichil superaddere, nisi quando est necesse. Verumtamen non video quin in lege humana et multis contractibus culpabiliter multi iurant, non solum ipsi iurantes sed eciam alii exigentes et circumstantes iuracionis huiusmodi applaudentes. Et sic iuravit Apostolus, ut ex testimonio quadruplici edocet Augustinus; immo videtur quod angelus Apoc. X dat formam iuracionis huiusmodi, dum sic dicit: *Iuravit per viventem in secula seculorum* quod non erit tempus amplius: quam diu autem manet hoc tempus ex cursu mundi volubili, necesse est homines sic peccare; ideo Apostolus ad Hebr. VI docet quod *homines per maiorem sui iurant* et quod omnis controversie finis est iuramentum; et sic pro tempore huius miserie videtur quod licitum est iurare, secundum formam tamen quam diffinit Dominus Jer. IV, 2: *Iurabis*, inquit, *vivit Dominus in veritate, in iudicio et iusticia;* in veritate quidem, ut omnino iuramentum tuum sit verum, in iudicio, quando scilicet est necesse propter infirmitatem circumstancium sic iurare, et in iusticia ut omnino finis tue iuracionis sit propter iusticiam declarandum. Non excedamus ergo hos limites hic in via et videamus quem sensum alium docet Christus; videtur enim docere verbum non iurare omnino quod non capiamus occasionem non necessariam sic iurandi et quod aliter sit sermo noster *Est est, non non*, ad sensum expositum.

CAP. L.

Further comment of Augustine: Christ taught that all oaths are oaths before God.

Textum autem istum evangelicum iam lectum ulterius exponendo prosequitur Augustinus: *Queri*, inquit, *potest cum diceretur: Ego autem dico vobis non iurare omnino, cur additum sit, neque per celum quia thronus Dei est et cetera usque ad id quod dictum est neque per caput tuum. Credo propterea quia non putabant Judei se teneri iureiurando, si per ista iuravissent et quoniam audierant:*

15. A: *controverse.* 30. A in marg.: *Questio. Augustinus;* ib. B: *istum* deest. 36. A: *inruissent.*

9. Apoc. X, 6. 14. Hebr. VI, 16. 31. De sermone Domini in monte, l. c. p. 188.

Digitized by Google

Reddes autem Domino iusiurandum tuum, non se putabant Domino debere iusiurandum, si per celum aut terram aut per Jerosolymam aut per caput suum iurarent: quod non vicio precipientis sed illis male intelligentibus factum est. Itaque Dominus docet nichil esse tam vile in creaturis 5 *Dei, ut per hoc quisque periurandum arbitretur: quando a summis usque ad ima divina providencia creata regerentur, incipiens a throno Dei usque ad capillum album aut nigrum. Neque per celum,* inquit, *quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est,* 10 *id est, cum iuras per celum aut terram, non te arbitreris non debere Domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare convinceris, cuius celum thronus est et cuius scabellum terra est. Neque per Jerosolymam, quia civitas est magni regis: melius quam si diceret, mea; cum tamen* 15 *hoc dixisse hic intelligatur. Et quia utique ipse Dominus est, Domino iusiurandum debet qui per Jerosolymam iurat. Neque per caput tuum iuraveris. Quid enim poterat quisque magis ad se pertinere arbitrari, quam caput suum? Sed quomodo nostrum est, ubi potestatem faciendi unius* 20 *capilli albi aut nigri non habemus? Ergo Deo debet iusiurandum ineffabiliter omnia tenenti et ubique presenti, quisquis eciam per caput suum iurare voluerit. Et tunc eciam cetera intelliguntur, que omnia utique dici non poterant, sicut illud commemoravimus dictum ab Apostolo:* 25 *Quotidie morior per gloriam. Quam iuracionem ut Domino se debere ostenderet, addidit quam habet in Christo Jesu.*

Verumptamen propter carnales dico, non oportet opinari quod dictum est celum thronus Dei et terra scabellum 30 *pedum eius quod sic habeat Deus collocata membra in celo et in terra, ut nos cum sedemus: sed illa sedes Dei preciosissima iudicium signat et quoniam in hoc universo mundi corpore maximam speciem celum habeat et terra* | 373[4] *minimam; tamquam presencior sit excellenti pulcritudini* 35 *vis divina, minima vero ordinet in extremis atque in infimis, sedere in celo dicitur terramque calcare. Spiritualiter autem sanctas animas celi nomine significat et terre peccatrices, et quoniam spiritualis omnia iudicat, ipse autem*

15. B: *si* deest. 20. A: *vestrum.* 21. B: *habemus;* sibi in marg. 33. B: *universi.* 34. B: *habet;* ib. AB: *terram.* 36. A: *in* before *extremis* deest; B in marg. addit: *extremis et infimis.* 39. A: *eciam quoniam.*

39. I. Cor. II, 15.

Digitized by Google

a nemine iudicatur, convenienter dicitur sedes Dei. Peccator vero cui dictum est: Terra es et in terram ibis, quia per iusticiam meritis digna tribuentem, in infimis ordinatur et qui in lege manere noluit sub lege punitur, congruenter accipitur scabellum pedum Dei.

Duty of overcoming evil habits.

5 *Sed iam ut istam quoque concludamus summam, quid laboriosius et operosius dici aut cogitari potest, ubi omnes nervos industrie sue animus fidelis exerceat quam in viciosa consuetudine superanda? Prescidat membra regnum celorum impediencia, ne dolore frangantur: tolleret omnia*
10 *in fide coniugali que quamvis sint molestissima, crimen tamen illicite corrupcionis, id est, fornicacionis non habent, veluti si uxorem quisque habeat sive sterilem sive deformem corpore sive debilem membris vel cecam vel surdam vel claudam, vel si aliquid aliud sive morbis sive dolo-*
15 *ribus languoribusque confectam et quicquid excepta fornicacione cogitari potest vehementer horribile pro fide et societate sustineat neque solum talem non abiciat sed eciam si non habeat non ducat eam que soluta est a viro pulcram, sanam, divitem, fecundam. Que si facere non licet, multo*
20 *minus sibi licere arbitretur ad ullum alium illicitum concubitum accedere, fornicacionemque sic fugiat, ut ab omni turpi corrupcione sese extrahat. Verum loquatur, neque id iuracionibus crebris sed morum probitate commendet et rebellantes contra se omnium malarum consuetudinum*
25 *turbas innumerabiles et horribiles de quibus omnes intelligerentur pauce commemorate sunt, confugiens ad arcem securissimam christiane milicie tamquam de loco superiore fortiter et strenue in Christo prosternat. Sed quis tantos labores inire audeat nisi qui sic flagrat amore iusticie,*
30 *ut tamquam fame et siti vehementissime accensus et nullam sibi vitam, donec ea sacietur existimans vim faciat sicut bonus miles et robustus bellator in regnum celorum? Non enim aliter esse poterit fortis ad omnia toleranda que in precidendis consuetudinibus reprobis*
35 *laboriosa et ardua et omnino difficilia seculi huius molles deceptique amatores putant. Beati igitur qui esuriunt et*

5. B: *Sed iam ut ista quoque concludamus quid.* 9. A: *noc dolere frangatur.* 10 B: *suni.* 17. B: *solum* deest. 22. A: *loquetur.* 25. A: *et horribiles* deest. 25, 26. B: *intelligerent.* 28. *prosternat;* A: *profluat.* 29. A: *audiat.* 34. A: *reprobis* deest.

2. Gen. III, 19. 36. Matth. V, 6.

Digitized by Google

siciunt iusticiam, quia ipsi saturabuntur illud bonum summum possidendo quod desiderant.

Verum in hiis laboribus cum quisque difficultatem patitur et per dura et aspera gradum faciens circumvallatus variis temptacionibus perturbacionibusque et hinc atque hinc insurgere preterite vite moles intuens timet desperate et perdite ne agressa implere non possit, arripiat consilium sanctum ut festinum mereatur auxilium de celo. Quod est autem aliud consilium, nisi ut infirmitatem aliorum fortiter pie et gaudenter ferat et eis quantum potest opituletur in necessariis qui sue divinitus desiderat subveniri necessitati? Consequenter itaque misericordie precepta videamus. Mitis autem et misericors videntur unum esse, sed hoc interest quod mitis est, de quo superius tractatum est, qui pietate non contradicit divinis sentenciis que in peccata sua proferuntur, neque illis Dei sermonibus quos nondum intelligit, sed sedulum beneficium prestat ei cui non contradicit nec resistit. Misericors vero ita non resistit ut propter eius correccionem id faciat quem redderet resistendo peiorem. Hec Augustinus.

Sins of speech are easy to fall into.

Videtur istum sanctum intendere conformiter ad verbum Christi quod facile est peccare in locucionibus sed peccata graviora et notabiliora diligencius sunt cavenda. Et timendum est quod homo ex ypocrisi cavendo leviora mendacia incidat in maiora; ideo maiora sunt diligencius cavenda. Unde Lincolniensis in secundo mandato decalogi ita scribit: *Nomen Dei in vanum assumunt qui per nomen eius falsum et mendacium iurant quorum utrumque vanum est.* Sicut enim dicit Augustinus pro iurando false rei adhibetur Deus testis, quia vero tam periculosum est periurium vitandum est omne iurandum, ne iurandi consuetudinem labamur in periurium. Ideo dicit Dominus: *Sit sermo vester Est est, non non, quod autem amplius est a malo est,* et in Ecclesiastico scriptum est: *Iuracioni non assuescat os tuum, multi enim sunt casus in illa,* quia (ut dictum est) facilis lapsus est in periurium, et quia perfectus est qui lingua non offendit et vix vel nullo modo est aliquis qui ab ocioso verbo

Augustine advises us to avoid oaths.

3. B: *his* corrigit in: *aliis*. 4. B: *circumvallatur*. 5. *perturbacionibusque* deest. 6. A: *molens*. 8. A: *et festinum*. 14. A: *esse* deest. 20. Codd.: *redderet* deest. Addidi e textu S. Augustini. 21. A in marg.: *Johannes*. 25. A: *ideo maiora* deest. 36. Codd.: *sunt* deest. 38. A: *non nullo;* ib. A: *aliquis* deest.

33. Matth. V, 37. 34. Eccli. XXIII, 9.

Digitized by Google

penitus se abstinet. Consuetudo iurandi sepe facit labi in iuracionem verbi ociosi. Qui autem verbum ociosum licet verum iurando Deum testem adhibet sui verbi
374a ociosi, quantum in ipso est | Deum deducit in accionem
5 ociosam et vanam, quia in verbi testificacionem. Ociosi autem testificacio non potest esse nisi ociosa, sicut et ipsum testificatum est ociosum.

Similiter, qui verbum aliquod fine nocendi iurando eiusdem sermonis Deum testem adhibet, quantum in
10 ipso est Deum facit nocentem, quia qui testem adhibet assercioni sue ad eundem finem retorquet et suam assercionem et testis adhibiti testificacionem. Similiter, quandocunque sermo proponitur fine indebito et eidem sermoni adhibetur Deus testis iurando, quantum est in
15 iurante Dei testificacionem polluit indebito et incongruo fine nec potest esse sine peccato, si Dei aliquam operacionem, qui nil facit nisi per summam sapienciam et summam racionem, quantum est in te deducis in ociositatem et si eius operacionem aliquam qui nil facit
20 nisi per summam benignitatem deducis in malignitatem et in aliquem finem incongruum, cum in eius operibus nil sit inordinatum; non solum itaque iurans falsum sed eciam iurans ociosum vel malignum vel incongruo fine prolatum Dei sui nomen assumit in vanum, quia in
25 ocium vel in malignum vel incongruum; et sic contingit multipliciter iurando veritatem incurrere periurium sine menda sive mendacium.

We must not call God to witness to a mischievous oath.

CAP. LI.

Crisostomus autem super hoc textu evangelii ita
30 scribit: *Ecce quartum mandatum, quod minimum putant avari qui bene iurare non putant esse peccatum, sine quo non potest stare legis mandatum. Nam nisi iuramentum interdicatur, non possunt amputari periuria. Ex iuramento enim periurium generatur. Nemo est enim qui frequenter*
35 *iuret et non aliquando periuret. Et propter hoc admonet Salomon: 'Ne assuescas os tuum iuramento: multus*

Chrysostom's comment: Swearing cannot be separated from perjury.

11. A: *et eundem.* 12—15. A: *Similiter — testificacionem* deest.
20. A: *deducis in malignitatem.* 29. A in marg.: *Crisostomus.*
35. B: *iurat.*

29. Op. Imp., l. c. p. 800. 36. Eccli. XXIII, 9.

Digitized by Google

enim casus est in illo[3]. *Sicut enim qui facit consuetudinem multa loqui necesse est ut aliquando inportuna loquatur et qui facit consuetudinem frequenter manu sua percutere necesse est ut aliquando iniuste percuciat, sic qui habet consuetudinem iurare in rebus idoneis frequenter et in rebus superfluis eciam nolens consuetudine trahente periurat. Nam omnium rerum consuetudinem, quando volumus, tunc quidem facimus, sed non quando volumus, tunc repellimus eam.*

Danger an uselessness oaths.

Et qualis est contra iurantes sentencia Dei, docet Salomon: 'Vir, inquit, multum iurans non exiet plaga de domo eius.' Si igitur a iurantibus plaga non recedit, quomodo a periurantibus aliquando recedit? Dic mihi amice iurando quid proficis? Nam et si adversarius tuus crederet te bene iuraturum nunquam iurare te compelleret. Sed quia te periuraturum existimat, ideo te iurare compellit. Et cum iuraveris, non quasi in veritate iuramenti tui placatus tacet, sed quasi in dampnacione periurii tui vindicaturus recedit. Iuramentum enim numquam bonum exitum habet. Quidam enim te estimant avaricie causa iurasse, quidam autem et periurasse credunt, tamen in veritate. Qui autem de te bene voluerint suspicari, etsi periurasse te non credunt, tamen in veritate iurasse affirmare non possunt. Nemo autem potest defendere te religiose egisse; ideoque iurans inimicis tuis in opprobrium venis, amicis tuis in suspicionem. Sed forte dicis: Quid faciam. Non enim mihi credit nec vult credere nisi iuravero. Adquiesce magis pecuniam perdere quam salutem, preciosior videatur tibi anima tua quam res tua. Si rem aliquam perdideris vivere potes. Si Deum perdideris quomodo vives? An nescis quod quia iuraturus dimittis propter Dei timorem maiorem mercedem, habes pro illo quasi elemosinam eam dedisses, quod quia cum maiore colluctuacione facimus, pro illo dignius coronamur. Ecce amice admoneo te ne hominem aliquando iurare compellas sive existimas eum bene iuraturum sive existimas eum male iuraturum, sed magis recede ab eo, quia et si ille bene iuraverit, tu in quantum ad conscienciam tuam

4, 5. A: *facit consuetudinem.* 7. A: *tunc* deest. 13. *aliquando;* A: *non.* 16. A: *iurare* deest. 19. B: *enim* deest. 20. B: *existimabant.* 21, 22. B: *credunt — veritate* deest. 32. A: *de illo.* 33. A: *eam* deest. 35. B: *aliquando* deest. 36, 37. B: *estimes eum male.* 38. B: *in* deest.

11. Eccli. XXIII, 12.

Digitized by Google

periurii illius factus es causa, quia hoc proposito iurare illam compellis non ut iuret sed ut periuret. Si autem eum bene iuraturum putares, nec iurare compelleres. O insipiens qui alterum iurare compellis, nescis quid agis?
5 *Ille etsi periuraverit, vel cum lucro periurat, tu autem sine lucro periurii illius particeps inveneris, qui mentiri non dubitat nec periurare timet; qui enim mentitur veritatem in corde suo transgreditur; qui autem periurat in verbis suis transit Deum. Quid ergo interest inter Deum*
10 *transire et veritatem transgredi, cum et ipsa veritas sit Deus? Hec sola differencia est, quia veritatem mencientes in corde nostro transimus, periurantes autem Deum in verbis. Nam verbo hominibus satisfaciamus, consciencia*
374[b] *Deo. Ipse Deus qui periurare | vetuit, ipse postea et*
15 *non iurare mandavit. Qui ergo in iurando non timet Dei preceptum negligere, nec in periurando timebit. Quid autem vis? Timet Deum aut non timet Deum. Si timet, eciam sine iuramento non mentitur; si autem non timet, neque cum iuramento potest dicere veritatem.*

20 *Audite vos clerici qui iurantibus evangelia sancta portatis quomodo potestis ab illo iuramento esse securi qui occasionem feram periurii datis. Numquid qui ignem portat unde confletur incendium alienus est ab illo incendio? Aut qui gladium porrigit unde homicidium com-*
25 *mittatur, numquid non est socius homicidii illius; sic et qui occasionem prestat, collega fit periurii eius. Si erat bene iurare, iuste dicebatis, quia dedimus illis evangelium ut iurent, non ut periurent. Nunc autem cum sciatis quia et bene iurare, peccatum est, quomodo potestis esse liberi*
30 *qui occasionem datis unde peccetur in Deum.*

Wickedness of swearing by the elements.

Cesset ignis et non fit incendium; subtrahe gladium et homicidium non committetur; sic tolle iuramentum et periurium non fit. Hec de illis dicta sunt qui iurant per Deum.

Such oaths are idolatrous.

35 *Eorum autem qui iurant per elementa execrabilior est iniquitas. Celum etenim et terram et cetera Deus ad ministerium sibi creavit non hominibus ad iuramentum. Ecce enim in lege precipitur ut per nullum iuretur nisi per Deum. Qui ergo iurat per celum aut*
40 *per terram aut quicquid illud est per quod iurat deificat illud. Propterea idolatriam facit omnis qui per*

1, 2. B: *iurare eum.* 5. B: *vel* deest. 14. A: *et* deest. 29. B: *et* deest. 40. A: *ac quicquid.* 41. A: *Ideo ydolatram se;* ib. *per* deest.

Digitized by Google

huiusmodi aliquid iurat, et si iurare liceret, quia non reddit Domino suo iuramenta sua sed elementis, dupliciter peccat, primo quia iurat, deinde quia deificat illud per quod iurat. Et vide quia per singula hanc racionem dat cur quis non debeat iurare per elementa. Neque per celum, inquit, quia thronus est Dei, id est, non Deus, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, non dea; neque per Jerosolymam quia civitas est magni regis, non magnus rex; neque per caput tuum, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sive ergo per filios suos iuret quis sive per se sive per aliquem meliorem, facit illum quantum ad se quasi Deum. Hec Crisostomus.

Our bishops require an obedience which is service to the devil.

Videtur istum sanctum episcopum assuescere ut non astringat suos subditos iuramentis quia fallax obediencia ad quam subditi hodie sunt iurati innuit obedienciam diabolo contra Christum. Non enim requirit episcopus quod serventur Dei mandata aut consilium evangelicum sed quod pecunia a pauperibus sibi illicite sit extorta et sic fructus iuramenti illiciti quod tam diligenter requirit episcopus sonat in fructum servicii Antichristi. Nec audeo dicere quod iste beatus omnino prohibuit iuramentum, cum allegat in lege quod homo iuraret per Deum, sed forte sic intellexit quod homo non iuraret superflue quod facit cum iurat sine utili causa vel necessitate ut creditur Apostolum iurasse. Sed longe aliter iurent loquentes superflue hiis diebus.

Evil of frivolous oaths.

Videtur eciam hunc sanctum intendere quod quelibet pars mundi sit elementum, quia elementaliter constituit ipsum mundum, et sic errant qui iurant per suum liripipium, lucem vel abiectam aliam creaturam, tum quia non continent se a superfluitate verborum, tum eciam quia sine causa accipiunt creaturam talem in testimonium ac si secundum Chrysostomum ipsam fratrem Deum suum. Et sic intelligunt quidam verba Domini precipientis non iurare omnino; sicut autem non sunt nisi due creature, scilicet corporalis et spiritualis, sic nec sunt nisi duo modi iurandi scilicet licitus et illicitus. Unum Christus prohibet et reliquum approbat

1. A: *et* deest. 2. A: *redderet.* 3, 4. B: *id per quod.* 4. Codd.: *quia* deest. 5. B: *cum quis non debeat.* 6. A: *enim non.* 7. A in marg.: *t.* 14. A in marg.: *Johannes.* 23. *lege;* B addit in marg.: *Deum.* 24. A: *si forte;* ib. A: *intellexit.* 25. A: *superflue — iurat* deest. 29, 30. A: *constituta ipsum mundi.* 36, 37. A: *sic enim non sunt.*

Digitized by Google

in se ipso, in angelo et in Paulo. Sed cum sit Deus compendiosissimus, prohibet verbum superfluum et ociosum et per consequens iuramentum. Videant ergo iuratores modum quo iste tres persone iuraverant et observent illum plene vel omittant omnino iurare; sed quia videtur difficile istum modum perfecte cognoscere, securum videtur consilium nos a iuramentis talibus simpliciter preservare.

Alii autem sunt modi de quibus quidam dubitant utrum sunt iuramenta, ut quando Christus dixit: *Amen, Amen dico vobis* vel sibi simile; sed sive tale sit iuramentum sive simplex pronunciacio veritatis, videat fidelis si potest quod servet plenam similitudinem et iuret secure conformiter superflue non excedens. Ulterius videtur quod omnis homo est Deo naturaliter iuratus in principio ut serviat sibi fideliter, a quo deficiendo incurrit periurium sicut iurans ad quodcumque illicitum, cum prius sit iuratus Deo ad eius oppositum. Et ex isto videtur quod exactum iuramentum sit sepe superfluum et quod omnino foret stolidus qui iuraret illicite et laboret posterius ad complementum talis illiciti iuramenti. Idem enim foret ac si diabolum in falsitatibus plus coleret quam in iuramento naturali priori coleret Deum suum.

CAP. LII.

Retaliation.

Sequitur in textu evangelii: *Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo et dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi et alteram; et ei qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium. Et quicunque te angariaverit mille passus, vade cum illo et alia duo. Qui autem petit a te, da ei, et volenti mutuari a te, ne avertaris.*

Augustine's comment:

Super quo Augustinus: *Phariseorum iusticia minor est, non excedere in vindicta modum, nec plus rependat quisque quam accepit et magnus hic gradus est. Nemo enim*

12. A: *veritas.* 15. A: *est Deo* deest. 28. B: *sed* deest. 29. B: *tuam* deest. 33. A: *non avertaris.* 34. A in marg.: *Augustinus.*

26. Matth. V, 38—42. 34. De sermone Domini in Monte, l. c. p. 189.

Digitized by Google

Gradual growth; the law restrained revenge, Christ forbade it.

facile invenitur qui pugno accepto pugnum reddere velit et uno conviciante verbo audito, unum quod tantumdem valeat referre contentus sit, sed sive ira perturbatus immoderacius vindicat sive quia iustum putat eum qui lesit prior gravius ledi quam lesus est qui non leserat. Talem animum magna ex parte refrenavit lex in qua scriptum est: Oculum pro oculo et dentem pro dente. Quibus nominibus significatur ut iniuriam vindicta non transeat. Et hoc pacis est inchoacio. Perfecta autem pax est talem penitus nolle vindictam. Inter illud igitur primum quod preter legem est, ut maius malum pro minore malo reddatur, et hoc quod Dominus perficiendis discipulis dixit ne pro malo ullum malum reddatur, medium quemdam locum tenet ut tantum reddatur quantum acceptum est per quod a summa discordia ad summam concordiam pro temporum distribucione transitus factus est. Quisquis ergo malum infert prior studio ledendi et nocendi, vide quantum distet ab eo qui nec lesus rependit. Quisquis autem nulli prior malefecit sed tamen lesus rependit gravius vel voluntate vel facto recessit aliquantulum a summa iniquitate et processit ad summam iusticiam et tamen nondum tenet quod lex que per Moysen data est imperavit. Qui igitur tantum reddit quantum accepit iam donat aliquid: non enim tantam penam meretur nocens quantam ille qui ab eo lesus innocens est passus. Hanc igitur inchoatam, non severam sed misericordem iusticiam ille perficit, qui venit non legem solvere sed implere. Duos igitur adhuc gradus qui intersunt intelligendos reliquit et de ipso summo misericordie culmine dicere maluit. Nam est adhuc quod faciat qui non implet istam magnitudinem precepti que pertinet ad regnum celorum ut non reddat tantum sed minus, ut vel pro duobus pugnis unum aut pro evulso oculo aurem precidat. Hinc ascendens qui nichil omnino rependerit propinquat precepto Domini, nec tamen adhuc ibi est. Parum enim adhuc videtur Domino si pro malo quod accesseris nihil mali rependas nisi eciam sis amplius paratus accipere. Quapropter non ait: Ego autem dico vobis non reddere malum pro malo, sed quando hoc eciam magnum preceptum

2, 3. A: *et quod tantumdem valea.* 8. B: *quibus omnibus;* ib. A: *et iniuriam.* 10. A: *igitur* deest. 12. B: *proficientibus discipulus.* 14. Codd.: *acceptum* deest Addidi e textu Augustini. 15. A: *per* deest. 20. A: *aliquantum.* 28. B: *intelligendo relinquid.* 31. A: *et non.* 32. A: *vel ut.* 33. B: *avulso.* 34. B: *rependeret.*

Digitized by Google

sit, sed ait non resistere adversus malum, ut non solum non rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed eciam non resistas quominus aliud irrogetur. Hoc est enim quod eciam consequenter exponit: Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prebe illi et alteram. Non enim ait: Si quis te percusserit, noli tu percutere sed para te adhuc percuti. Quod ad misericordiam pertinere hii maxime senciunt qui eis quos multum diligunt tamquam filiis vel quibuslibet dilectissimis suis egrotantibus serviunt vel parvulis vel phreneticis a quibus sepe multa paciuntur, et si illorum salus illud exigat prebent se eciam ut plura cum gaudio sive vindicta paciantur donec vel etatis vel morbi infirmitas transeat. Quos ergo Dominus medicos animarum curandis proximis instruebat, quid aliud eos docere posset nisi ut eorum quorum saluti consulere vellent imbecillitates equo animo tolerarent? Omnis namque improbitas ex animi imbecillitate venit, quia nihil est innocencius eo qui in virtute perfectus est. Hec Augustinus.

Christ teaches us to be willing to suffer yet more from those who have injured us.

Videtur istum sanctum in lege gracie mandare in nomine salvatoris Christi discipulis non exigere penam talionis, ut fuit in lege veteri (ut patet Exodi XXI) nec reddere minus malum pro maiori malo quod videtur in parte inclinare ad misericordiam, ut omnino malum inferre pro malo illato, quod videtur esse propinquius misericordi iusticie; sed videtur ipsum sentire Christum precipere quod homo paret se ad maiorem iniuriam paciendum, cum fuerit iniuriatus ab alio, et istud videtur sonare in opus summe misericordie hic precepte a Domino.

Et patet quante viatores moderni declinant in hoc a mandato Domini qui parati sunt sine percepta iniuria in fratres suos irruere, nec solum contentantur in 374[d] legali vindicta capta humanitus sed qui | escentes in odio inimici expectant tempus in quo viderint quod poterunt plus nocere. Nec valet fingere quod hoc sit solum perfectis consilium et non quibuslibet christianis preceptum ad beatitudinem necessario requisitum, quia consilium tanti Domini debet accipi a cunctis suis filiis ut preceptum, cum terreni domini mandantes suis

Christ's counsels are commands.

2. B: *fuerat.* 11. A: *eorum.* 20. A in marg.: *Johannes.* 23. A: *recedere.* 31. A: *ut animo.* 32. A: *recepta.* 39, 40. A: *debet — domini* deest

Digitized by Google

subditis non solum sub forma precepti sive consilii sed innuentes tacite quod hec vellent fieri requirunt tacite hec impleri; quanto magis hoc requiritur a domino dominorum, specialiter cum non potest nisi ad iustum et utile complenti consulere; ideo indubie qui relinquit despiciendo tanti patroni consilium incurrit prevaricacionem in Dei preceptum et ingratissime ac stultissime offensam in istam dominum et patronum. O si religiosi nostri timerent patronos suos licet iniustum pecierint non meritorium sed nocuum resistendo offendere, quanto magis christianus timeret in consilio condicionis opposite offendere dominum Jesum Christum. Nemo enim potest se excusare quin posset faciliter implere hoc Christi consilium, cum consistit non in difficili agencia sed in humili paciencia quod quilibet qui habet bonum animum posset perficere.

The clergy do not follow Christ's teaching.

Unde Christus in sua passione docebat plane consilium istud in opere et martyres Christi ex eius doctrina istud consilium sepius practizabant. Que ergo excusacio in peccatis quod nos ad magnam pacis perturbacionem istud consilium Domini non servamus. Indubie videtur quod nos manifestos prevaricatores legis Domini ostentamus. Si ergo sub pena dampnacionis debemus legi Dei nostro adversario dum sumus in via cicius consentire, quanto magis debemus addiscere hanc doctrinam non malum vel maledictum, ut Petrus precipit, inimico nostro rependere. Et istam doctrinam parvipendunt clerici a summo pontifice usque ad infimum sacerdotem; et cum illi debent esse exemplaria in isto populo laicali, non mirum si in ecclesia sint pax et tranquillitas perturbate. Non enim sonat in hoc Christi consilium quod papa concedat immensas indulgencias ad inimicum suum et gentes neutras per sacerdotes atrociter persequendum. Ideo qui percipit distanciam inter hoc factum et istud Christi consilium posset dolere de hoc facinore iam regnante et percipere quod in diebus istis novissimus sacerdotes illi qui debent propinquissime sequi Christum sunt a suis preceptis atque consiliis maxime elongati.

Unde fratres qui tacent dolere in hoc facinore sed omnino qui procurant officiose istud implere ostendunt

1. A: *formam.* 5. B: *non indubie.* 21. A: *Domini* twice. 40. A: *et isto facinore.*

Digitized by Google

se esse manifestos discipulos Antichristi, et declinacio ab ista lege Christi est causa malicie iam regnantis et quare iam non sunt Christi martyres sicut olim; nec audet quis dicere episcopis vel prelatis pro amore Christi istud delictum maximum. Et ex istis colligitur quod innocens qui patitur iniuriam humiliter et donat iniurianti equanimiter longe plus donat quam si reus rependerit vindictam iniurianti, quia maius peccatum est in talem delinquere et per consequens talis remittens iniuriam remittit peccatum gravius, quod est donacio magis grata. Ideo delectantes in maioritate sui meriti debent istud recolere et de maioritate sue iniurie et voluntaria eius remissione in specie retribucionis Domini delectari. Desperacio igitur et infidelitas sunt in causa quare istud Christi consilium et alia sibi similia non sunt hodie practizata.

Duty of forgiving injury.

CAP. LIII.

Augustinus autem exequitur textum evangelii modo lectum: *Queri*, inquit, *potest quid sibi velit maxilla dextra. Sic enim in exemplaribus Grecis quibus maior fides habenda est invenitur: nam multa Latina maxillam tantum habent, non eciam dexteram. Facies autem est qua quisque cognoscitur; et legimus apud Apostolum: Toleratis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis extollitur, si quis accipit, si quis in faciem cedit vos; deinde continuo subdit: Secundum ignobilitatem dico, ut exponat quid sit in faciem cedi, hoc est, contempni atque despici. Quod quidem non ideo dicit Apostolus, ut illos non sustinerent sed ut se magis, qui eos sic diligeret, ut se ipsum pro eis vellet impendi. Sed quoniam facies non potest dici dextera et sinistra, et tamen nobilitas et secundum Deum et secundum hoc seculum potest esse, ita tribuitur tamquam in maxillam dexteram et sinistram, ut in quocunque discipulo Jesu domini nostri contemptum fuerit quod christianus est, multo magis in se contempni paratus sit, si quis huius seculi honores habet. Sicut idem apostolus, cum in eo homines persequerentur nomen christianum, si taceret*

Augustine's further comment: Smiting on the right cheek is reproach for being a Christian; on the left cheek personal reproach.

2. B: *causa milicie.* 3. B: *Christi* deest. 5. A: *maximum* deest; B in marg.: addit. 10 A: *amacio* 18. A in marg.: *Augustino* 24. A: *vos — extollitur* deest. 29. *ut se;* sic et in textu S. Augustini, l. c. legimus.

18. De sermone Domini in monte, l. c. p. 191. 23. II. Cor. XI, 20.

Digitized by Google

de dignitate quam habebat in seculo, non prebuerat alteram maxillam cedentibus dexteram. Non enim dicendo, civis Romanus sum, non erat paratus hoc in se contempni quod pro minimo habebat ab eis | qui in illo nomen tam 375a
preciosum et salutare contempserant. Numquid enim ideo 5
minus postea vincula toleravit que civibus Romanis non licebat imponi aut quemquam de hac iniuria voluit accusare? Sed si qui ei propter civitatis Romane nomen pepercerunt, non tantum ideo ille non prebuit quod ferirent, cum eos a tanta perversitate corrigere cuperet paciencia sua, 10
quos videbat in se sinistras partes magis honorare quam dexteras. Illud est enim tantum attendendum quo animo omnia faceret quam benevolo et clementi in eos a quibus ista paciebatur. Nam et pontificis iussu palma percussus, quod contumeliose visus est dicere, cum ait: Percuciet te 15
Dominus, paries dealbate, minus intelligentibus convicium sonat, intelligentibus vero prophecia est. Paries quippe dealbatus hypocrisis est, id est, simulacio sacerdotalem preferens dignitatem, et sub hoc nomine tamquam candido tegmine interiorem quasi luteam turpitudinem occultans. 20
Nam quod humilitatis fuit, mirabiliter custodivit, cum ei diceretur: Principi sacerdotum maledicis? respondit: Nescivi fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices. Ubi ostendit quanta tranquillitate illud dixisset quod iratus dixisse 25
videbatur, quod tam cito, tam mansuete respondit, quod ab indignantibus et perturbatis fieri non potest. Et in eo ipso intelligentibus verum dixit: Nescivi quia princeps est sacerdotum, tamquam si diceret: Ego alium scivi principem sacerdotum, pro cuius nomine illa sustineo, cui maledicere 30
fas non est et cui vos maledicitis, cum in me nihil aliud quam nomen eius odistis. Sic ergo oportet non simulate ista insultare, sed in ipso corde esse ad omnia preparatum, ut possit canere illud propheticum: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Multi enim prebere 35
alteram maxillam noverunt, diligere vero illum a quo feriuntur ignorant. At vero ipse Dominus, qui utique precepta que docuit prius implevit percucienti se in maxillam

3. A: *Romanus sive.* 8. A: *et si;* ib. A: *Rome.* 13. A: *benevole.* 14. A: *nam in.* 16, 17. A: *convicium — vero* deest. 20. B: *occultans* deest. 21. A: *Non quod.* 29. Codd.: *tamquam si* deest. Addidi. 33. A: *iactare.* 36. A: *alteram* twice; *prebere* deest. 37. A: *ignoratur.*

3. Act. XXII, 26. 22. Act. XXIII, 3. 24. Exod. XXII, 18. 34. Psalm. LVI, 8.

Digitized by Google

ministerio sacerdotis non prebuit alteram, sed insuper dixit: Si male locutus sum, exprobra de malo, si bene, quid me cedis? Non tamen ideo paratus corde non fuit, non solum in alteram maxillam cedi pro salute hominum, 5 *sed eciam toto corpore crucifigi, ut iam patet.* Hec Augustinus.

We must submit to worldly hurt rather than to spiritual.

Et videtur istum sanctum intendere hic et alibi multis locis quod hec doctrina Christi hic precepta et congrue executa sufficit cuicunque vianti ad beatitudinem ad- 10 quirendam: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe illi et alteram,* cum nemo offendit in Deum sive maior fuerit sive minor, nisi prevaricatus fuerit in istud consilium vel mandatum. Consilium enim tanti domini est mandatum. Videtur autem Augustinus intelligere 15 per maxillam dextram et sinistram aspectum interioris hominis ad bona spiritualia pociora et aspectum eius ad bona temporalia vel alia minus bona; ac si Christus vellet intendere si quis leserit vel auferre intenderit affectum vel aspectum tuum in rebus spiritualibus magis 20 bonis, quod est dextra maxilla, cede ei dando temporalia vel alia minus bona spiritualia quod est sinistra maxilla, ut bona pociora in maxilla dextra sint salvata. Et in ista doctrina offendimus nimis communiter, quia plus affectamus honores mundanos vel copiam tempo- 25 ralium quam honorem Dei et bona patrie; discurrat prudens per operaciones tam statuum quam persone, et videbit quod in isto offendimus nimis crebro, et si quando percussi sumus in maxilla sinistra, contra Christi doctrinam maxillam dextram offerrimus, quia parvi- 30 pendimus bona anime pociora et plus diligimus temporalia minus bona. Contrarium autem fecerunt Christus et suus apostolus. Nam quando Christus percussus fuit Joh. XVIII, 23 a ministro pontificis dante sibi alapam, non obtulit maxillam sinistram ad literam sed contemp- 35 nendo honores mundanos ac tranquillitatem sui corporis dixit illi ministro et populo veritatem et sic mistice ei maxillam aliam presentavit. *Si,* inquit, *male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, quid me cedis?* Per hoc autem quod Christus hic non tacuit

14. A: *autem* deest. 16. A: *bona spiritualia ac;* B: *spiritualia* extinxit. 22, 23. A: *ut in ista.* 27, 28. A: *et sic quando;* B: correxit.

2. Joh. XVIII, 23. 37. ib.

Digitized by Google

sed veritatem docuit et culpam servi pontificis reprobavit, exponit mistice maxillam sinistram, ostendens se paratum ad amplius pro iusticia in corpore paciendum. Et isto modo videtur Augustinus solvere verba Pauli Act. XXXII reprobati ex hoc quod tam acute locutus fuit ad summum pontificem, quando in maxilla (esto quod in dextera) est percussus: *Percuciet te*, inquit, *Dominus, paries dealbate*, vocando illum pontificem secundum racionem qua fuit ypocrita parietem dealbatum. Et Paulus in hoc miscet doctrinam propheticam salu | tarem quomodo Dominus eum fuerat percussurus. 375b *Percuciet*, inquit, *te Dominus*, et ostendit maxillam sinistram, cum propter bonum doctrine veritatis obtulit se ad amplius paciendum. Et sic fecit, quando appellavit cesarem Romanum, quando pro Christi nomine fuerat persecutus. Semper enim bona pociora sunt salvanda per bona temporalia vel alia spiritualia minus bona. Nec reputo (sicut Augustinus non reputat) quod Paulus mentitus est, quando dixit consequenter: *nescivi quod princeps sacerdotum fuit*, quod quidam (ut Augustinus innuit) sic intelligunt: ipse fuit dampnandus ypocrita, non sacerdos, et per consequens non fuit princeps sacerdotum, sicut multi moderni, licet habeant illud nomen.

If we cared most for spiritual things we should not go to law about benefices.

Unde videtur Augustino quod tam sanctus et discretus, sicut hic fuerat sanctus Paulus, non hec dixit mendaciter vel eciam deridendo, sed exemplum possunt fideles sequentes capere ad plene conformiter respondendum. Quando ergo in nobis bona spiritualia sunt concussa, offeramus prudenter pro salvacione eorum bona temporalia vel alia minus bona; et utinam placitantes in curia Romana vel terra propria pro beneficio ecclesiastico vel alio temporali hoc bene cognoscerent; tunc autem evidencius pro dignitate mundana vel temporali commodo non pugnarent. Et ita (si non fallor) maior pars peccatorum viancium ex hoc committitur quod non servant debite hoc preceptum: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, prebe illi et alteram*, quia ut sepe dictum est: Minima pars doctrine Christi et specialiter

1. A: *servi;* A: *secundum.* 20, 21. A: *sacerdotum fuit quod ut Augustinus innuit, ipse fuit dampnandus.* 25. Codd.: *Augustinus.* 31 A: *ut utinam.* 33, 34. A: *hoc — temporali* deest. 38. A: *ut* deest.

7. Act. XXIII, 3. 12. ib. 19. Act. XXIII, 5.

Digitized by Google

de sermone suo in monte foret sufficiens ad totam militantem ecclesiam regulandum, et more aromatum de quanto plus teritur per exposicionem aut studium de tanto plus fidelibus habentibus graciam redolescit; et ad hunc sensum prodest sentencia Avicenne VI naturalium ponentis quod anima habet duas facies et per consequens duas maxillas, unam ad celestia et alteram aliam ad terrestria cognoscenda.

CAP. LIV.

Augustine: Coat and cloak represent worldly possessions.

Augustinus autem sub ista forma exequitur textum lectum: *Igitur*, inquit, *illud quod sequitur: Et qui voluerit tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte illi et vestimentum, ad cordis preparacionem, non ad ostentacionem operis preceptum, recte intelligitur. Sed de tunica et vestimento, quod dictum est non in eis solis, sed in omnibus faciendum est, que aliquo iure temporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessariis hoc imperatum est, quanto magis superflua contempnere convenit. Verumptamen ea que nostra dixi, eo genere includenda sunt, quo Dominus ipse prescribit, dicens: Si quis tecum vult iudicio contendere et tunicam tuam tollere. Omnia igitur illa intelligantur de quibus iudicio nobiscum contendi potest, ita ut nostro iure in ius transeant illius, qui contendit vel pro quo contenditur: sicut est vestis, domus, fundus, iumentum et generaliter omnis pecunia. Quod utrum eciam de servis accipiendum sit magna questio est. Non enim christianum oportet sic possidere servum quomodo equum aut argentum: quamquam fieri possit, ut maiore precio valeat equus quam servus et multo magis aliquid aureum vel argenteum. Sed ille servus, si reccius et honestius et ad Deum colendum accommodacius abs te domino educatur et regitur quam ab illo potest qui cupit auferre, nescio utrum quisque dicere audeat ut vestimentum eum debere contempni. Hominem namque homo tamquam se ipsum diligere debet, cui ab omnium Domino, sicut ea que sequuntur ostendunt, eciam ut inimicos diligat imperatur.*

12. B: *in iudicio.* 20. A: *ipse* deest. 22. B: *in iudicio.* 23. A: *in ius illud transeant.* 26. B: *est* deest. 36, 37. A: *diligat nuncupatur.*

10. De sermone Domini in monte, l. c. p. 192. 11. Matth. V, 40.

Digitized by Google

Sane animadvertendum est omnem tunicam vestimentum esse, non omne vestimentum tunicam esse. Vestimenti igitur nomen plura significat quam nomen tunice. Et ideo sicut dictum est arbitror: Ut qui voluerit tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte 5 *illi et vestimentum, tamquam si diceret: Qui voluerit tunicam tuam tollere remitte illi et si quid aliud habes indumenti. Ideo nonnulli pallium interpretati sunt quod Grece positum est exavation.*

Et qui te angariaverit, inquit, mille passus, vade cum 10 *illo alia duo. Et hoc utique non tam ut pedibus agas, quam ut animo sis paratus. Nam in ipsa historia christiana in qua est auctoritas, nihil tale invenies esse factum a sanctis vel ab ipso Domino, cum in homine quem suscipere dignatus est vivendi nobis prebet exemplum, cum tamen* 15 *omnibus fere locis eos invenias paratos fuisse equo animo tollerare, quidquid eis improbe fuisset ingestum. Sed verbi gracia dictum putemus: Vade cum eo alia duo? An tria compleri voluerit, quo numero signatur perfeccio, ut meminerit quisque, cum hoc facit, perfectam se implere* 20 *iusticiam, misericorditer perferendo infirmitates eorum quos vult sanos fieri? Potest videri propterea eciam tribus exemplis hec precepta insinuasse, quorum primum est, si quis te percusserit in dextram maxillam, secundum est, si quis tunicam tollere voluerit, tercium, si quis te angaria-* 25 *verit mille | passus, in quo tercio exemplo simplo duplum* 375c *additur, ut triplum compleatur. Qui numerus hoc loco si non (ut dictum est) significat perfeccionem, illud accipiatur quod in precipiendo tamquam tolerabilius incipiens paulatim creverit, donec perveniret usque ad* 30 *duplum aliud perferendum. Nam primo preberi voluit alteram maxillam, cum fuerit altera, id est dextra, percussa, ut minus perferre paratus sis quam pertulisti. Quidquid enim dextera significat et carius est utique quam id quod sinistra significat et qui in re cariore* 35 *aliquid pertulit, si et in viliore perferat, minus est. Deinde illi qui tunicam vult tollere, iubet et vestimentum remitti, quod autem tantumdem est, aut non multo amplius non*

5. A: *tecum – contendere et* deest; B: *in iudicio;* ib. B: *tuam* deest. 6. B: *ei et.* 9. A: *exuanon*; recte: *imation.* 12. B: *ipsa* deest. 17. B: *fuerat.* 21, 22. A: *eos quos.* 23. *quo;* A: *quorum.*

10. Matth. V, 41.

Digitized by Google

tamen duplum. Tercio de mille passibus quibus addendo dicit duo millia usque ad duplum aliud iubet, ut perferas ita signans sive aliquanto minus quam iam fuit, sive tantumdem, sive amplius quisque improbus in te esse voluerit equo animo et gaudente esse tolerandum.

In hiis sane generibus trium exemplorum nullum genus iniurie premissum esse video. Omnia enim in quibus improbitatem aliquam patimur in duo genera dividuntur, quorum alterum est quod restitui non potest, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui non potest vindicte solacium sed falsum queri solet. Quid enim prodest quod percussus repercutis? Numquid propterea illud quod in corpore lesum est restituitur per pungnum tuum in integrum? Sed tumidus animus et vecors talia fomenta desiderat: sanum autem firmumque ista non iuvant, quia pocius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat quam alieno supplicio suam mitigandam que nulla est.

Uselessness of revenge.

Neque enim hic ea vindicta prohibetur, que ad correpcionem valet, eciam ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo quem correptum esse vult plura perferre. Sed huic vindicte referende idoneus non est nisi qui odium quo solent flagrare qui se desiderant vindicare dileccionis superaverit magnitudine. Non enim metuendum est ne odisse parvulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans, ne ulterius peccet. Et certe perfeccio dileccionis illius Dei patris imitacione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro eis qui vos persequuntur. Et tamen de ipso dicitur per prophetam: Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filium quem recipit. Dicit eciam Dominus: Servus qui nescit voluntatem domini sui et facit digna plagis vapulabit pauca. Servus autem qui scit voluntatem domini sui et facit digna plagis vapulabit multa. Non igitur queritur, nisi ut ille vindicet cui rerum ordine potestas data est,

Yet it is lawful to punish for the good of the offender.

1. *Tercio;* A: *Certo.* 2. A: *proferas.* 9, 10. B: *alterum quod potest — non potest* deest. 10. A: *Sed in illo — non potest* deest. 12. A: *repercutis* deest. 15. A: *autem firmumque ista non iuvatur.* 21. A: *quoad quisque.* 23. A: *idoneus* deest. 26. A: *odiose.* 34, 35. B: *vapulabit paucis.* 35, 36. A: *paucis — Non igitur* deest. 36. B: *multis.*

29. Matth. V, 44. 32. Prov. III, 22. 33. Lucae XII, 47.

Digitized by Google

et ea voluntate vindicet, qua pater in filium parvulum quem per etatem odisse nondum potest. Hinc enim aptissimum exemplum datur quo satis appareat posse peccatum amore pocius vindicari quam impunitum relinqui, ut illum in quem vindicat non pena miserum sed correpcione velit beatum, paratus tamen, si opus sit, equo animo plura tolerare ab illo illata quem vult esse correctum, sive in eum habeat potestatem coercendi sive non habeat. Hec Augustinus.

Christ's law a completion of the old law.

Videtur autem istum sanctum ex hiis verbis Christi concipere quod hec lex gracie data in monte non sit contraria legi veteri sed melior et complecior quia misericordior; quod declarat specialiter de pena talionis quam in misericordia christianus debet superaddere, cum ille qui facit misericordius facit iustius. Declarat autem hoc Christus in exemplo triplici: primo magis manifesta vindicta capitur, ubi christianus ut dextra maxilla percutitur, in cuius remedium Christus precipit ad sensum expositum quod prebeat sinistram. Secundo coloracius est fidelis in anima persecutus, dum preteniditur secundum leges humanas esse iusticiam executam, sed quia mentis tranquillitas est melior quam talis contencio, ideo docet Christus bona fortune relinquere et non sic in iudicio seculari contendere, et maius inconveniens quod sequeretur ex hac Christi sentencia foret quod fideles essent exonerati perdentes superflua, que dum gratis desererent implerent meritorie hoc mandatum Domini consultivum.

It would be well if there were no civil law.

Ex isto cum veris quidam eliciunt quod bonum esset non esse in ecclesia legem civilem, cum fidelis non debet contendere sed pati iniurias in temporalibus sibi factas.

And still better if there were no papal law as to benefices.

Ex quibus cum generalitate huius consilii plane videtur quod leges civiles non directe proficiunt, ymmo nocent, et multo magis leges papales contenciose circa beneficia curatorum. Et patet quam graviter peccant presbyteri qui discunt has leges, dimissa lege Domini, et longe gravius qui contendunt secundum has leges sive secundum tradiciones imperiales sive papales, cum propter tales maledictas contenciones hoc consilium Domini sit sopitum.

16. Codd.: *primo ubi;* A in marg.: *1.* 19. A in marg.: *2.*
27. A: *deserunt;* B: *deserent.*

Digitized by Google

Quoad tercium patet quomodo magis ypocrite multi paciuntur iniurias, dum sunt secundum inimicicias aut
375d parvas vindictas angariati, sed sicut | in prioribus Christus docet remedium, sic in isto quod christianus sit in
5 duplo paracior ad tales angarias sufferendum quam persecutor est ad tales paratus latentes iniurias inferendum. Nam ex practica satis patet quod Antichristi discipulus persequens christianos plus angustiatur quam Christi discipulus servata paciencia cum aliis virtutibus
10 persecutus. Quantum ad servos quorum tractatum Augustinus relinquit sub dubio, patet in quodam tractatu de ista sentencia quid videtur catholice sustinendum.

CAP. LV.

Augustine: Holy men have inflicted the punishment of death.

Hunc autem textum evangelicum iam lectum Augu-
15 stinus adhuc prosequitur in hec verba: *Magni autem et sancti viri qui iam optime scirent mortem istam que animam dissolvit a corpore non esse formidandam, secundum eorum tamen animum qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quod et viventibus utilis metus*
20 *incuteretur et illis qui morte puniebantur non ipsa mors noceret sed peccatum, quod augeri posset, si viverent. Non enim temere illi iudicaverant quibus tale iudicium donaverat Deus. Inde est quod Helias multos morte affecit et propria manu et igne divinitus impetrato, et tum multi*
25 *alii magni et divini viri eodem spiritu rebus consulendi humanis non temere fecerunt. De quo Elia cum exemplum dedissent discipuli, domino commemorantes quid ab eo factum sit, ut eciam ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum eos qui sibi hospicium*
30 *non preberent, reprehendit in eis Dominus non exemplum sancti prophete, sed ignoranciam vindicandi, que adhuc erat in rudibus, animadvertens eos non amore correccionem sed odio desiderare vindictam. Itaque posteaquam eos docuit quod esset diligere proximum tamquam se*
35 *ipsum infuso eciam Spiritu Sancto quem decem diebus completis post ascensionem suam desuper ut eis promiserat*

14, 15. A in marg.: *Augustinus.* 19. B: *punirent.* 21. A: *Augustinus posset.* 24. Augustinus: *quod et alii multi.* 25. A: *et magni.* 26. A: *cum* deest. 28. B: *eciam et ipsis.* 31. A: *ignoranciam Dei.* 36. A: *et eis.*

15. De sermone Domini in monte, l. c. p. 193. 23. III. Reg. 18, 40; IV. Reg. 1, 10. 26. Lucae IX, 54. 34. Act. II, 2.

Digitized by Google

misit non defuerunt tales vindicte quamvis multo rarius quam in veteri testamento. Ibi enim ex maiore parte servientes timore premebantur, non amore levabantur, hic autem maxime dileccione liberi nutriebantur. Nam et verbis beati apostoli Petri Ananias et uxor eius sicut legimus exanimes ceciderunt nec resuscitati sunt sed sepulti.

Examples: St. Peter,

Et si huic libro heretici qui adversantur veteri testamento nolunt credere, Paulum apostolum quem nobiscum legunt intueantur dicentem de quodam peccatore quem tradidit satane in interitum carnis, ut anima sit salva. Et si nolunt intelligere hic mortem (forte enim incertum est) quamlibet vindictam per satanam factam ab apostolo fateantur quod non eum odio sed amore fecisse manifestat illud adiectum ut anima sit salva. Aut in libris illis quibus ipsi magnam tribuunt auctoritatem, animadvertant quod dicimus, ubi scriptum est apostolum Thomam imprecatum cuidam a quo palma percussus esset atrocissime mortis supplicium, animam tamen eius commendat ut in futuro seculo ei parceretur, cuius a leone occisi a cetero corpore discerptam manum canis intulit mensis in quibus convivabatur Apostolus. Cui scripture licet nobis non credere; non est enim in catholico canone: illi tamen eam et legunt et tamquam incorruptissimam verissimamque honorant qui adversus corporales vindictas que sunt in veteri testamento nescio qua cecitate acerrime seviunt, quo animo et qua distribucione temporum facte sunt omnino nescientes.

St. Paul, St. Thomas.

Different classes of injuries.

Tenebitur igitur in hoc iniuriarum genere quod per vindictam luitur iste modus christianus, ut accepta iniuria non surgat in odium sed infirmitatis misericordia paratus sit animus plura perpeti; nec correpcionem negligat qua vel consilio vel auctoritate vel potestate uti potest.

Aliud vero iniuriarum genus est quod integrum potest restitui, cuius due species una ad pecuniam, altera ad opera pertinet. Quapropter illius de tunica et vestimento, huius de angaria mille passuum et duum millium exempla sunt subiecta, quia et reddi vestimentum potest, et quem adiuveris opere potest te eciam ipse si opus fuerit adiu-

8. A: *Sed si.* 15. B: *illud abiectum.* 18. A: *percussit.* 21. B: *carnis.* 22. A in marg.: *Nota.* 23. B: *eam legunt.* 30. A: *surgeret.* 31. A: *correccionem.* 33. A in marg.: *2.* 35. A: *operam.*

5. Act. II, 2. 9. I. Cor. V, 5.

Digitized by Google

vare. Nisi forte ita pocius distinguendum est, ut prius quod positum est de maxilla percussa, omnia significet que sic ingeruntur ab improbis ut restitui non possint nisi vindicta: secundum quod positum est de vestimento omnia significet que possunt restitui sine vindicta. Et ideo forte additum est: Qui voluerit tecum in iudicio contendere, quia quod per iudicium aufertur, non ea vi putatur auferri cui vindicta debeatur.

Tercium vero ex utroque confectum sit, ut et sine vindicta et cum vindicta possit restitui. Namque operam indebitam violenter exigere sine ullo iudicio sicut facit qui angariat hominem improbe et cogit se illicite adiuvari ab inimico et penam improbitatis potest luere et operam reddere, si hanc ille repetat qui improbum pertulit. In his igitur omnibus generibus iniuriarum Dominus docet pacientissimum et misericordissimum et ad plura perferenda
376* *paratis | simum animum christiani esse oportere.*

All of them must be borne patiently.

Sed quoniam parum est non nocere nisi eciam prestes beneficium indigenti adversario tuo quantum potes, consequenter adiungit et dicit: Omni petenti, inquit, te da et qui voluerit a te mutuari, ne aversatus fueris. Omni petenti, inquit, non omnia petenti: ut videlicet id des quod dare honeste et iuste potes. Quid enim si pecuniam petat, qua innocentem conetur opprimere? Quid si postremo stuprum petat? Sed ne multa prosequar que sunt innumerabilia, id profecto dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, quantum sciri aut credi ab homine potest. Et enim iuste negaveris quod petit, iudicanda est ipsa iusticia, ut non eum inanem dimittas. Ita omni petenti te dabis, quamvis non semper id quod petis dabis et aliquando melius aliquid dabis, cum petentem iniusta correxeris.

Quod autem ait: Qui voluerit a te mutuari ne aversatus fueris, ad animum referendum est. Hilarem enim datorem diligit Deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, eciamsi non ipsi soluturus est; cum enim misericordibus Deus plura restituat, omnis qui beneficium prestat feneratur.

Aut si non placet accipere mutuantem nisi eum qui accipit, redditurus intelligendum est Dominum ipsa duo genera prestandi esse complexum. Namque aut donamus

9. A in marg.: *3.* 11. A: *sed facit.* 12. B: *adiurari.* 13. A: *ab inicio.* 14. A: *ille repetat.* 34. B: *Deus* deest.

20. Matth. V, 42. 34. II. Cor. IX, 7.

Digitized by Google

quod benevole damus aut reddituro commodamus. Et plerumque homines qui divino proposito premio donare parati sunt ad dandum quod mutuum petitur pigri fiunt, quasi nihil recepturi a Domino, cum rem que datur ille qui accipit exsolvat. Recte itaque ad hoc beneficii tribuendi genus nos divina hortatur auctoritas dicens: Et qui voluerit a te mutuari ne aversatus fueris, id est, ne propterea voluntatem alienes ab eo qui petit, quia et pecunia tua vacabit et Deus tibi non redditurus est, cum homo reddiderit, sed cum id ex precepto Dei facis apud illum qui et hoc iubet, infructuosum esse non potest. Hec Augustinus.

Videtur hunc sanctum docere ex hoc evangelio quod in omni communicacione christiani cum homine misericorditer est agendum, saltem bonum anime in animo intendendo, ideo culpandi sunt qui zelo vindicte et non intencione misericordie puniunt peccatores, quia hoc in veteri testamento non licuit. Et ita est opus misericordie occidere homines iusta intencione, ut in lege veteri legitur de Helia et multis aliis, et in lege gracie, licet rarius, de Petro et forte de aliis, quia per talem mortem periculum peccati evaserant in quod aliter incidissent vel aliter continuantes vitam suam gravius peccavissent vel plus ecclesie nocuissent, ideo penitencie et racioni consonum interpretari quamlibet talem mortem ad bonum, cum non est possibile quemquam mori nisi Deus illam mortem inflixerit.

We must not execute vengeance unless we are sure that it is God's will.

Unde facta in lege veteri et lege gracie non sunt stulte trahenda in consequenciam, nisi habita completa similitudine et Deo specialiter ad agendum taliter instigante. Et hinc reprobavit Christus apostolos petentes vindictam ex similitudine Helie in lege veteri vindicantis; postquam enim regnavit Christi humilitas est pocius misericordie intendendum in tantum quod non licet penam vel mortem expetere nisi intencione misericordie quoad mentem.

CAP. LVI.

Injuries for which restitution cannot be made;

Alie autem sunt note de exposicione huius sancti a fidelibus excerpende, ut quod aliud est genus iniurie ad quam non est possibilis restitucio corporalis, ut

4. A: *illi.* 9. A: *vocabit.* 10. B: *et cum id.* 13. A in marg.: *Johannes.* 15. B: *in animis.* 17, 18. A: *quia — licuit* deest; B in marg. addit.

Digitized by Google

patet de spiritualiter percuciente animam, ut faciunt peccatores ad consensum peccati proximos incitantes; et de illo locutus est Christus, quando docuit maxillam alteram reddi taliter ferienti. Si autem iniuria sit resti-
5 tuibilis, hoc contingit dupliciter, scilicet pecunia vel labore; pecunia quando temporalia sunt ablata et secundum equivalenciam restituenda; et hoc intellexit Christus in secundo suo exemplo, quando dixit: *Si quis aufert a te tunicam, da ei et pallium,* non negando quin liceat
10 pie restituenti quod iniuste detulerat recipiendo condescendere sed quod propter talem iniuriam non debes in peccatum vindicte irruere vel voluntate vel opere proximi odiendo. Quandoque autem contingit restitucionem iniurie esse per laborem equivalentem pecunie,
15 sicut Christus exemplificavit in tercia similitudine: *Si quis,* inquit, *te angariaverit mille passus, vade cum eo duplum,* hoc est, habeas bonum animum longe amplius paciendi et sic verba evangelii sunt plena subtili et salubri sentencia.

Others for which it can.

20 Sed omnino notandum est quod Christus in fine precipit quomodo quilibet daret petenti cuilibet ut iusticia et misericordia quoad salutem anime te instigant; unde quandoque est opus misericordie dare elemosinam corporalem et communis foret elemosina dare doctrinam
25 correpcionis et prudentem reprobacionem, ut quando mendicus validus aut avidus importune petit corporalem elemosinam, ubi foret anime sue utilius hoc cavere. Unde quia difficile est multis in casu isto iuste decernere, ideo securius est spirituali operi misericordie
30 prudenter intendere; et eodem modo intelligendum est de mutuacione, innitendo isti sentencie tamquam principio, quod impossibile est Christo quicquam precipere
376b vel consulere nisi illud | sonet in iusticiam et opus meritorium faciendi. Et hinc sollerti studio videndum
35 est in hiis verbis que fuit intencio Salvatoris non presumendo, sicut nec Augustinus presumpsit imponere verbis Christi sentenciam nisi glossator de sensu imposito sit securus, ut puta, quod sensus sonet in caritatem conformiter ad scripturam, ut legem veterem dicunt catholici

Mercy does not forbid discretion in giving.

7. A: *intellexit.* 9. B: *licet.* 17. A: *bonum ar*^{m}. 20. A in marg.: *Nota;* B in marg.: *Petenti retribue.*

8. Matth. V, 40. 15. ib. 41.

Digitized by Google

esse legem timoris servilis ad fidem expectandam distancius incitantem, sed lex gracie est lex caritatis volutivam potenciam sub obtentu propinquioris premii excitantis.

Et ex omnibus istis potest fidelis perpendere quomodo a tempore conversacionis Christi defectu fidei a suis monitis sumus lapsi. Si enim essemus tam firmi in fide et spe, sicut erant apostoli, viveremus in caritate vitam consimilem; sed spes nostra dispersa in temporalibus ad que nimis attendimus vel extinguit vel diminuit has virtutes; in cuius signum vivens vitam propinquam apostolice censeretur hodie a communitate hominum stolidus et delirus. Et hec racio quare fideles tantum notant Latinos doctores inter quos fuerat Augustinus precipuus et doctores Grecos inter quos florebat Crisostomus.

Chrysostom: How Christ's law involves and goes beyond the old law.

Unde Crisostomus ubi supra sic sentenciat istum textum: *Quintum,* inquit, *mandatum minimum quantum ad homines crudeles qui peccare se non arbitrantur et si reddiderint mala pro malis non considerantes que dicuntur in Psalmo: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Quecunque enim denumerat merito se pati debere si reddiderit retribuentibus sibi mala, sciant christiani omnia illa merito se esse passuros, si reddiderint retribuentibus sibi mala. Nam et si casuri sunt ab inimicis suis inanes et persecuturus est inimicus animas eorum et comprehensurus et conculcaturus in terra vitam eorum et gloriam eorum in pulverem deducturus, tamen sine hoc minimo mandato legis mandatum non potest stare, quoniam lex precipiens oculum pro oculo, dentem pro dente tale habet propositum, ut unusquisque dum timet de suo membro parcat alterius membro et nemo malus inveniatur. Sed quia ve mundo ab scandalis, quamdiu enim vivimus in hoc mundo cui diabolus principatur, necesse est abundare maledicentes, percucientes et persequentes. Si igitur incipimus secundum legis mandatum omnibus reddere malum pro malis, omnes efficimur mali et solutum est propositum legis. Et dum voluit eciam malos facere bonos eciam bonos fecit malos. Si autem*

8. A: *et specie.* 17. A in marg.: *Crisostomus.* 19. A: *si non.* 24, 25. A: *Sciant — mala* deest. 35, 36. B: *percucientes.* 38. B: *eciam* deest.

16. Op. Imp., l. c. p. 801. 21. Psalm. VII, 5.

Digitized by Google

secundum Christi mandatum non resistitur malo, etsi mali non leniuntur, tamen boni permanebunt boni, et sic per mandatum Christi eciam impletur legis mandatum. Nam qui mandatum legis implet, non simul implet et Christi; qui autem Christi, simul implet et legis, ut puta, qui percutit contra legem agit, qui autem repercutit secundum legem facit, non autem secundum Christi mandatum. Qui autem secundum mandatum Christi neque percussus repercutit, tacite et legis voluntatem implevit. Nam cum percussus non repercusserit, multo magis nec ab inicio percussisset, quia venit Christus non solvere legem sed adimplere.

Sed dicis dignus est ille repercuti qui contra legem percussit. Eciam; sed tu non es dignus repercutere, quia illius discipulus es qui maledictus non remaledixit, percussus non repercussit, crucifixus pro crucifigentibus se oravit. Si percusseris, igitur primum denegasti te Christi discipulum esse non verbis sed factis, denique si eieceris oculum pro oculo tuo et fregeris dentem pro dente, numquid pro hoc restituitur membrum tuum in loco proprio? Si ergo non reddideris malum pro malo, et si membrum corporis perdidisti, lucrum paciencie adquisisti; si autem reddideris corporis dampnum, passus es et salutis.

To refrain from vengeance is a victory over the devil.

Sed si quis percusserit te in unam maxillam, prebe ei et alteram. Non enim diabolus tantum de vulnere humani corporis gaudet, sed in vulnere anime delectatur. Ideo enim excitat aliquem qui te percuciat ut dum tu excitatus repercutis eum pecces et uno ictu vulneret ambos. Scit enim quia vulnus corporis cito sanatur, vulnus autem anime in quibusdam vix cum labore, in quibusdam autem nunquam sanatur. Ideoque si percusseris eum, in prima quidem facie illum vicisse videris. Revera autem a diabolo victus es, et putas quia te saciasti de illo; vere autem diabolum saciasti de te. Si autem non repercusseris eum, ab homine quidem victus videris, diabolum autem vicisti. Hec secundum iusticiam Dei dico.

Carnal wisdom of forgiveness.

Videamus autem secundum utilitatem carnalem. Numquid si repercusseris eum, compescuisti eum, ut iam non te repercuciat, sed magis excitasti eum, ut adhuc te percuciat. Nam iracundia per iracundiam non compescitur

4. A: *et* deest. 7. A: *nam autem.* 14. A in marg.: *Nota.* 17. A: *repercussus.* 21. A: *non* deest. 25. A: *et* deest. 27. B: *dum* deest. 32, 33. B: *Victus revera . . . victus.* 39, 40. A: *sed - percuciat* deest.

Digitized by Google

sed amplius irritatur, quemadmodum si ignem cum igne coniungas, maior flamma succenditur. Si autem non repercusseris eum, ille iam stabit, si quidem sapit, confusus, si autem | non sapit, saciatus. Et non solum iterum te 376[c]
non repercutit sed forsitan compunctus corde penitet 5
quia te vel semel percussit. Attamen etsi sic insanus est, ut nec pacienciam tuam intelligat nec confundatur in facto suo, numquid potes tu te amplius vindicare quam Deus erat vindicaturus? Ideoque si repercusseris eum, perdidisti vindictam, quia te ipsum vindicasti et liberasti eum de 10
manibus Dei, quia reddidisti ei quid fecit. Si ergo fortiter irasceris paciencius age, ut melius vindiceris scilicet per Deum.

Et ei qui vult tecum in iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium. Primum indigna res 15
est ut homo fidelis stet in iudicio ante conspectum iudicis infidelis. Nam et si infidelis non est, certe secularis est. Et qui te venerari debuerat propter dignitatem fidei iudicat te propter necessitatem causę et perdes dignitatem Christi propter negocium mundi. Nonne melius est ut 20
perdas rem mundialem quam gloriam sempiternam? Si enim rem perdideris propter Christum, Christus tibi rem restituere potest, si autem propter rem perdideris Christum, res tibi non potest restituere Christum. Deinde necesse est ut humilies te coram iudice et subditus fias illi propter 25
necessitatem cause. Et forsitan qui propter Deum non fueras te humiliaturus, humilias te propter lucrum et facias rem preciosiorem quam Deum. Tercio quia omne iudicium irritacio cordis est et cogitacionum malarum, et si semel in iudicium ingressus fueris, iam non desideras 30
ut veritas cause appareat, sed ut quocunque modo victor existas.

Si autem videris quod causa tua, sicut frequenter solet fieri in iudiciis, aut verbis aut fraudibus aut pecuniis expugnetur, necesse est similiter ut et tu aut verbis aut 35
fraudibus aut pecuniis cause tue adesse festines. Et si ab inicio consilium non habuisti ut sic ageres, postea sic agere ipsius controversie necessitas te compellit. Nam primo pro lucro tantummodo festinabas, postea iam et pro pudore contendis et magis contentus es eciam peccare 40
tantum ut vincas quam vinci tantum ut non pecces. Hec

3. A: *cum ille.* 4. B: *insaciatus.* 4, 5. A: *te percutit.* 16. B: *in indicio* deest. 23. A: *reconstituere.* 25. A: *et* deest.

Digitized by Google

Deus illis mandat qui magis diligunt Deum quam mundum. Nam qui lucrum anime magnum existimat, dampnum rei modicum putat. Et qui dampnum rei magnum existimat, lucrum anime modicum putat. Qui igitur difficilius rem putat dimittere quam in iudicium introire, hec cogitet, quia difficilius est de iudicio sine peccato exire. Facilius enim est rem ante iudicium dimittere quam in iudicio evitare peccatum. Nam ante iudicium (sicut diximus) vana causa avaricie te compellit, post ingressum eciam causa pudoris. Et qui unam causam vincere non potuisti propter timorem Dei, duas quomodo vincas? Ergo sicut Joseph dimisit pallium in manu meretricis et fugit cum meliore pallio castitatis, sic et tu proice pallium in manu calumpniantis et fuge cum meliore pallio iusticie, ne forte dum vis vendicare vestem corporis preciosissimum vestimentum anime perdas. Denique si viderint infideles te christianum pro iniuriis iniurias rependere graviores, pro terrenis facultatibus et usque ad perniciem anime secularia pulsare iudicia contra direptorem iniustum, quomodo credunt spem regni celestis esse veram quam predicant christiani? Facile enim spernunt terrena qui celestia sperant, qui autem terrena magnopere complectuntur, nescio si firmiter celestia credunt promissa. Non solum ergo propter lesionem animarum nostrarum percucientem sustinere debemus et auferenti que nostra sunt non repugnare, sed eciam propter demonstracionem indubitabilium Christi promissionum, ut ille qui viderit te iniurias proprias negligentem, terrenas eciam res quasi nichil spernentem intelligat, quia vera est certissima spes christianorum in celis preciosior omnibus rebus terrenis et vita iocundior omni fruicione vite istius carnalis. Hec Crisostomus.

Difficulty of withdrawing from litigation.

Influence of our action on the belief of others.

CAP. LVII.

Quamvis autem verba moralia huius sancti videantur salubria atque subtilia, difficultas tamen est apud contenciosos quomodo ad literam sunt servanda. Videtur enim quod secundum legem Dei nemo debet percutere, quia percussio que videtur esse legi plus consona ac

It is objected that this puts an end to all punishment.

3. B: *Nam qui.* 5. A: *iudicio.* 20. B: *crederent.* 25. A: *et* deest. 34. A in marg.: *Johannes.* 36. A in marg: *Argumentum.* 38. A: *repercussio.*

Digitized by Google

eciam racioni, videtur esse ab ipso hic prohibita, ergo multo magis quecunque alia percussio que est magis contraria racioni; et sic nemo suspenderet vel puniret alium, et perirent omnes leges humane sed et pena talionis data in lege veteri foret tamquam heretica condempnenda.

Unjust blows are forbidden but not due correction.

Hic dicitur adversario legis Christi quod necesse est legem Dei integram esse veram | sicut et scripta sanctorum 376[d] doctorum, de quanto consonant huic legi, et sic compendiose loquendo omnis iniusta percussio et solum illa est hic prohibita, et sic nec percussio puerorum in scola discencium nec filiorum a patribus instructorum sicut nec pena talionis ad sensum Domini est hic prohibita. Sed quia contingit superbos crudeles ignorare tam mente quam opere que percussio foret iusta, ideo ut salubris amplectenda est ista sentencia, scilicet quod nemo debet nisi prudenter percutere servando humiliter Deo vindictam; et istam reputo esse generaliter sentenciam huius sancti. Et quantum ad occisionem furum et alias penas secundum legem humanam inflictas suis transgressoribus, non est nostre facultatis iustificare omnes illas sed unum scimus quod pene tales consone legi Dei sunt iuste et alie sunt iniuste. Sed quis scit generaliter discutere que sunt ille? Et hec est racio quare securum foret christianum et sacerdotem specialiter uti sincere et integre lege Dei, quia multi non ambigunt quin papa et omnes sui discipuli nesciunt regulariter que leges sunt consone legi Dei. Penam ergo talionis oportet ex fide concedere pro suo tempore esse iustam. Sed hic acuit adversarius legis Christi, cum pena talionis pro tempore legis veteris fuit iusta et nunc est iniusta atque heretica, videtur ex diffinicione Christi legem Dei versam esse in falsum et heresim, et cum omnia que fuerunt vel erunt sunt, manifeste infertur quod lex Dei est racioni contraria quia falsa.

Retribution is just in the proper way and time.

Sed huic adversario respondetur concedendo hoc ultimum fidele principium, scilicet quod pena talionis est iusta pro suo tempore, sed nec inveni quod ipsa sit universaliter data quoad personas vel penas aut indifferenter et universaliter quoad tempus. Ideo Christus non

2. A: *procussio.* 7. A in marg.: *Responsio.* 8. B: *sicut* deest. 30. A in marg.: *Obieccio.* 33. A: *legem Christi.* 36. A in marg.: *Responsio.*

Digitized by Google

prohibet vel dampnat penam talionis quod non debet servari universaliter quoad tempus sed non debet servari generaliter pro lege Dei gracie; et sic pena talionis cum sit temporalis, est iusta pro tempore legis veteris, notato quod patres illius legis erant atroces ut insolentes pueri puniendi. Modo autem pro tempore legis gracie sunt micius per amorem tamquam cariores filii pertractandi. Ideo licet lex illa sit iusta, non tamen modo, sed executores legis huius in veteri testamento executi sunt caritative et misericorditer istam legem. Nunc autem tempore legis gracie est securior et misericordior via Christi sustinenda iniurias remittendo.

In the old law it was commanded;

now Christ has taught a better way.

Et patet contra sophistam adversarium legis Christi quod pena talionis non est versa in heresim sive falsum, cum ipsa pena pro loco et tempore habuit suum cursum. Modo autem non est nec esse debet, ideo nunquam fuit pena talionis vel legis Domini quod pro hoc tempore sunt homines taliter puniendi. Non tamen dissencio sensui catholico quod illa severa pena talionis versa sit in penam mitem vel condonacionem hominis, penam Dei iudicio humiliter relinquendo; et totum hoc sonat in prudentem ac expressiorem misericordiam, sicut racioni consonat pro tempore pro quo Christus fuerit incarnatus; et sic via regia est vianti securior quam quod transeat per ripas avias in quibus faciliter posset mergi. Sic via legis Christi procedendo in moribus remittendo iniurias et reservando humiliter Deo vindictam est securior, cum multi in via vindicte alia perirent.

Et potest applicari responsio ad quaecunque verba que hic dixerit adversarius legis Christi. Nam iudicialia et ceremonialia legis veteris debent cessare pro tempore legis gracie; ideo non sequitur quod pena talionis sit destructa vel versa in heresim sed quod ipsa durante per tantum tempus ut debuit succedat lex gracie, securior misericordior et liberior Dei sapiencia incarnata.

Sed secundo videtur hunc sanctum intendere quod nemo debet pro tempore legis gracie secundum leges humanas contendere, et sic leges papales et civiles cum eis similibus cessarent modo tamquam heretice.

Chrysostom teaches us that we should not strive at law.

1. B: *sed quod non debet.* 17. A: *lege.* 24. A: *quam* deest. 28. A: *perierunt;* B: correxit. 29. A: *et post.* 35. A: *misericordior* deest. 36. A in marg.: *Argumentum.* 39. A: *cum eius.*

Digitized by Google

This teaching supported by S. Paul's to the Corinthians.

Hic videtur quibusdam quod conclusio ista sit apud cordatum catholice concedenda. Unde I. Cor. VI, 1 sic scribit Apostolus: *Audet aliquis vestrum habens negocium adversus alterum iudicari apud iniquos et non apud sanctos;* quasi diceret: Culpabilis temeritas est quod legem Dei in sanctis suis relinquitis et legem hominum contenciosam et incertam ab iniquis executam accipitis. Unde sequitur in textu Apostoli: *Secularia autem iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum;* ubi notandum quod Apostolus non licenciat ut inferiores ecclesie secundum leges civiles vel papales hodie introductas iudicent, sed quod contemptibiles in ecclesia, hoc est, indispositi ad evangelizandum vel opus perfeccius operandum sint circa negocia secularia occupati, et doceant quomodo doctrina Christi est quod christianus remittat sine contencione fratri suo iniurias. Et ista lex est facilis et communis, et qui istam reliquerit ac legem perplexam vel minus bonam executus fuerit, peccat | indubie; ideo dicit Apostolus consequenter: *Ad* 377*
verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui potest iudicare inter fratrem et fratrem suum; sed frater cum fratre in iudicio contendit, et hoc apud infideles? Iam quidem omnino delictum est in vobis quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis, quare non magis fraudem patimini? Sed et vos iniuriam facitis et fraudatis: et hoc fratribus; quasi Paulus secundum istum sensum alloqueretur Corinthios: Nimis verecundum est vobis apud Deum et angelos, quia detestanda stulticia, quod non sunt inferiores in vobis qui possent in istis casibus iudicare fratres suos conformiter legi Christi. Sed estis dampnabiliter aliter occupati quod unus frater contendit cum alio apud infideles iudices et dimittitis legem Domini facilem et securam.

Et ex istis infert Apostolus quod sit omnino delictum inter Corinthios quod deserunt sic legem Dei facilem et quod foret eis eligibilius pocius ut paterentur iniurias, quia (ut docet Crisostomus) aliter accusarent se ipsos quod plus amant temporalia et seculare commodum quam bona spiritualia eterna et bonum

1. A in marg.: *Responsio.* 15. B: *Christi* deest. 25. A: *accipistis.* 33. A: *iudices* deest. 36. A: *ut* deest; B addit.

8. I. Cor. VI, 4. 19. ib. 5—8.

Digitized by Google

quod haberent in patria. Nec haberet verbum huius sancti colorem quod indigna res est christianum contendere coram iudice infideli nisi quia illa contencio est in se mala, cum secundum Apostolum et veritatem catholicam licet coniugi fideli communicare et convertere suum coniugem infidelem, quia bonum matrimonium est licitum, sed communicare cum fideli vel infideli in seculari iudicio non est bonum, quia contencio talis non est licita.

Going to law involves loss of temper or of some good gift of God.

Et breviter quomodocunque quis dixerit experti sciunt quod contendens in tali iudicio necessario incurrit irritacionem anime vel sumptuosas expensas bonorum Domini circa iudicia fraudulenta vel omnino occupacionem temporis stultam, cum tamen tempus sit creatura Dei ab ipso singulariter data hominibus ad operandum utilius conformiter legi sue, et cum omnia ista vel aliquod istorum vel inevitabiliter concomitatur in seculari iudicio, omnino delictum est doctrinam Christo in isto deserere et inniti iudicio paganorum; quod idem effectualiter est sic facere et preeligere iudicem paganum in Deum suum et stulte deserere dominum Jesum Christum.

Sed quid infidelius quam sic facere vel in facto defendere quod humane leges sunt salubriores vel plus iuste quam lex aut concilium domini Jesu Christi? Et ita contendentes huiusmodi preponderantes temporalia sicut bruta et contempnentes spiritualia speranda ab angelis videntur incurrere infidelitatem et heresim plus paganis, quia pagani iudices sepe faciunt plus bonum de genere, quam faciunt isti contendentes vel iudices qui sic infideliter postponunt Christi consilium et preeligunt consilium mundanorum.

Any law that is opposed to Christ's is heretical.

Et ex isto plane videtur quod lex hortans ad iniuriandum taliter sit heretica quia contraria legi Christi. Lex enim Christi mandat et consulit quod sic facias, sed lex ista contenciosa mandat quod hoc omittas et facias minus bonum. Ideo ex descripcione heresis patet quod lex talis est heretica, sicut in defensione est multiplex communitas vel persona.

6. A: *matrimonii.* 10. A: *experti sunt.* 14. B: *stulta.* 30. A: *bono de genere quia.* 31. A: *vel iudices* deest.

Digitized by Google

CAP. LVIII.

Chrysostom's further commentary.

Crisostomus autem prosequitur exposicionem huius texti evangelici sub hiis verbis: *Si quis te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo, ut paciencia tua vincat eius crudelitatem et ostendas quia maior est benignitas Dei in sanctis quam malicia diaboli in iniquis hominibus. Si autem tantum vadis quantum ille te cogit, quomodo cognosceris servus Dei? Nam in necessitate bonitas non apparet. Quod ergo cogit te vade propter necessitatem hominis violenti; quod non te cogit vade propter gloriam Dei benigni. Si unum vadis, putat te hominem qualemcunque fecisse et non penitet quia te angariaverit. Si autem amplius vadis, intelligit quia servus Dei es, et ideo incipit illum penitere, vel quia in mente angariavit, et hoc tuum additamentum non fit illi maius auxilium sed pena prioris audacie.*

We show our service to God by doing more than we are compelled.

Deinde si illum quidem diabolus excitavit ad te angariandum et tu videns tibi iniuriam fieri aut verbis illicitis contradicas aut factis bonis non resistas, et lucrum sanctitatis quod multis forsitan bonis operibus adquisisti propter dolorem modicum perdes. Quid ergo? Unum vade ut satisfacias homini, alterum vade ut te ostendas Dei servum et ut diabolum superhabundanter confundas. Deinde hec omnia mandata in pauperis persona conveniunt, dentem autem hominis divitis et potentis quis excutit? Utinam ille alterius non excuteret. Tunicam divitis et potentis per calumpniam quis temptat auferre? Utinam ille per calumpniam alterius non auferret. Divitem et potentem quis angariat? Utinam ille alterum non angariaret. Ergo dives infructuosus est. Et quomodo adimpleat iusticiam legis et gracie, ut fiat servus Dei perfectus. Quomodo? Si quis mutuam pecuniam pecierit ab | eo, det illi. Lex enim est ut alterius non tollas, etsi tuum non des; gracia autem alterius non tollas et tuum des. Qui ergo mutuam pecuniam dat, et legem implet et graciam. Nam qui de suis libenter dat, multo magis alterius bona non tollit. Dives ergo per pacienciam

How Christ's words affect the rich,

377b

3. A in marg.: *Crisostomus.* 7. B: *te* deest. 9. B: *vade propter* deest. 12. A: *qualitercunque.* 13. A: *angariavit.* 14, 15. *in mente;* B corrigit: *unum te.* 15. B: *angariaverit.* 19. B: *non* deest. 34. A: *et et si.*

3. Op. Imp., l. c. p. 803. 4. Matth. V, 41.

Digitized by Google

non potest probari neque temptari, quia nemo illi cito violenciam facit, in largitate autem temptatur et probatur.

Item, per largitatem pauper non potest probari et temptari, quia non habet unde largiatur; et ideo per pacienciam temptatur et probatur, si benignitas eius per iniuriam non mutatur. Denique si veritatem considerare volumus et intelligere racionem, scimus quia divicie nostre non sunt nostre sed Dei. Deus enim dispensatores nos diviciarum suarum voluit esse, non dominos, et ideo cum voluerit dat eas, et a quo voluerit tollit. Illud proprie nostrum est quod in nostra est potestate habere si volumus. Quomodo autem nostrum dicatur quod etsi voluerimus habere non possumus, nisi nobis fuerit datum? Deinde considera, ut quid tibi magis divicias credidit quam illi? Numquid ex alia massa luti te fecit, ex alia illum et pro te Christum tradidit pro illo autem aliquem angelorum? Si per omnia sic illum diligit, quomodo te? Non ideo tibi dedit divicias, ut habeas eas sed ut tempteris in eis. Ideo admonet Apostolus: Divitibus huius mundi precipe non superbe sapere nec sperare in incerto diviciarum sed largos esse communicatores bonorum. Nam pauper in sanctitate melior est, tu in rebus secularibus. Tue res proficiant ad illius sustentacionem in hoc seculo, ut et illius sanctitas proficiat ad tuam sustentacionem in alio. Sicut ulmus infructuosa dat humorem viti ut vitis pro se et pro ulmo offerat fructum; ergo nos iubet Christus mutuo dare pecuniam, non tamen sub usuris. Qui autem sub usuris mutuum dat in prima quidem facie sua videtur dare, revera autem non sua dat sed alterius tollit. Nam videtur quidem necessitati succurrere, revera autem in maiorem mittit necessitatem. De uno eciam vinculo solvit et multis vinculis alligat et non propter iusticiam Dei dat sed propter lucrum. Similis enim est pecunia usuraria aspidis morsui. Sicut enim qui ab aspide percutitur quasi delectatus vadit in somnum et sic per suavitatem soporis moritur, sic et qui accipit sub usuris, pro tempore delectatur, quasi qui beneficium accipit, et sic per suavitatem beneficii non sentit quomodo captivus efficitur. Nam sicut venenum aspidis latenter per omnia membra dis-

how the poor.

Against usury.

6. A in marg.: *Nota.* 12. A: *volumus.* 16. A: *autem* deest.
23. A: *proficiunt.* 25. A: *sicut volmus.* 26. A: *et verlino.*
27. A: *mutuam.* 31. A: *eciam* deest.

19. I. Tim. VI, 17.

Digitized by Google

currit et corrumpit, sic usura per totas facultates eius discurrit, et convertit eas in debitum. Sicut enim fermentum modicum quod mittitur in multam farinam, totam conspersionem corrumpit et trahit illam et facit eam totam fermentum, sic cum usura domum alicuius intraverit, totam substanciam eius ad se trahit et convertit in debitum. Hec Crisostomus.

We ought to suffer joyfully.

Videtur hos sanctos intelligere quod angariatus vel iniuste violentatus, quantumcunque in tempore vel in multitudine iniurie fuerit angariatus, debet equanimiter sufferre iniuriam et non solum pati sed gaudente animo tolerare. Et hoc videtur Christum intendere per duplum spacium, non quod iniuriatus necessitet vel cogat iniuriantem ad peccandum ulterius, cum sicut sepe non sufficit ad corporaliter cogendum iniuriantem ut laboret ulterius, sic sepe non sufficit cogere vel inclinare iniuriantem ut iniurietur ulterius; ideo non est intencionis Domini, quod mandatum suum cadat super tali peccato sed super paciencia miti et super voluntate (si oportuerit) amplius paciendi.

Et nota ex dictis huius sancti quomodo Deus provide dispensat cum humano genere quod aliqui sint divites et alii pauperes; divites ut mereantur dando pauperibus, et pauperes ut paciantur retribuendo bonum spirituale divitibus. Status tamen pauperum adiecta virtute est melior, quia existentes propinquiores statui innocencie sunt ad virtutes et sua opera proniores. Et hinc Christus elegit statum pauperem et in hoc statu instituit suos apostolos tamquam in statu meliori atque perfecciori et ditavit eos virtutibus, ut copiosius quam dando temporalia stercora bona spiritualia parciantur.

The usurer sells time which belongs to God.

Usura autem videtur habere istam blasphemam maliciam quod usurarius vendit tempus, quod dare est Deo proprium, et postposita spe misericordie et retribucionis divine, propter hoc quod gracia bonitatis sue adiuvat fratrem suum, feneratur illa temporalia principaliter pro spe lucri; et quia iste sic postponit divinam ordinanciam, usura racionabiliter inter peccata maxima est dampnata. Nec videtur ipsam sonare in aliam manifestam iniuriam, cum videtur ipsam usuram sonare

18. A: *quia.* 19. B: *paciencia victi.* 22. B: *sunt divites.* 24. B: *tribuendo.* 32. A: *blasphemiam.* 33. B: *ut usurarius.* 34. A: *specie misericordie.* 35. B: *propter hoc autem.*

Digitized by Google

in iusticiam et misericordiam ac sepe in commodum usurato; sed latet venenum sub melle, quia vera misericordia, Dei ordinancia et vera iusticia postponuntur. Misericordia autem qua fenerator inficit tam se quam
5 suum comparem et mercatur cum tempore quod Deus constituit gratis commune omni homini, et (sicut vere dicit Crisostomus) vendit hec tempora que veraciter non sunt sua, cum Deus instituit hominem procuratorem super
377* hec | temporalia, ut ipsa prudenter distribuat Christi
10 egentibus secundum regulam legis sue; et sic propter peccatum cadit a procuracione legitima atque dominio; et hoc est quod sepe dictum est alibi quod dominium est quedam religio que requirit in gracia fundamentum; nam proditor Dei quicquid de bonis fortune occupat
15 possidet tamquam latro, quia apud Deum furtum et perdicio dominii ad peccatum sine intervallo temporis consequuntur.

CAP. LIX.

Sequitur in textu evangelii: *Audistis quia dictum est:*
20 *Diliges proximum tuum et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite hiis qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumpniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in celis est, qui solem suum oriri iubet super bonos et malos et*
25 *pluit super iustos et iniustos. Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc ipsum faciunt? Estote ergo vos perfecti, sicut et pater vester*
30 *celestis perfectus est.*

Augustine's comment: The perfection of mercy is to love one's enemy.

Super quo Augustinus: *Sine ista dileccione qua eciam inimicos diligimus et persecutores nostros diligere iubemur ea que superius dicta sunt implere quis potest? Perfeccio autem misericordie qua plurimum anime laboranti con-*
35 *sulitur, ultra dileccionem inimici porrigi non potest. Et ideo sic clauditur: Estote ergo vos perfecti sicut et pater vester celestis perfectus est. Ita tamen ut Deus*

4. B: *quia fenerator.* 7. A: *temporali;* B correxit. 12. A in marg.: *Quid est dominium.* 24. B: *oriri iubet.* 25. B: *diligitis.* 28. B: *ipsum* deest. 31. A in marg.: *Augustinus.*

20. Matth. V, 43—48. 31. De sermone Domini in Monte, l. c. p. 195.

Digitized by Google

intelligatur perfectus ut Deus et anima perfecta tamquam anima.

It is a step towards righteousness to love them that love us.

Gradum tamen esse aliquem in phariseorum iusticia que ad legem veterem pertinet hinc intelligitur quod multi homines eciam a quibus diliguntur oderunt, sicut luxuriosi filii et semetipsos amantes parentes cohercitores luxurie sue nequam odiunt, detestantur et fugiunt; ascendit igitur aliquem gradum qui proximum diligit, quamvis adhuc oderit inimicum. Eius autem imperio qui venit legem implere non solvere perficiet benevolenciam et benignitatem, cum eam usque ad inimici dileccionem perduxerit. Nam ille gradus quamvis nonnullus sit, tam parvus est, tamen ut cum publicanis esse possit eciam communis. Nec quod in lege eciam dictum est: Oderis inimicum tuum, vox iubentis iuste accipienda est sed permittentis infirmo.

Apparent contradiction in Scripture as to cursing.

Oritur hic sane nullo modo dissimulanda questio, quod huic precepto Domini quo nos hortatur diligere inimicos nostros et benefacere hiis qui oderunt nos et orare pro hiis qui nos persequuntur, multe alie scripturarum partes minus diligenter et sobrie considerantibus videntur adverse, quia et in prophetis inveniuntur multe imprecaciones adversus inimicos, que maledicciones putantur, sicuti est illud: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, et cetera, que ibi dicuntur in Psalmo. Et illud: Fiant filii eius pupilli, et uxor eius vidua, et queque vel infra vel supra in eodem Psalmo in persona vidue per prophetam dicuntur. Multa alia usquequaque in scripturis reperiuntur que videntur esse contraria et huic precepto Domini et illi apostolico quo ait: Benedicite et nolite maledicere, cum et de Domino scriptum sit quod maledixerit civitatibus que verbum eius non acceperunt, et memoratus Apostolus de quodam ita dixerit: Reddet illi Dominus secundum opera illius.

Solution of the difficulty:

Sed hec facile solvuntur, quia et propheta per impre-cacionem quid esset futurum cecinit, non optantis voto, sed spiritu previdentis: ita et Dominus, ita et Apostolus

5. B: *eciam* deest; ib. B: *eciam oderunt.* 6. B: *se ipsos;* ib. A: *amantes* deest. 8, 9. A: *quam adhuc.* 17. A in marg.: *Questio;* ib. A: *dissimulando.* 19. B: *et* before *benefacere* deest. 25. B: *ibi* deest. 31. A: *de* deest. 33. B: *dixit.* 35. A in marg.: *Solucio;* ib. B: *sed hoc facile solvunt.*

24. Psalm. LXVIII, 23. 25. ib. CVIII, 9. 30. Rom. XII, 14. 31. Matth. XI, 21; Luc. X, 13. 33. I. Tim. IV, 14.

Digitized by Google

quamvis in horum eciam verbis non hoc invenitur quod optaverint sed quod predixerint. Nam cum ait Dominus: Ve tibi Capharnaum, non aliud sonat nisi aliquid mali ei eventurum merito infidelitatis: quod futurum Dominus non malevolencia optavit, sed presciencia divinitatis sue cernebat. Et Apostolus non ait: Reddat sed Reddet illi Dominus secundum merita sua, quod verbum prenunciantis est, non imprecantis. Sicut et de illa hypocrisi Iudeorum, de qua iam dictum est, cui eversionem imminere cernebat, dicens: Percuciet te Deus paries dealbate. Prophete autem maxime solent figura imprecantis futura prenunciare, sicut figura preteriti temporis ea que ventura erant, sepe cecinerunt; sicut est illud: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? Non enim ait: Quare frement gentes et populi meditabuntur inania, cum ea non quasi iam transacta meminisset sed ventura prospiceret. Tale est illud eciam: Diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem: et hic enim non dixit: Divident sibi vestimenta mea et super vestimentum meum mittent sortem. Nec tamen de hiis verbis quisquam calumpniatur, nisi qui non sentit veritatem istam figurarum

Christ does not curse, he foretells.

377[d] *in loquendo nihil veritati rerum | minuere et plurimum addere affectibus animorum.*

Sed illud magis urget istam questionem quod dicit Apostolus Johannis: Si quis scit peccare fratrem suum peccatum non ad mortem, postulabit et dabit illi Dominus vitam qui peccat non ad mortem: peccatum autem est ad mortem, non pro illo dico ut quis roget. Aperte enim ostendit quosdam esse fratres pro quibus orare non nobis precipitur, cum Dominus eciam pro persecutoribus iubeat nos orare. Nec ista questio sileri potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus que inimicorum persecucionibus graviora sint. Fratres autem christianos significari multis divinarum scripturarum documentis probari potest. Manifestissimum tamen illud est quod Apostolus ita ponit: Sanctificatus est vir infidelis in uxore et sanctificata est infidelis in fratre. Non enim addidit

What the sin unto death is for which we should not pray.

2. B: *optaverunt.* 6. A: *sed merita eius.* 8. A: *non* deest. 9. B: *et imminere.* 11. A: *predicere.* 24. B: *illa magis urgent;* ib. A in marg.: *Questio.* 26. B: *dabit ei.* 28. B: *quis* deest. 33. A: *persecucione;* ib. B: *sunt.*

10. Act. XXIII, 3. 13. Psalm. II, 1. 17. ib. XXI, 19. 25. I. Joh. V, 16. 30. Matth. III, 44. 36. I. Cor. VII, 14.

Digitized by Google

nostro: sed manifestum existimavit cum fratris nomine christianum intelligi voluit qui infidelem haberet uxorem. Et ideo paulo post dicit: Quod si infidelis discedit, discedat: non est autem servituti subiectus frater vel soror in huiusmodi. Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse, cum post agnicionem Dei per graciam misericordis Domini nostri Jesu Christi quisque oppugnat fraternitatem et adversus ipsam graciam qua Deo reconciliatus est invidie fascibus agitatur ductu diaboli. Peccatum autem non ad mortem est, sed quisquam non amorem a fratre alienaverit, sed officia fraternitatis debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter et Dominus de cruce ait: Pater ignosce eis, quia quod faciunt ignorant. Nondum enim gracie Spiritus Sancti misericordis consolatoris nostri participes effecti societatem sancte fraternitatis inierant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorum orat pro eis a quibus lapidabatur, quia nondum Christo crediderant, adversus illam communem graciam dimicabant. Et apostolus Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia iam frater erat et ad mortem, id est, invidencia fraternitatem oppugnando peccaverat. Pro hiis autem qui non abruperant amorem sed timore succubuerant, orat ut eis ignoscatur. Sic enim dicit: Alexander erarius multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus secundum opera eius; quem et tu devita. Valde enim restitit nostris sermonibus. Deinde subiungit pro quibus orat, dicens ita: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omne me dereliquerunt, non illis imputetur.

It is when one who has known God sets himself against God's grace.

Ista differencia peccatorum Judam tradentem a Petro negante distinguit: non quia penitenti non sit ignoscendum, ne contra illam sentenciam Domini veniamus, qua precipit semper ignoscendum esse fratri penitenti vel petenti, ut sibi frater ignoscat: sed quia illius peccati tanta labes est, ut deprecandi humilitatem subire non possit, eciamsi peccatum suum mala consciencia et agnoscere et enumerare cogatur. Cum enim dixisset Iudas: Peccavi quod tradiderim sanguinem iustum, facilius tamen desperacione cucurrit

5. A in marg.: *Nota.* 9. A: *invidencie.* 12. B: *exhibuit.* 14. B: *enim* deest. 22. A: *abruperent.* 28. B: *dereliquerant.* 32. B: *ignoscendum est;* ib. A: *vel petenti* deest. 33. B: *sed* deest. 35. B: *vel agnoscere.*

3. I. Cor. VII, 15. 13. Lucae XXIII, 34. 16. Act. VII, 59. 23. I. Tim. IV, 14. 33. Lucae XVII, 3; Matth. XVIII, 23. 36. Matth. XXVII, 4.

Digitized by Google

ad laqueum quam humilitate veniam deprecatus est. Quapropter multum interest quali penitencie ignoscat Deus. Multi enim multo cicius se fatentur peccasse atque ita sibi succensent, ut vehementer se peccasse nollent, sed tamen animum ad humiliandum et cor obterendum implorandamque veniam non deponunt, quam mentis affeccionem propter peccati magnitudinem iam de dampnacione illos habere credendum est.

This is the sin against the Holy Ghost, to set oneself maliciously against charity after receiving the grace of the Spirit.

Et hoc est forte peccare in Spiritum Sanctum, id est, per maliciam et invidiam fraternam oppugnare caritatem post acceptam Spiritus Sancti graciam; quod peccatum Dominus neque hic neque in futuro seculo dimitti dicit. Unde queri potest utrum in Spiritum Sanctum Iudei peccaverint, quando dixerunt quod in nomine Belzebub principis demoniorum demonia Dominus expelleret, utrum hoc in ipsum Dominum dictum accipiamus, quia de se dicit alio loco: Si enim patremfamilias Belzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius: An quoniam invidencia dixerant ingrati tam presentibus beneficiis, quamvis nondum christiani fuerint, tamen propter ipsam invidencie magnitudinem in Spiritum Sanctum peccasse credendi sunt? Non enim hoc colligitur de verbis Domini. Quamvis enim eodem loco dixerit: Quicunque enim dixerit verbum nequam adversus filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum adversus Spiritum Sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. Tamen videri potest ad hoc eos monuisse ut accedant ad graciam et post acceptam graciam non ita peccent, ut nunc peccaverunt. Nunc autem homines infideles dixerunt verbum nequam in filium hominis, et potest eis dimitti, si conversi fuerint et ei crediderint et Spiritum Sanctum acceperint. Quo accepto si fraternitati invidere et graciam quam acceperunt oppugnare voluerint, non eis dimitti neque hic neque in futurum. Nam si eos haberet sic condempnatos ut nulla spes illis reliqua esset, non adhuc monendos iudicaret, cum addidit dicens: Aut facite arborem bonam et fructum eius bonum; aut facite arborem malam et fructum eius malum. Hec Augustinus. |

2. B: *penitencia.* 4. B: *successent.* 9. A in marg.: *Quid est peccare in Spiritum Sanctum secundum Augustinum.* 14. B: *peccaverunt.* 14, 15. A: *in Belzebub principe.* 37. A: *bonam — arborem* deest.

15. Matth. XII, 24; Marci II, 23. 17. Matth. X, 25. 23. Matth. XII, 32. 36. ib., 23.

Digitized by Google

CAP. LX.

378a

Augustine's comment is harder than the text.

Quia videtur multis difficilius hic intelligere istum sanctum quam hunc textum evangelii quem exponit, ideo videtur quod communis sentencia excerpta de libris suis et aliis locis planius sit dicenda; et ut incipiamus a radice, est in principio aliqua terminorum significacio detegenda. Diligere enim in sua analogia est ordinatus affectus quo natura racionalis vult explicite alicui bonum; sic equivocatur in dileccione, quando supra istam analogiam restringitur ad volendum bonum beatitudinis alicui. Et iuxta primam significacionem videtur quod Deus diligit quamlibet creaturam et sic diligit dampnatos, quia vult misericorditer illis bonum. Habent enim multa bona nature et Deus misericorditer punit ipsos et secundum talem gradum dileccionis videtur quod omnis homo debet diligere condempnatos, cum debet conformare voluntatem suam voluntati divine quam debet cognoscere ipsos sic diligere. Sed secundo modo Deus nec diligit nec unquam dilexit aliquos condempnandos, et cum nos debemus conformare voluntatem nostram voluntati divine, nos non debemus sic diligere aliquos condempnatos nec quos probabiliter credimus condempnandos.

To love means to wish good to a man and in a narrower sense to wish him bliss. God loves the wicked in the first sense only.

It is useless to pray that the reprobate may be saved.

Et conformis est distinccio de orare. Et ideo dicitur communiter quod attendendum est in oracione, quis oratur, pro quo oratur et secundum quam formam oratur. Vanum est autem orare pro dampnatis vel prescitis ut beatificentur; et si oretur pro sua misericordi punicione vel pro bono ecclesie ex sua punicione per Dei graciam insurgente vel secundum condicionem aliam, equivocabitur in orare. Videtur ergo Augustinus hic dicere quod peccatum finalis impenitencie sit peccatum usque ad mortem, de quo Evangelista meminit et Christus in evangelio dicit quod *non remittetur neque in hoc seculo neque in futuro*. Pro isto ergo peccato usque ad mortem non debet fidelis orare, ut limitatur superius, nec generaliter nec specialiter, quia debemus cognoscere quod de quolibet tali est impossibile quod salvetur. De multis autem

Final impenitence is the sin against the Holy Ghost.

6. A in marg.: *Johannes.* 7. B in marg.: *Quia est diligere.* 9. A in marg.: *Dileccio 2ex. 1. 2.* 16. A: *debet* twice. 27. A in marg.: *Orare dupliciter.* 37. A in marg.: *Nota.*

17. Matth. XII, 32.

Digitized by Google

nobiscum conversantibus habere possumus coniecturam vel supposicionem probabilem quod sunt in peccando peccato ad mortem vel peccato finalis impenitencie, quando videmus manifeste quod in peccato suo con-
5 tinuant et per tempus notabile non desistunt. Ista tamen noticia est supposicio probabilis citra fidem.

Difficulty of knowing who is in final impenitence.

Unde diversi variant in mediis istam noticiam coniecturando. Videtur autem Augustinus sentire quod est evidencia de hoc peccato, sed non convertibile antecedens,
10 quod ille peccat peccato finalis impenitencie vel peccato usque ad mortem qui quondam fuit in gracia secundum presentem iusticiam et post perversus invidet christianis, ut videtur de Scarioth, de Alexandro Erario et multis similibus. Et hoc videtur Apostolum sentire Heb. VI cap°.
15 quando dicit *impossibile est eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt eciam donum celeste et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt nichilominus bonum Dei verbum virtutes que venturi seculi et prolapsi sunt, rursus renovari ad penitenciam, rursum crucifigentes sibimet*
20 *ipsis filium Dei et ostentui habentes.* Et in ista auctoritate videtur multis quod rei sunt isti novi ordines, quia quondam antequam illos intraverant, perceperant a Deo varia carismata et postmodum ingrate deserunt sectam Christi, stulte sectam aliam induentes ac si innuerent
25 quod secta Christi et sua religio non sufficiunt christianis, cum necesse sit pro salvacione eorum hos ordines novos statuere; et sic oportet Christum iterum crucifigi, quia conversari in terris et ordinare pro illis sectam perfecciorem statum perfeccionis et beatitudinis distinccius
30 ostentantem. Isti autem imponunt implicite Christo insufficienciam et peccatum. Hoc autem est ingratitudo maxima et blasphema.

Some think the new orders are thus guilty.

These orders wish to make their rules binding above Christ's law.

Et videtur multis quod sunt in illo proposito indurati, et hinc parvipendunt et odiunt sectam Christi
35 et sectas alias cum eis noviter introductas, ac si arguerent: Nos observamus hanc consuetudinem in habitu, in ritibus et in vita; et non est racio quin homines de sectis aliis eandem consuetudinem observarent. Ideo ipsi sunt contempnendi ut deserentes sectam vel saltem facilem
40 viam Christi. In tali contencione sunt singuli de sectis

14. A in marg.: *Heb. VI.* 36. B: *et ritibis.*

14. Hebr. VI, 4—6.

Digitized by Google

quatuor; et odiunt *simplices christianos*, cum tamen ex fide cognoscimus quod Christus non obligavit suos apostolos ad hanc vitam. Nam Luce V legimus quod postquam Christus elegit Petrum, Andream et filios Zebedei, et ipsi redibant ad piscacionem, non dubium quin in habitu consueto Christus amicabiliter presidebat in Petri navicula et cepit miraculose per Petrum multitudinem piscium copiosam. Ipsi autem non tamquam apostate sed copiosius illustrati deseruerant hanc vitam mundanam et sequebantur perfeccius Jesum Christum. Nec dubium quin non ceperunt istos ritus modernos noviter adinventos nec in ingressu in religionem Christi suos habitus solitos mutuaverunt, quia et magister eorum et ipsi bene sciverant quod in talibus ritibus sive habitibus non consistit religio christiana. Unde Joh. XXII post resurreccionem Christi sic legitur. *Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari; dicunt ei: Venimus et nos tecum.* Nec | dubium quin (ut exponit Gregorius) non in hoc 378[b] apostatarunt vel solverunt suum ordinem dantes se operi manuali. Et sic cum secta Christi sit auctoritativior, facilior et undique melior, videtur quod iste nove secte introducentes sectas condicionis opposite et induentes sectas minus bonas ac sese illibertando sectas illas pro suo perpetuo desponsantes nimis ingrate recusant sectam Christi, innuentes quod ipsa ex imperfeccione auctoris fuerat incompleta; et cum omne peccatum sonat in ingratitudinem, videtur quod ista culpa blasphema contra Christum et bonum sue ecclesie maxime est ingratum; et cum de pluribus eorum sit evidens quod de hoc non penitent sed cecantur continue usque ad mortem, cum malefecerint, videtur quod hoc sit peccatum usque ad mortem peccatum finalis impenitencie et peccatum in Spiritum Sanctum et per consequens non remittetur in hoc seculo neque in futuro. Et hec racio (Deus sit testis) quare tam sepe invehimus contra illos, ut de sua heresi resipiscant et ad meliorem sectam redeant Jesu Christi.

Unde videntes quod non sit fuga alia dicunt singuli istorum quatuor quod secta sua est melior quam secta

4. A: *plusquam Christus elegit.* 12. A: *in ingressum;* B in extinxit. 13. A: *muta verunt.* 20. A in marg.: *Nota racionem.* 22. A: *ac secte.*

15. Recte Joh. XXI, 3.

Digitized by Google

quam Christus instituit et sui apostoli observarunt. Et patenciorem blasphemiam non audivi, ut patet de patrono, de regula et de militantibus in hac secta. Iste ergo secte primo sunt ypocrisi irretite, secundo notabili in-
5 gratitudine quoad Christum, et tercio facientes divisionem et dampnum in ecclesia ex sua novitate sunt nimis multi in triplicitate ista dampnabili pertinaces. Et hec racio quare Christus et sui filii graviter ferunt harum sectarum mendacia sumptuosa et petunt diligencius
10 fundacionem ex suis verbis et operibus, ut oportet. Scimus quidem quod diabolus in novissimis diebus per suam summam cautelam scilicet ypocrisim seducit plurimos, et omnes hee quatuor in ypocrisi maxime elaborant, ac si innuerent quod nisi christiani sectas
15 suas induerent vel saltem debito obsequio honorarent propter sanctitatem secte non sunt de numero salvandorum. Deus si velit convertat ad religionem suam pristinam istas sectas.

The sects are involved in hypocrisy.

CAP. LXI.

20 Sequitur in exposicione huius sancti Latini sic: *Itaque accipiatur inimicos esse diligendos et benefaciendum eis qui nos oderunt et orandum pro eis qui nos persecuntur, ut pro quibusdam eciam fratrum peccatis intelligatur non esse preceptum ut oremus, ne per impericiam nostram divina*
25 *scriptura (quod fieri non potest) a se dissentire videatur.*

Augustine.

Sed utrum sicut pro quibusdam non est orandum, ita eciam contra aliquos orandum sit, non satis apparuit. Generaliter enim dictum est: Benedicite et nolite maledicere, et illud: Nemini malum pro malo reddentes. Pro
30 *quo autem non oras, non eciam contra illum oras. Potes enim videre certam eius penam et penitus salutem desperatam, et non quia odisti eum, ideo pro illo non oras, sed quia sentis te nihil posse proficere et oracionem tuam non vis repelli a iustissimo iudice. Sed quid agimus de*
35 *hiis contra quos oratum a sanctis accepimus, non ut corrigerentur? nam hoc modo pocius pro ipsis oratum est sed ad illam ultimam dampnacionem, non sicut contra*

We are not bid to pray for all, but neither to pray against any.

4, 5. A in marg.: *1. 2. 3.* 20. A in marg.: *Augustinus.* 25. Codd.: *non* deest. Addidi. 26. A: *quibusdam eciam fratrem.*

20. S. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 198. 28. Rom. XII, 14. 29. ib. 17. 30. I. Petri III, 9.

Digitized by Google

traditorem Domini per prophetam, nam illa (ut dictum est) predicacio futurorum, non optacio supplicii fuit, nec sicut ab Apostolo contra Alexandrum, nam et inde iam satis dictum est sed sicut in Apocalypsi Johannis legimus martyres orare ut vindicentur, cum ille primus martyr, ut lapidatoribus suis ignosceretur, oraverit.

Yet the souls under the altar prayed for vengeance.

Sed hinc non oportet moveri. Quis enim audeat affirmare, cum illi sancti candidati se vindicari pecierint, utrum contra ipsos homines an contra regnum peccati petiverunt? Nam ipsa est sincera et plena iusticie ac misericordie vindicta martyrum, ut evertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt. Ad cuius eversionem nititur Apostolus, dicens: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem et evertitur peccati regnum partim correccione hominum, ut caro spiritui subiciatur, partim dampnacione perseverancium in peccato, ut ita iusticia ordinentur, ut iustis cum Christo regnantibus molesti esse non possint. Intuere apostolum Paulum, nonne tibi videtur in se ipso Stephanum martyrem vindicare, cum dicit: Non sic pugno tamquam aerem cedens, sed castigo corpus meum et servituti subicio? Nam hoc utique in se prosternebat et debilitabat et victum ordinabat; unde Stephanum ceterosque christianos fuerat persecutus. Quis ergo convincit, martyres sanctos non talem suam vindictam a Domino esse deprecatos, cum eciam finem huius seculi in quo tanta exicia pertulerunt, ad suam vindictam potuerint libenter optare? Quod qui orant et pro | inimicis suis orant qui sanabiles sunt et 378c
contra illos non orant qui insanabiles esse voluerint, quia Deus quoque puniendo illos non est malevolus tortor sed iustissimus ordinator. Sine ulla igitur dubitacione et simulacione diligamus inimicos nostros, beneficiamus eis qui oderunt nos et oremus pro eis qui nos persecuntur.

They may have prayed against the kingdom of sin, not against men.

Quod autem consequenter positum est: Ut sitis filii Patris vestri qui in celis est, ex illa regula intelligendum est qua et beatus Johannes dicit: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Unus enim naturaliter filius est qui nescit omnino peccare: nos autem qui potestate accepta efficimur

6. A: *oravit.* 15, 16. Codd.: *partim — subiciatur* deest. Addidi. 17. B: *iusticia* deest. 18. A: *possunt.* 24. A: *convingit.* 31, 32. A: *et simulacione* deest. 32. A: *hiis.*

4. Apoc. VI, 10. 6. Act. VII, 59. 13. Rom, VI, 22. 19. I. Cor. IX, 26. 34. Matth. V, 45.

Digitized by Google

filii per misericordiam patris nostri qui in celis est in quanto ea que ab illo precipiuntur implemus; unde et apostolica disciplina adopcionem appellat qua in eternam illam supracelestem hereditatem advocamur, ut coheredes Jesu Christi domini nostri esse possimus. Efficimur filii regeneracione spirituali qua supra induimur et sic adoptamur in regnum Dei non tamquam alieni, sed tamquam ab illo facti et creati, hoc est, conditi, ut unum sit beneficium, qui nos fecit esse per omnipotenciam suam, cum nihil ante essemus, alterum quo adoptavit nos adeo misericorditer, ut cum eo tamquam filii vitam eternam hereditate inmarcescibili possideamus et pro nostra participacione ea frueremur. Itaque non ait: Facite ista, quia estis filii, sed Facite ista, ut sitis filii.

We are adopted sons of God so far as we fulfil His commands.

Cum autem ad hoc nos vocat per ipsum unigenitum, ad similitudinem tam speciosam, tam preciosam nos vocat. Ille enim sicut consequenter dicit: Solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos; sive solem suum non istum carnalibus oculis visibilem accipias sed illam sapienciam, de qua dicitur: Candor enim est lucis eterne; de quo eciam idem dicit: Ortus est mihi sol iusticie; et iterum: Vobis autem qui timetis nomen Domini orietur sol iusticie, ut eciam pluviam accipias irrigacionem doctrine veritatis, quia et bonis et malis apparuit et bonis et malis evangelizatus est Christus. Sive solem istum mavis accipere non solum hominum verum eciam pecorum oculis corporeis propalatum et istam pluviam qua fructus gignuntur, qui ad refeccionem corporis dati sunt. Quod probabilius intelligi existimo: ut ille sol spiritualis non oriatur nisi bonis et sanctis; quia et hoc ipsum est quod plangunt iniqui in illo libro, qui sapiencia Salomonis inscribitur: Et sol non est ortus nobis, et illa pluvia spiritualis non irriget nisi bonos, quia malos significabat vinea de qua dictum est: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam. Sed sive illud sive hoc intelligas, magno Dei dono magnaque Dei bonitate fit, que nobis imitanda proponitur sive precipitur, si filii Dei esse

1, 2. A: *et quanto.* 4, 5. A: *coheredes Christi esse possimus,* 9. A: *fecit ille.* 10. A: *cum* deest. 10, 11. A: *a deo misericorditer* deest. 16. A: *tam preciosam* deest. 22. B: *et item.* 26. *mavis;* A: *inanis.* 31. B: *illo* deest. 35. B: *eam* deest. 37. *que;* scil. *bonitas imitanda.*

3. Rom. VIII, 17; Gal. IV, 5. 17. Matth. V, 45. 20. Sap. VII, 26. 22. Malach. IV, 2. 32. Sap. V, 6. 34. Jo. V, 6.

Digitized by Google

volumus. Quantum enim huius vite solacium afferat lux ista visibilis et pluvia corporalis, quis tam ingratus est ut non senciat? Quod solacium videmus et iustis in hac vita et peccatoribus communiter exhiberi. Non autem ait: Qui facit solem oriri super bonos et malos, sed addit 5 *'suum', id est, quem ipse fecit atque constituit et a nullo aliquid sumpsit ut faceret, sicut in Genesi de omnibus luminaribus scribitur; qui proprie potest dicere sua esse omnia que de nihilo creavit, ut hic admoneremur quanta liberalitate inimicis nostris ex precepto eius prestare debea-* 10 *mus, que nos non creavimus sed muneribus eius accepimus.*

Quis autem potest vel paratus esse ab infirmis iniuriam sustinere quantum saluti eorum prodest et malle amplius iniquitatis aliene perpeti quam id quod perpessus est reddere, omni petenti a se aliquid vel id quod petit, si 15 *habetur et si recte dari potest, vel consilium bonum vel animum dare benevolum, nec se avertere ab eo qui mutuari cupit; diligere inimicos, benefacere his qui oderunt se, orare pro eis qui se persecuntur: Quis ergo hec facit, nisi plene perfecteque misericors? Quo uno consilio* 20 *miseria devitatur, opitulante eo qui ait: Misericordiam volo magis quam sacrificium: Beati ergo misericordes, quia ipsorum miserebitur dominus Deus.* Hec Augustinus.

Hec Augustini sentencia licet videatur quibusdam esse dispendiosa, tamen incutit quibusdam amorem et timorem 25 legis Domini, cum tam magnus homo timuit tam pertinaciter asserere quod ignoravit Dominus confirmare.

CAP. LXII.

Chrysostom: Contrast of Gods forgiveness with man's hate.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Ecce sextum et septimum mandatum legem adimplens, minimum* 30 *apud homines odibiles et invicem odientes qui inimicum odire debere improba voce pronunciare non erubescunt. Quod si iustum fuisset inimicos odire, Deus te inimicum ex gentibus nunquam suscepisset in suam dileccionem. Ille pro te et filium suum per omnia humana passionis* 35 *opprobriis tradidit usque ad mortem, ille te inimicum*

1. B: *volimus.* 8, 9. A: *scribitur — omnia* deest. 9. B: *mirabitur ut hic*; *ib.* A: *admonerentur.* Codd.: *quanta libertatem.* 12. A: *iniurias.* 26. A in marg: *Johannes.* 25. B: *tamen.* 35, 36. Codd.: *pro te et filium — mortem* deest Addidi.

7. Gen. I, 16. 21. Oseae VI, 6. 22. Matth. V, 7. 29. Op. Imp., l. c. p. 803.

Digitized by Google

suum adoptavit, coheredem unigenito suo fecit. Et tu vel nudam dileccionem inimico tuo reddere non vis? Quid tamen mirum si grave illis inimicos amare videatur qui nec amicis suis sinceram conscienciam servant?
5 *Nam cum sit mundus iste scandalis plenus, si amicos suos tantum voluerint diligere, non poterunt invenire quos |*
378[d] *diligant. Hodie enim iste illum offendit in tali re, cras ille istum offendit in re alia, et ita fit ut si decreverit inimicos suos odire necesse est ut odiat omnes et odiatur*
10 *ab omnibus. Vides quia sicut ex ira homicidium nascitur et ex concupiscencia adulterium, sic ex odio inimicorum preciditur eciam dileccio amicorum. Si autem ad tempus sustines eum quasi inimicum, postmodum victum benevolencia tua habebis eum quasi amicum.*

To fulfil Christ's command does more good to us than to our enemies.

15 *Puto quod non tantum Christus pro inimicis nostris ista mandavit quantum pro nobis, non quia illi digni sunt ut diligantur ab aliquo, sed quia nos non sumus digni ut aliquos odiamus. Odium enim est spiritus tenebrarum et ubicunque insederit, sordidat pulcritudinem sanctitatis.*
20 *Ergo non tantum ideo iubet diligere inimicos ut illos diligamus, quantum ut a nobis ipsis quod malum est repellamus. Et ideo non dicam si leseris inimicum sed si oderis eum tantum, tibi amplius nocuisti secundum animam quam illi secundum corpus. Et illi forsitan nihil noces*
25 *odiens eum, te autem ipsum sine dubio ledis. Si autem peperceris inimico, tibi amplius pepercisti quam illi, et si benefeceris ei, tibi amplius benefecisti quam illi.*

Item, commemoro quod superius dixi quoniam ignorantibus mysterium nature humane impossibile videtur
30 *diligere inimicum. Et vere impossibile est quantum ad carnis naturam, quia passionibus subiacet. Quantum autem ad animam, possibile est, quia proprii iudicii est; ideo regere et retinere potest carnem a passionibus. Nunquam enim anima passibilem posset regere carnem, si ipsa*
35 *passionibus esset subiecta. Puto autem, sicut illud quod dictum est: Ego autem dico non concupisces, non loquitur Deus ad carnis naturam que non potest fieri ut non concupiscat quod suum est, sed ad animam que non concupiscere potest. Nam quando quis corporalibus quidem*
40 *motibus excitatur, voluntas autem illius non inclinatur ut faciat opus quod facere instigatur sed stabili proposito,*

15. A: *Poto quod.* 28. A: *Iterum.* 34. A: *passibilem* deest.

Digitized by Google

continencia et bona operacione iusticie irracionabiles corporis motus frangit et si corpore concupiscit, animus eius non concupivit. Si autem consenserit implere, quod cogitatur, tunc vere dicitur animus concupiscere; sed in hoc loco caro quidem inimicum suum diligere non potest, quemadmodum nec est possibile ut iniuriam non senciat sibi illatam. Anima autem inimicum diligere potest, quia dileccio vel odium carnis in sensu est, anime autem in intellectu.

Contrast of body and soul.

Preterea anima quidem secundum racionem vertitur, caro autem invertibilis in passione tenetur, quoniam anima libera et sub principatu Dei est, caro autem captiva et sub principatu diaboli est, sicut et mundus qui in maligno positus est, quoniam et ipsa de mundo est. Quando ergo vocemur ab aliquo etsi odimus eum, non tamen exequimur odium nostrum, considerantes Dei iusticiam, sed magis confringentes motus doloris nostri et benedicimus et benefacimus, cognosce quia caro quidem nostra odit inimicum suum que nocita diligere non potest, anima autem diligit inimicum, alioquin si unusquisque motus carnis sue consideret, nullum bonum facere invenitur, quia omne bonum, adversante carnis natura, contradicentes nobismet ipsis explemus. Deinde qui te innocentem iniuriatur, si incipias considerare quomodo a diabolo possidetur et agitur, quomodo voluntatem suam adimplet per ministerium eius, non solum non irasceris ei sed adhuc misereberis eius; miseracio autem creat affectum. Vis ergo diligere inimicum tuum? Si iniuriam pateris, noli iniuriam presentem aspicere sed considera gloriam quam pro mercede in iudicio consecuturus es. Si equanimiter supportare volueris, si dampnum passus fueris, noli hoc dampnum aspicere sed illud paciencie lucrum. Illis enim totum videtur difficile qui retribucionem non sperant futuri iudicii.

Et benefacite hiis qui oderunt vos. Sciens Dominus quia carnis dileccio ex beneficiis nascitur et nutritur, eciam ubi non fuerit prius, ideo iubet nos benefacere inimicis, ut eorum odia beneficiis nostris compescantur. Si enim dando et accipiendo amicicia nascitur que non

1. B: *bona* deest. 2. B: *motus carnis.* 3. A: *explere.* 11. A: *innectibilis;* ib. A: *quia.* 12. Codd.: *libera est.* 16. A: *Dei* deest. 18. A: *benefaciamus.* 19. A: *odit* deest; ib. A: *nociva.* 22. A: *condicentes.* 26. Codd.: *non* before *irasceris* deest. Addidi. 28. A: *paciaris.*

Digitized by Google

erat prius, consequenter et odium et omnis inimicicia beneficiorum assiduitate compescitur. Ergo benefacite odientibus, ut ex vestra benevolencia ipsi se iudicent, quia iniuste nos odiunt.

5 *Orate pro calumpniantibus vos. Orantes pro inimicis non tantum illos quantum nos commendamus Deo et magis exaudimur pro inimicis orantes quam pro nobis. Qui enim pro se orat non gracie opus exequitur sed nature. Quis enim pro se non orat? Qui autem pro* 10 *inimico suo orat digne exauditur, quia gracie opus exequitur.*

Praying for our enemies brings a blessing on us.

Ut sitis filii patris vestri. In quo enim alio cognoscatur quia filii sumus Dei, nisi fuerimus similes Deo. Filii enim carnales frequenter similant patres in facie 15 *aut in loquela aut in risu aut in aliquo eciam corporis signo, filii autem spirituales in sanctitate; et illi quidem si similes fuerint, laudem nullam merentur, et si dissimiles, nullam vituperacionem, quia non est in potestate hominis qualem accipiat corporis qualitatem. Filii autem* 20 *Dei siquidem similes fuerint, laudandi sunt, si autem dissimiles, nimis vituperandi sunt, quia in potestate uniuscuiusque est mensura faciende iusticie.*

We are known as sons of God by our likeness to our Father.

379* *Si di | ligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Qui amicos diligit propter se diligit, non* 25 *propter Deum; et ideo nullam habet mercedem. Delectat enim eum ipsa dileccio; qui autem inimicum suum diligit non propter se diligit, sed propter Deum. Ideo magnam habet mercedem, quia contradicit motibus suis; ubi enim labor seminatur, illic metitur fructus.*

30 *Estote ergo perfecti, sicut pater vester perfectus est. Qui diligit amicum suum peccatum quidem non facit, iusticiam autem non operatur. Dimidium autem bonum est discedere a malo et non sequi bonum. Perfectum est autem, ut non solum fugiat malum sed faciat bonum.* 35 *Ideo dicit: Perfecti estote, ut et amicos diligatis propter peccatum, inimicos propter iusticiam, quoniam illud de pena liberat, hoc autem ducit ad gloriam. Nec enim perfecta est Dei imago que non per omnia similat Deum.*

8, 9. B: *sed nature* deest. 13. *nisi*: A: *non*. 14. A: *in specie*. 16. A: *sanctitato*. 21. B: *sunt* deest. 26. A: *sua dileccio*. 31. B: *suum* deest. 34. A: *non fugiat*. 36. A: *illud* deest. 37. A: *dicit*. 38. B: *qui non*.

Digitized by Google

Good and bad share alike in God's good gifts and in the evil He inflicts, but to different ends.

Ut sitis filii patris vestri qui solem suum iubet oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Caute posuit dicens super iustos et iniustos, et non super iniustos ut iustos, quia omnia bona Deus non propter omnes homines dat super terram sed propter paucos sanctos. Contentus est enim, ut peccatores contra meritum suum bonis Dei fruantur, ut iusti quam ut iusti contra meritum suum a bonis eius fraudentur. Similiter et quando Deus a peccatoribus irritatur, castigacionem suam non propter omnes homines mittit sed propter solos peccatores, tamen equaliter et iustos tangit quemadmodum et peccatores. Nam quemadmodum in bonis non separat peccatores a iustis, sic nec in malis separat iustos a peccatoribus. In bonis peccatores a iustis non separat, ne separati cognoscant se abiectos esse et desperent de se in malis, iustos a peccatoribus non separat, ne separati cognoscant se electos et glorientur, maxime cum nec malis bona prosunt sed noceant magis, nec bonis mala noceant sed prosunt magis. Nam male viventes dum bona percipiunt, ad preiudicium suum percipiunt et boni dum mala paciuntur, ad lucrum iusticie eius procedit. Hec Crisostomus.

Three reasons for loving our enemies:

1. Obedience to Christ.

Quia finis cuiuslibet doctrine evangelice debet esse caritas ac summus gradus caritatis est diligere inimicos, videtur proficere quod ista materia de diligendo inimicos recencius in memoria habeatur; ideo quidam ex evangelio et sanctis doctoribus adhuc racionem triplicem collegerunt: prima quilibet subditus suo domino debet facere quod dominus ille precipit, dum faciliter illud facere poterit et factum non fuerit contra Deum; sed Christus, Deus homo, hic precipit diligere inimicum, et homo potest illud facere, cum sit operacio voluntatis a Christo et aliis exemplata, ergo homo debet diligere inimicum. Assumptum patet ex vi obediencie Domino faciende. Si enim rex vel terrenus dominus formidatus faciendum precipit et servus suus illud efficiat pre timore, quanto magis, si Christus tale precipiat; revera non videtur excusacio nisi infidelitas qua creditur Christum hoc non precipere vel timoris maioritas qua terrenus dominus summo Domino plus timetur; et quia multi

11. B corrigit: *equanimiter*. 11, 12. B: *quemadmodum — nam* deest. 15, 16. A: *abiectos — separati cognoscant se* deest. 22. A in marg.: *Johannes*. 24. A: *quia* 26. A in marg.: *Triplex racio 1.* 28. A in marg.: *Nota tres raciones quod debemus inimicos diligere si aliquos habuerimus.*

Digitized by Google

in hac fide deficiunt, ideo malis primo pertinenter queritur: *Si ego Dominus, ubi est timor meus?*

Secundo sic: Quilibet in eleccione positus inter duo debet ex naturali racione eligere magis bonum, sed habens inimicum est positus inter duo, vel ut ipsum odiat vel ut ipsum diligat; ergo debet eligere magis bonum; sed ex fide et experiencia magis bonum est diligere inimicum; ergo habens inimicum debet illud eligere et aliud malum dimittere. Quia autem inimici dileccio sit melior quam eius odium, patet multiplici racione. Nam dileccio confert plus anime quam odium quod angustat. Inimici dileccio est medium evidens ut convertat in amiciciam inimicum; et illa victoria est facillima.

2. Loving our enemy is a better course than hating him.

Tercio autem amicicia Dei et supereminencia premii per hoc adquiritur. Quis ergo stultus illud dimitteret, specialiter cum inimicicia momentanea quantumcunque quis potens fuerit parum in delectacione proficiat vindicanti?

3. To love our enemy wins the love of God.

Tercio principaliter arguitur per hoc quod quilibet potens faciliter acquirere sibi beatitudinem et deperdit ipsam gratis propter complacenciam momentaneam est ad dampnacionem racionabiliter increpandus. Sed sic est de illo qui gratis oderit inimicum. Ergo hoc est racionabiliter a quolibet fugiendum. Assumptum patet ex hoc evangelio. Nam per hoc specialiter constituuntur homines Dei filii patris sui, ideo (ut bene notat hic Augustinus) evangelium non dicit quia estis filii patris vestri, ideo diligite inimicos vestros, sed diligite inimicos vestros, ut sitis filii patris vestri. Nec dubium fideli quin aliqui *sint filii, tunc heredes;* cum ergo non possumus esse filii Dei naturales, non superest quomodo possimus esse filii nisi filii imitatorii in moribus vel quod in idem sonat eius filii adoptivi. Sicut ergo est evidencia patri quod quis sit eius filius et mater eius non meretrix, quod ad illum habeat similitudinem naturalem, sic est exemplum in quo Christus falli non poterit quod quis sit eius filius adoptivus, si ipsum perseveranter in moribus imitetur, quia licet gracia predesti-

3. A in marg.: 2. 20. A in marg.: 21. A: *depordat.* 32, 33. B: *quomodo sumus eius filii.*

3. Mal. I, 30.

Digitized by Google

nacionis hominem facit remotum Dei filium, tamen 379ᵇ
sequela Christi in moribus et specialiter diligendo inimicum ipsum digne facit Dei filium actualem; et sicut in hoc mandato convincit racio quod homo racionabiliter faceret quod Christus precipit, sic et in septem 5
mandatis minimis, si quis ponderat racionem. Alie sunt multe demonstraciones ad idem. Sed iste tres sufficiunt pro presenti.

8 AB: *Explicit liber primus. Incipit liber secundus.*

Digitized by Google

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Sequitur in textu evangelii: *Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis est. Cum ergo facis elemosinam, noli ante te tuba canere, sicut ypocrite faciunt in synagogis et vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis; receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosina nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit elemosina tua in abscondito, et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.*

Hitherto we have been taught what to do, here we learn in what manner to do it.

Videtur Augustinum cum Chrysostomo intendere quod hic inciperet capitulum sextum Matthei, quia septem predicta mandata minima, ut loquitur Crisostomus, sequens formam evangelii, sunt connexa. Illa autem sequencia sunt quodammodo separata, quia docent modum quo homo debet doctrinam quam Christus prius docuit adimplere. Ideo Augustinus hic incipiens librum suum secundum de sermone Domini in monte sic loquitur: *Misericordiam, usque ad cuius tractacionem liber primus terminum accepit, sequitur cordis mundicia sive mundacio, unde iste secundus sumit exordium. Cordis autem mundicia est tamquam oculus purus quo videtur dominus Deus cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet quantam eius rei dignitas flagitat, que tali oculo potest conspici. Huic autem oculo magna ex parte mundato difficile est non surrepere sordes aliquas de hiis*

2. A in marg.: ca^{m} 1^{m}. 8. A: *viciis.* 13. A in marg.: *Augustinus et Crisostomus.* 17. A: *seperata.*

1—12. Matth. VI, 1—4. 21. S. Augustini De sermone Domini in monte (Opp. tom. III, p. II), p. 200—202.

Digitized by Google

We must beware of doing good for the sake of praise.

rebus que ipsas bonas nostras acciones comitari solent, veluti est laus humana. Si quidem non recte vivere periculosum est. Recte autem vivere et nolle laudari quid est aliud quam inimicum esse rebus humanis? que utique tanto sunt miseriores quanto minus placet recta hominum vita. Si igitur inter quos vivis recte viventem non laudaverint, illi in errore sunt: si illi laudaverint, tu in periculo eris, nisi tam simplex cor habueris et mundum, ut ea que recte facis non propter laudes hominum vanas facias magisque illis recta laudantibus gratuleris, quibus id quod rectum est placet quam tibi; nisi quia recte vivis, eciamsi nemo laudaret, ipsamque laudem tuam tunc intelligas utilem esse laudantibus, si non te ipsum in tua bona vita, sed Deum honorent, per cuius donum accepisti ut sis bonus cuius sanctissimum templum est quisquis bene vivit, ut illud impleatur quod ait David: In Domino laudabitur anima mea, audiant mites et iocundentur. Pertinet igitur ad oculum mundum non intueri in recte faciendo laudes hominum que falli et fallere possunt et ad eas referre quod recte facis, id est, propterea recte facere aliquid, ut hominibus placeas. Sic enim eciam simulare bonum libebit, si non attenditur nisi ut homo laudet, qui quoniam videre cor non potest, potest eciam falsa laudare. Quod qui faciunt, id est, qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet cor simplex, id est, mundum cor, nisi qui transcendit humanas laudes pro nichilo reputans et illum solum intuetur, cum recte vivit, ei autem placere nititur qui consciencie solus inspector est et iudex et testis fidelis quem latere nichil potest, in cuius conspectu eciam ipsum bonum quod agitur a nobis per Dominum est dampnandum, si remota pietate iudicetur. Timeat igitur sibi vir bonus, ut bonum cum timore Dei agat, de cuius sciencie puritate quidquid procedit tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat.

Men must see our good deeds but this must not be our aim in well-doing.

Cavete igitur, inquit, facere iusticiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis; id est, cavete hoc animo iuste vivere et ibi constituere bonum vestrum, ut vos videant homines: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis regnat, non si ab hominibus

28. A: *cor* omitted. 29. A: *testis fidelis*. 32. A: *vir* deest.

24. Psalm. XXXIII, 2. 36. Matth. VI, 2.

Digitized by Google

videamini, sed propterea iuste vivatis, ut ab hominibus videamini, nam ubi erit quod in principio huius sermonis dictum est: Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam
379c *et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut qui intrant lumen videant et luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra vel lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra vel facta. Sed non ibi finem constituit; addidit enim, et glorificent patrem vestrum*
10 *celestem. Hic autem quia hoc reprehendit, si ibi sit finis recte factorum, id est, si propterea recte faciamus, ut tantum videamur ab hominibus, posteaquam dixit: Cavete autem facere iusticiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis, nihil addidit; in quo apparet non hoc eum*
15 *prohibuisse, ut recte fiat coram hominibus sed ne ideo recte fiat coram hominibus, ut videamur ab eis, id est, ut intueamur hoc et finem nostri propositi collocemus. Nam et Apostolus dicit: Si adhuc hominibus placere vellem, servus Christi non essem, cum alio loco dicat: Placere hominibus*
20 *per omnia sicut et ego per omnia omnibus placeo. Quod qui non intelligunt, putant esse contrarium, cum ille sic dixerit non placere hominibus, quia non recte ideo faciebat, ut placeret hominibus, sed ut Deo ad cuius honorem et amorem corda hominum volebat convertere eo ipso*
25 *quod placeret hominibus. Itaque et non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso ut Deo placeret intuebatur et placendum esse hominibus recte precipiebat, non ut hoc appeteretur tamquam merces recte factorum, sed quia Deo placere non posset, qui non se hiis quos salvos*
30 *fieri vellet imitandum preberet, imitari autem qui sibi non placuerit, nullo pacto quicquam potest. Sicut igitur non absurde loqueretur qui diceret: In hac opera qua navem quero, non navem quero sed patriam, sic et Apostolus convenienter diceret: In hac opera qua hominibus*
35 *placeo, non hominibus sed Deo placeo, quia non hoc appeto sed ad illud me refero, ut me ipsi imitentur, quos salvos fieri volo, sicut dicit de oblacione que fit in sanctos, non quia quero datum sed fructum, id est quod quero*

7. A: *vel lumen vestrum* deest. 10. Augustinus: *qui in celis est.* Sic et A. 19. A: *dicet pla* (sic.) *placere.* 28. B: *appeteret.* 33. A in marg.: *Nota exemplum.* 36. A: *sed ad id refero.*

3. Matth. V, 14; ib. 15. 4. ib. 16. 18. Gal. I, 10. 19. I. Cor. X, 33. 38. Phil. IV, 17.

Digitized by Google

datum vestrum, non hoc quero sed fructum vestrum, id est, commodum vel profectum vestrum, ut scilicet sitis perfecti. Hoc enim indicio apparere poterat, quantum in Deum profecissent, cum id libenter offerrent quod non propter gaudium de muneribus sed propter communionem caritatis que ab eis querebatur. Quamquam cum addit et dicit: Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum celestem, nihil aliud demonstrat nisi id nos cavere oportere, ne humanam laudem pro nostrorum operum mercede queramus, id est, ea nos beatos effici arbitremur. Hec Augustinus.

Our intention must be directed solely to God and His glory.

Videtur istum sanctum vere intendere quod fidelis debet in omni suo opere virtuoso servare tamquam principium ut habeat oculum purum, cor simplex et intencionem rectam, cum multis similibus que in idem sonant, quia aliter non est homo vel sua operacio virtuosa; ideo quidam vocant hanc intencionem rectam aurigam virtutum. Quando enim intencio in Deum directe dirigitur, ut ad eius honorem et nomen glorificandum pure in opere bono de genere operetur, tunc est intencio recta inter Deum et taliter intendentem, et per idem est oculus clarus et cor simplex; quando autem intencio reflectitur ad bonum aliquod creatum ut ad finem, tunc est oculus turpatus, cor duplex et intencio viciata. Peccatur enim in Deum, ac si homo intenderet ipsum non esse finem ultimum; et sic peccat sic duplicatus in animo in se ipsum, quia quicquid bonum quod fecerit inficit in peccatum; et sic peccat, cum decipit laudantes faciendo ipsos falsum credere tamquam verum et quodammodo in ipso adorare diabolum tamquam Deum, cum commendant auctorem sui nominis qui indubitanter est diabolus, ac si foret dominus veritatis.

Danger of hypocrisy.

De isto ergo principio virtutum debemus colere cavendo ypocrisim, quia nichil est quod magis displicet veritati; et istud attenderent scolastici et milites qui plus laborant pro suo mundano nomine extollendo istud. Secundo attenderent partes novorum ordinum que plus laborant pro excellencia sua secte et tercio attenderent ad hoc postponentes legem Domini, quia cum lex sua

4. B: *libenter facerent.* 6. A: *que* deest; ib. B: *quamvis.* 8. B: *qui in celis est.* 12. A in marg.: *Johannes.* 33. A in marg.: *1.* 37. A in marg.: *2.* 38. A in marg.: *3.*

7. Matth. VI, 2.

Digitized by Google

debite executa maxime placet sibi, patet quod obliquantes ab ea in leges alias, de tanto obliquant intenciones suas in vicium, ac si in Domino ponerent maculam et impedirent radium gracie sese et ecclesiam illustrare; et per hoc potest intelligi Apostolus et eciam Augustinus.

CAP. II.

Chrysostom: How the devil lays a snare for us even in our good works.

Crisostomus super isto textu sic loquitur: *In superioribus Christus mandavit tibi diligere inimicos et benefacere eis. Vides autem quia in ipso beneficio laqueus*
379[d] *diaboli latebat inclusus | qui bonorum operum solet perdere fructum, nam vana carnis natura quemadmodum primum difficilis est ad benefaciendum, ita etsi benefecerit facilis est ad iactanciam boni operis; propterea in hac parte nos instruit dicens: Attendite vobis ne elemosinam vestram faciatis coram hominibus, ut bonum vestrum non ad ministerium vanitatis proficiat sed ad usum salutis, quod autem pre omnibus viciis carnalibus periculosius esse in hominibus intellexit, hoc caucius mandat dicens: Attendite ne elemosynam vestram coram hominibus facitis, quoniam omnia pene mala servos diaboli vexant. Concupiscencia autem vane glorie non solum servos diaboli sed eciam servos Dei et viros fideles impungnant, magis autem servos Dei quam servos diaboli. Ubi enim res agitur gloriosa, ibi facilius invenit locum glorificacionis occupacio. Attendite. Quid attendemus? Locum secretum ubi homines non sunt? Sed quid prodest si in loco homines non fuerint, in corde autem fuerit cogitacio vana? Melius ergo ut in corde non sit cogitacio vana quam ut homines non sint in loco. Si ergo cor nostrum attendere debemus, non oculis carnalibus aspicere sed sensu vigilare necesse est circa cor. Invisibilis enim est serpens et lubricus quem servare iubemur et latenter in sensus ingreditur et seducit. Ideo enim non potest caro sordida aspicere sed anima munda. Sicut enim in loco mundo et specioso si modica sordes fuerit, de longe apparet, si autem ipse locus sordidus fuerit quantum stercoris ibi iacet, non apparet. Nec enim potest requiri*

8. A in marg.: *Crisostomus.* 25, 26. B: *gloriacionis.*

8. Op. Imp., l. c. p. 805.

Digitized by Google

si est ibi aliquid stercoris, ubi totum est stercus. Sic et in corde mundo si surrepcio inimici successerit, mox cor suum homo rectus discernit, quia a spiritu alieno pulsatur.

The soul must be partly purified to perceive the peril.

Si autem cor fuerit iniquitatis plenum, suggestionem diaboli in se non facile intelligit. Quomodo enim introitum eius intelligat qui semper sub eo est? Ideo autem premisit dicens: Ne irascaris, ne concupiscas, ne iures, ne malum pro malo reddas, ne odias proximum tuum, quoniam qui malis omnibus subiectus est, cor suum non potest attendere nec intelligere diaboli seduccionem in eo, quia in veste candida macula cito apparet.

Nigra autem vestis etsi tota sordida fuerit, non cito apparet; et quomodo non potest fieri ut coram hominibus elemosinam nostram faciamus, ut facientes non senciamus si presente aliquo occurrerit pauper, quomodo detur ei absconse; nam etsi non videtur quod datur, tamen videtur quia datur, ducendo eum secrete. Sed considera quia non dixit tantummodo Non coram hominibus faciatis, sed addidit Ne coram hominibus faciatis, ut videamini ab eis. Qui ergo non ideo facit, ut ab hominibus videatur, etsi coram hominibus fecerit, tamen non videtur coram hominibus fecisse; ergo etsi sic facere elemosinam non est possibile, ut nullus videat aut senciat, tamen eo proposito facere ut non ab hominibus videatur est possibile; dicit enim Dominus: Sic luceat lumen vestrum, ut videant homines opera vestra bona. Sicut ergo accensa lampas non potest abscondi, sic nec opus iusticie potest celari: ergo non elemosina ingrata est ante Deum que hominibus visa fuerit, sed que ideo facta est, ut ab hominibus videatur, ut puta omnis homo qui aliquod opus facit cuius causa facit quod facit in corde suo, illius aspicit et personam. Ecce facis epistolam ut aliquem salutes amicum, quamdiu scribis semper in corde tuo amici illius vides personam propter quam scribis epistolam.

Item, artifex tenens opus in manu semper eum pre oculis suis habet qui ei opus commisit faciendum, dum cogitat quomodo illud facere mandavit, sic et qui propter Deum elemosinam facit, neminem videt in corde suo nisi

2. *mox;* A: *mor.* 10. B: *suggestionem.* 15. A: *sed presente.* 24, 25. A: *quod dicit enim.* 25. A: *et lumen.* 26. A: *bona* deest. 27. A: *si nec;* ib. A: *non potest.* 32. A in marg.: *1.* 35. A in marg.: *2.*

25. Matth. V, 16.

Digitized by Google

personam Dei tantummodo propter quem facit; ideo etsi evenerit, ut quibusdam presentibus faciat, tamen animus eius homines illos non videt, etsi ipse videatur ab eis; nunquam transisti per viam aliquid cogitans et a multis quidem hominibus visus es, ipse autem nullum vidisti intendens in id quod cogitabas; quia animus sine corpore apud se ipsum potest videre quod cogitat, corpus autem sine animo nichil potest videre. Ergo similiter et e contrario potest fieri ut quis eciam nullis presentibus elemosinam faciat et tamen presentibus hominibus videatur fecisse; ut puta qui propter homines elemosinam facit, id est, qui desiderat ut ab hominibus videatur semper in corde suo personas hominum videt; ideo etsi evenerit ut faciente eo nullus sit presens, tamen coram hominibus fecisse videtur, quia cor eius semper personas hominum videbat, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum.

The question is whether we are thinking of man's approval or of God's.

Et mandatum dat et penam proponit ut vanitatem humanam etsi non amor iusticie teneat vel saltem timor dampni refrenet. Scit enim vanitatibus subditam esse carnis naturam, quia omnis homo quantum ad carnem delectatur hominibus apparere. Non enim potest fieri ut caro nata de vanitate non sit vanitatis amatrix, nec dominus ammoneret nos, ut ne coram hominibus faciamus nisi sciret omnes homines velle coram hominibus facere. Quis
380a *mandat alicui ne forniceris nisi quem intelligit | esse lascivum? Quis mandat alicui: Nolite inebriari nisi quem ebriosum esse cognoscit? Sic et ammonicio Christi de fugienda vanitate demonstracio est vanitatis humane. Attamen mandat quia etsi caro vana vanitatem desiderat et terrena condicio gloriam suam querat in terra, quia non potest terrestris natura gloriam desiderare celestem, tamen anima que de veritate nata est potest fugere vanitatem terrenam; caro anime subiecta est, non anima carni, caro adversus animam certare potest, vincere non potest, nisi ipsa anima consenserit, ut vincatur; anima autem adversus carnem et certat et vincit, ergo qui plena quidem voluntate propter homines facit, ille propter homines fecisse videtur. Super cuius autem cor cogitacio quidem vana ascendit desiderans hominibus apparere, anima autem*

The command is given as a restraint upon vanity, to which the flesh always tends.

4. B: *numquid.* 5. A in marg.: *Nota.* 7. B: *sine ipso.* 19. A: *vel saltem* deest; ib. A: *ut timor.* 25. A: *faciamus facere;* B: *placeremus facere.* 30. A: *canitatem.* 34. A: *subiectata.* 35. A: *venire.*

Digitized by Google

intelligens vanis cogitacionibus contradixit et repulit concilium carnis, ille propter homines fecisse non videtur, quia secundum carnem quidem voluit, secundum autem animam noluit et quod cogitavit passio carnis est, quod elegit iudicium anime. Nam propter vanam carnis concupiscenciam dicimus elemosinam factam esse ingratam, nullum bonum hominis potest esse acceptabile ante Deum, cum nullum bonum libere homo facere potest, sed semper contra malas concupiscencias carnis certando faciamus bonum. Quis autem est homo castus? numquid qui non concupiscit? Absit sed qui concupiscenciam vincit. Quis est mansuetus? Numquid qui non irascitur? Absit sed qui refrenat iracundiam suam. Sic non ille propter Deum videtur facere elemosinam, qui humanam gloriam non concupiscit sed qui humanam gloriam anime contradiccione confringit. Alioquin in omni opere bono non habemus mercedem nisi malis contrariis urgeamur per carnem. In omni enim opere bono scandalum diaboli iuxtapositum est, sicut scriptum est de demonibus: Iuxta semitam scandalum posuerunt mihi, ut ipsum bonum non sit securum et solum sed iuxta malum positum, semper temptatum sit et probatum. Sicut enim ubicunque fuerit triticum, necesse est ut inveniatur et illic ʒiʒannia, sic et ubicunque fuerit bonum Dei, illic erit scandalum inimici. Quid igitur proposuisti facere elemosinam? Sed ascendit super cor tuum velle hominibus apparere. Numquid debes subtrahere manum tuam ut ne des locum vane cogitacioni, dicens apud te: Melius est non facere bonum, ne tantum inveniar prope homines facere? Absit sed perficere opus tuum, ne dum vis cogitacioni vane resistere perdas opus tuum. Veniat tibi in mentem quod dominus ait tritico et ʒiʒanniis: Sinite utraque crescere usque ad messem, ne eradicantes ʒiʒannia eradicetis simul et triticum. Triticum est voluntas bona quam seminavit Deus in homine, ʒiʒannia est cogitacio mala quam diabolus seminavit per carnem. Cum ergo omni voluntati bone adhereat desiderium malum, si volueris malam cogitacionem tuam ad plenum tollere simul tollis et opus bonum; nam et ipse diabolus cum concilio seminavit ʒiʒannium suum in tritico

We must not refrain from doing good out of fear lest it should be tainted with wrong motive.

1, 2. A: *ocilium.* 8. A in marg.: *Nota.* 21. Recte: *si solum.* 20. A: *mihi* deest. 25. A: *improposuisti.* 29. B: *perfice.* 38. B: *opus tuum.* 39. B: *eo consilio;* ib. B: *ʒiʒanniam suum.*

19. Psalm. CXXXIX, 6. 32. Matth. XIII, 30.

Digitized by Google

Dei; ut aut certe zizannia eius suffocent triticum Dei aut si quis voluerit zizannia tollere, simul eradicet et triticum Dei. Numquid et continens aut virgo mox cum concupierit iam cecidit? tantum plena voluntate non concupiscat, ut velit implere concupiscenciam suam. Si autem ex necessitate carnis concupivit et contradixit concupiscencie sue, non peccavit sed magis gloriosior factus est, quia vincit tamquam non fuisset pulsatus. Quid ergo dicit Scriptura? Sine ut maturescant utraque, id est, adimple opus tuum et tunc duc ad perfectum; et sic illa quidem vana cogitacio quasi zizannium exsiccatur, id est, solvitur et evacuatur et perit. Bonum autem opus quasi triticum manet; nam sic intelliges si ex voluntate tua fuerit illa vana concupiscencia aut ex necessitate carnis; si ex voluntate tua fuerit, doles si te facientem elemosinam nullus aspexerit; si autem gaudes, postea quia elemosina tua in silencio acta est, scito quia concupiscencia tua non fuit ex animo tuo sed ex necessitate carnis, et ideo quasi zizannium aruit; sic et continens concupiscenciam suam probare potest si ex animo eius est quod concupivit; si postquam transierit concupiscencia, voluntatem habet peccandi; si autem gaudet quia non prevaluit adversus eum concupiscencia sed confuse recessit, intelligat quia zizannium fuit ex necessitate carnis natum et non fuit anime eius voluntas. Hec Crisostomus.

CAP. III.

Chrysostom's agrecment with Augustine.

Videtur istum sanctum conformiter ad Augustinum intendere quod cavenda sit prudenter vana gloria in operibus bonis de genere et quod homo culpabiliter consentit peccato, si sedato appetitu carnali consenciat in mente, et talis vel perpetrat malum vel exequitur ad ipsum in opere perpetrandum; et de hoc degauderent fideles qui sepe ex carnis concupiscencia sunt temptati et illa cessante dolent de ipsa et statim habent animum nullum tale facinus operandi, igitur (ut dictum est superius) absit quod quelibet talis concupiscencia sit

1. B: *zizannie.* 2. A: *et* deest. 3. B: *Numquid continens.* 4. B: *dum plena.* 5. Codd.: *ut ne.* 10. A: *tunc* deest; B in marg.: Addit. 11. B: *zizannia* 15. A: *fuit.* 16. A: *aspexit.* 20. A: *quod concupivit* deest. 27. B: *sanctum* deest; A in marg.: *Johannes.* 28, 29. B: *in operibus suis.* 30. Codd.: *nisi sedato.* 32. A: *de hoc* deest.

Digitized by Google

dampnanda, cum concupiscencia | licet oriatur ex mente 380b
humana, tamen racio quoad commissionem sceleris contradicit.

Men's praise is but a poor reward.

Exequitur autem Crisostomus exposicionem predicti sub hiis verbis: *Alioquin*, inquit, *non habebitis mercedem apud patrem vestrum. Quid enim a Deo recipies, qui nichil Deo dedisti? Nam quod propter Deum fit Deo datur et a Deo recipietur; quod autem propter homines fit in ventos effunditur et a nullo operatur. Quid est enim hominum laus? quasi ventorum transeuncium sonus. Et cessarunt homines loqui et perdidit fructum suum, quia propter homines fecit, ut ab eis laudaretur; que est autem sapiencia res dare et verba vacua comparare aut certe mercedem Dei contempnere in perpetuum manentem in celis et fugitivos hominum sermones eligere? Melius est enim non facere quam propter homines facere. Qui non facit etsi in celo non invenit vel saltem super terram nihil perdit; qui autem propter homines facit et in terra perdidit et in celo non invenit. Vel illum aspice a quo laudem expectas. Quid sentit de te? Ideo te laudat, quia propter Deum te facere putat; si autem intelligeret quia propter eum facis, non te laudaret sed magis vituperaret. Quid ergo illi placere festinas qui si te aliquando intellexerit deridebit? Sic ergo est homo qui propter homines facit bonum, sicut mercenarius malus qui infra tempus locacionis sue comedit omnes mercedes suas; cum autem tempore completo recesserit, nudus egreditur. Sic ergo vacuus vadit ad Deum qui mercedem bonorum operum suorum accipere desideravit in seculo.* Hec Crisostomus.

God's approval must be our chief aim.

Videtur istum sanctum plane contempnere vanam gloriam. Oportet tamen verba sua in ista sentencia sane intelligi. Videtur enim quod concipit istam preposicionem *propter* intelligere causam finalem principalem, ita quod sic sentenciet quod nemo debet facere quantumcunque bonum opus de genere primo et principaliter propter laudes hominum; et quia quicunque fideles volunt istud concedere, cum acceptant istud tamquam

2. A: *commiscionem*. 4. A in marg.: *Crisostomus*. 5. A: *habebis*. 9. B in marg.: *Quid est laus hominum?* 11. A: *et* deest before *cessarunt*. 13. A: *autem* deest. 19. A: *perdidit*. 24. A: *ergo* deest; B in marg.: Addit. 33. A in marg.: *Johannes*. 35, 36. A: *quodcunque*. 38. A: *attemptant*.

5. Op. Imp., l. c. p. 807.

Digitized by Google

principium, quod Deus est causa finalis prima et ultima cuiuslibet creature et per consequens cuiuslibet operis humani. Tales autem evasiones sophistice non excusant ab eo peccatum inanis glorie sed oportet palpare intencionem sic inaniter operantis, si plus movetur ex appetitu laudis humane vel apparencia sanctitatis sic facere vel ex sincero amore quem habet ad Deum; et ex veritate que est in multis manibus convinci potest quod laus hominum vel apparencia sanctitatis que est ypocrisis plus movet eum ad taliter operandum quam sincera dileccio Dei sui. Mixtio autem talis finis secundum varios gradus est vere culpabilis; ideo fidelis debet clarificare suum propositum quod fit sincere et principaliter propter Deum et dolere de mixtione intencionis culpabilis. Non tamen video quin erecta principali intencione in Deum licet gaudere cum moderamine de laude humana et quod alii ex tali opere docentur et exemplantur plus Deum diligere. Aliter enim Christus non doceret Matthei V, 16: *Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est.*

If it is so we may desire moderately that men should approve.

Ecce quod lux vite meritorie prelatorum debet esse patula aliis ad exemplandum vitam et merita subditorum, et cum illi subditi possunt meritorie laudare suos prelatos in isto, videtur quod licet illis prelatis de talibus meritis congaudere. Sed videat sic gaudens et glorians quod retorqueat totum perfecte ad gloriam Dei et non inaniter prosiliat in excessum laudis proprie quod est satis facile. Ideo notaret sic arguens verbum ultimum huius textus: *Et glorificent patrem vestrum qui in celis est*, sic videlicet quod patens ostensio bonorum operum fiat sincere et principaliter ad Dei gloriam adquirendum. Ideo securum videtur quod homo exprimat Dei gloriam et suppeditet cum verbis veris laudem propriam, dicens quod si bonum quicquam fuerit, Deus accomodavit sibi virtutem et graciam ad taliter faciendum; et certus est quod defective vel culpabiliter fecit tam in opere quam in modo. Et per talia vera verba servari potest Dei gloria et propria gloria vana excuti; nimia tamen foret presumpcio vel excusare nos omnimode in talibus a peccato

We must desire that their approval may make them glority God.

2. B: *cuiuslibet.* 4. B: *ab hoc;* ib. A: *peccato.* 12. A: *est varie.* 19. A: *diceret.* 38. A: *serenari.*

Digitized by Google

vel propter surrepentem talem superbiam diaboli omnino omittere bonum agere.

Still more danger of vain glory is in tournaments and scholastic exercises.

Si igitur in operibus bonis de genere lateat peccatum inanis glorie, quanto magis in operibus secularibus que sunt mala de genere, ut in hastiludiis et tornamentis militum, in disputacionibus et actibus scolasticis clericorum. Nec habet excusacionem hoc verbum fictum a pluribus quod ex talibus operibus nedum contingit evenire sed veniunt multa bona, quia (ut sepe dictum est) sic eveniunt ex temptacione diaboli gracia adiuvante, et tamen diabolus peccat graviter sic temptando. Videat ergo fidelis si in tota fide scripture talis operacio et laudis adquisicio implicite vel explicite sit edocta. Christus enim edocuit suos apostolos non exercitare se in talibus factis scolasticis; et tamen eorum doctrina fuit salubrior et ecclesie fructuosior quam predicacio cuiuslibet graduati; ideo non est nisi excusacio in peccato quod quidam se fingunt velle taliter magistrari ut verbum auditum ab eis habeat plus honoris et sciant efficacius obviare hereticis. Nam vite sanctitas in predicante plus honorificat et sermonem suum autenticat quam gradus aliquis magistralis, et doctrina apostolica non contenciosa sed | devitativa plus proficit ad con- 380e
vincendum hereticum quam quantumcunque prolixa disputacio quantumcunque fuerit capciosa.

Limits of apostolic example.

Sed hic regarriunt superbi improbantes racionem istam: Non (inquiunt) legitur quod apostoli habuerunt caput et barbas rasas, sicut nos utimur, nec dixerunt horas canonicas, ut nos facimus, nec servarunt ieiunium, vestimenta vel ritus in celebrando, sicut nos facimus, ergo omnia talia sunt illicita.

Quis stultus nescit quin istud non sequitur? sed hic oportet fidelem notare humiliter capcioso quomodo aliqua sunt docta implicite in sua specie vel suo principio et aliqua explicite in suo individuo. Tunc dicitur quod supposita quacunque tali cerimonia virtuosa vel licita illa fuit docta per apostolos in suo principio. Nam si principium fuit Paulo quod omnia secundum ordinem fiant, dum tales ritus fuerint ordinati, docentur in isto principio.

10. A: *evenit*. 14. B: *docuit*. 19. B: *auditum ab eis* deest. 23. A: *de devitativa*. 26. A in marg.: *Obieccio*. 29. A: *leminum* (sic) *vestiva vestimenta*. 32. A in marg.: *Responsio*. 34. B: *docta* deest. 37. A: *suo* deest.

Digitized by Google

Ceremonies must be subordinate to obedience to God.

Sed hic est cavendum principium quod magis bona et utiliora homini non ab ipso temere postponantur; quidam enim plus ponderant tales ritus qui licite dimitti poterunt quam mandatum Domini vel observanciam mandatorum. Et in isto devio est catheclismus errorum. Servemus ergo consuetudines licitas introductas, sed non tam sedule ut virtutes, sed si virtutes requirunt ipsas omitti vel in aliquo variari, debemus hoc facere propter vite observanciam virtuose; et non ponamus vim tantam in istis cerimoniis, sicut fecerant pharisei et faciunt hodie isti novi ordines introducti. Ideo videtur quibusdam quod ad ipsos consequitur quedam pronitas ad ypocrisim committendam. Nam desponsacio sua cum habitibus et aliis suis tradicionibus dicit cum phariseo Luce XVIII, 11: *Deus tibi gracias ago, quod non sum sicut ceteri hominum.* Nisi enim ipsa plus proficerent eos quam libertas talium que est in secta Christi, superflue tam stricte et sub tanta pena ab illis ordinibus servarentur. Ideo dicunt blaspheme, sicut oportet eos dicere quod secta sua est perfeccior secta Christi; et ex ista heresi germinant alie nimis graves. Menciuntur quintupliciter, sicut mentitus fuerat phariseus. Nam sunt raptores per mendacium de mendicacione Christi, sunt homicide pro defensione sui ordinis, sunt adulteri spirituales, quomodocunque fuerit de adulterio corporali, quia dimittendo libertatem legis Domini sunt cum suis vanis tradicionibus desponsati; et quantum ad duas observancias quod ieiunant bis in sabbato et quod decimas dant de tempore in medio noccium vigilando, patet alibi quod ista ficticia est plena ypocrisi.

Hypocrisy of the orders.

CAP. IV.

Augustine.

Augustinus autem prosequitur textum sequentem evangelii sub hiis verbis: *Cum facis elemosinam,* inquit, *noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt in synagogis et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Noli,*

8. B: *debemus ergo facere.* 10. A: *pharisei* twice. 16. B: *perficerent.* 21. B: *magis graves.* 25. A: *quocunque quomodocunque;* ib. A: *de alterio.* 32. A in marg.: *Augustinus.*

32. S. Augustinus, De sermone Domini in monte, l. c. p. 202.
33. Matth. VI, 2.

Digitized by Google

A hypocrite is one who acts a part.

inquit, *sic velle innotescere sicut ypocrite. Manifestum est autem ypocritas non quod oculis pretendunt hominum id eciam corde gestare. Sunt enim ypocrite simulatores tamquam pronunciatores alienarum personarum sicut in fabulis theatricis. Non enim qui agit partes Agamemnonis in tragedia verbi gracia sive alicuius alterius ad historiam vel fabulam que agitur pertinentis, vere ipse est, sed simulat eum et ypocrita dicitur. Sic in ecclesia vel in omni vita humana, quisquis se vult videri quod non est, ypocrita est. Simulat enim iustum, non exhibet, quia totum fructum in laude hominum ponit, quam possunt eciam simulantes percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni et ab eis laudantur. Sed tales fuci ab inspectore cordis Deo mercedem non accipiunt, sed fallacie sue supplicium: quare? quia ab hominibus, inquit, receperunt mercedem suam, temporalem et vanam ad ipsorum perdicionem. Rectissime autem eis dicetur: Recedite a me filii mortis, filii inquam eterne dampnacionis, operarii dolosi; aliam enim quam meam gloriam quesistis, perditi estis, quia ante tempus floruistis; nomen meum habuistis sed opera mea non fecistis. Illi ergo perceperunt mercedem suam, qui non ob aliud elemosinam faciunt, nisi ut glorificentur ab hominibus: non si glorificentur ab hominibus, sed ideo faciunt ut glorificentur, sicut superius tractatum est. Laus enim humana non appeti a recte faciente, sed sequi debet recte facientem, ut illi proficiant, qui eciam imitari possunt quod laudant, non ut hic putet aliquid eos prodesse cum laudant.* Hec Augustinus.

Prevalence of hypocrisy.

Videtur autem hunc sanctum intendere quod ypocrite fundantur in falsitate, cum appetunt videri quod non sunt; et cum sit summe odibile veritati que est Christus, patet quantum Christus odit ypocrisim; et hinc dicit Crisostomus, falsitatem ypocriticam reprobando: aut apparere quod | es aut esto quod appares. Ypocrite autem 380[d]
utrumque odiunt, quia deficeret eis in utroque falsitas qua affectant. Cum autem ypocrisis inducitur ex summa cautela diaboli, pauci vel nulli sunt viventes vitam

1. A in marg.: *De elemosinariis — De ypocritis.* 5. Codd.: *Agammonis.* Correxi. 6. B: *qui ad.* 10. A: *simulat* twice. 18. A: *eterne* twice. 22. A: *ab aliud.* 23, 24. A: *non si — sed* deest. 26. A: *appetit.* 28. A: *aliquid eis.* Recte: *eos sibi prodesse quem.* 30. A in marg.: *Johannes.*

17. Matth. VII, 23.

Digitized by Google

completam quin ista culpa sint aliqualiter maculati. Mundani autem se induentes ex ceca superbia sunt quasi ludentes in ludo theatrico, aliqui ut reges, alii ut angeli, et alii ut tortores; et breviter quilibet status viancium habet a diabolo suam paginam ad ludendum. Religiosi nostri tamen habentes paginam angelorum decipiunt plures suis vestibus et ceremoniis quas observant; potentes seculi qui presunt tyrannice ludunt paginam tortorum, et reges terre ac magnates seculi ludunt simulatorie ludos regum.

Crisostomus autem sic exponit hunc textum: *Tu ergo cum facis elemosinam, noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt. Vere enim subresponsor est qui propter homines facit; aliud enim habet in corde, aliud monstrat in opere. In facie quidem propter necessitatem hominum facit et videtur misericors, in corde autem propter suam gloriam agit et est vane glorie mercator.* Chrysostom.

Tuba enim est omnis actus vel sermo per quem operis iactancia demonstratur, ut puta qui quando videt aliquem presentem facit elemosinam; aliter autem non facit; hec tuba est, quia per hoc eius iactancia predicatur. The trumpet means any way of advertizing ourselves.

Item, qui intercedente aliquo facit elemosinam, ubi autem non est intercessor non facit. Consuetudo hec mala tuba est.

Item, qui si viderit honestiorem personam qui potest referre dat ei, obscuro autem et alligato passionibus pauperi nichil dat, et hec tuba est, eciamsi in loco secreto fecerit, eo tamen proposito, ut laudabilis videatur, primo quia fecit, secundo quia absconse fecit ipsa absconsio; tuba est elemosina eius et quicquid aliud fecerit homo, per quod aut apparet aut vult apparere quia fecit, tuba est, quia per illud ipsa elemosina dum fit clamat de se.

Item, non tantum locus nec actus secretus servandus est, sed magis voluntas secreta, nam in omni actu corporali diabolus fraudem facere potest. In sola consciencia non potest fieri dolus, quia hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Numquid non intelligit homo esse se vanum, eo quod ab hominibus vult videri? Sed cogitur

1. A: *complettam.* 11. A in marg.: *Crisostomus.* 13. A: *ubi subresponsor;* B: *surresponsor.* 15. A in marg.: *1.* 19. A: *ut* deest. 22. A in marg.: *2.* 25. A in marg.: *3.* 26. A: *Obstruccio et alligato;* B: *obstracto.* 28. A: *primum.* 30. B: *illius.* 33. A in marg.: *4.*

11. Op. Imp., l. c. p. 807.

Digitized by Google

amare quod intelligit vanum. Quid miserius quam natura humana? Omne animal potest amare quod sibi intelligit bonum, solus homo quod intelligit malum amare cogitur et odire quod intelligit bonum, quia duas habet adversantes in se naturas, quod enim carni placet anime displicet, et quod anime placet carni displicet, ut sicut ait Job: Omnis vita nostra temptacio est; quod si omnis vita nostra temptacio est, omnis vita nostra et lucrum est. Hec Crisostomus.

Hypocrisy of the orders.

Videtur istum sanctum conformiter ad priorem redarguere acute et plane ypocrisim, et ita videtur ex suis principiis quod maior pars signorum sensibilium, quibus religiosi nostri utuntur, potest per ypocrisim trahi ad partem diaboli qui regulat istum ludum. Magna quidem sanctitas videtur ostendi quod religiosi nostri surgunt in medio noctis ad psallendum Deo devocius, quando frigus est sepe asperius, et mundani sunt in suis cubilibus plus quieti; et tamen potest contingere ex hac ypocrisi subtiliori cautela diaboli quod campane quibus nostri ypocrite vocant suos socios ad suam paginam celebrandum sunt tube quibus ypocrite canunt ante ipsos, ut suam indicent sanctitatem, et potest contingere ex superiore cautela diaboli quod tales religiosi in hoc noctis silencio sint circa facta invida et lubrica occupati, et ita regula quam sibi instituunt sit occasio ut peccent Deo manifestus plus vel ante.

The bells that ring for their matins may be 'trumpets'.

Christ set an example of spending the night in prayer, but only occasionally.

Nec valet evidencia: Si Psalmista dicit Psalmo CXVIII, 63: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*, ergo claustrales debent regulariter tunc surgere ut concinant matutinas, quia illud quod convenit uni complexioni, uni etati vel uni tempori, dissonat complexioni vel etati contrarie, et sicut stat cum dicto Psalmiste, dissonaret pro alio tempore sibi ipsi. Christus enim erat pernoctans in oracione, ut dicit evangelium, et nocte alia non sic fecit; sed longe maior foret evidencia instar Christi quem oportet sequi, si volumus salvi fieri, in oracionibus pernoctare.

We should pray at fitting times,

Non valet ergo ypocrisis pro vendicacione sue vigilie nocturne in campanis pro medio noctis silencio sic

3. A in marg.: *Nota.* 10. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *sanctum* deest. 12. A: *et maior pars.* 18. A: *quod hac.* 30. A: *quod illud;* B in marg. sup.: *quando orand (um).* 32. B: *Psalmista.*

8. Job. 7, 1: *Militia est vita hominis.*

Digitized by Google

pulsare, ymmo quelibet hora, cum Deus sit universalis dominus temporis, est valde sufficiens ad Deum laudandum corde simplici, et specialiter hora diei in qua devoto auditorio poterit plus prodesse iuxta illud Psalmi LIV, 17: *Vespere, mane et meridie annunciabo;* et alibi: *Benedicam Dominum in omni tempore; semper laus eius in ore meo.* Expedit ergo quod Spiritui Sancto oracio pro quocunque meritorio opere dicitur et oracione duce in medio noctis surgere ad psallendum et expedit alias ipsam tunc temporis reticere. Ideo quia ista trahi debent in consequenciam, videtur nature et Sancto Spiritui repugnare, et idem reperies in aliis religiosorum observanciis regulariter custoditis.

which vary with our needs and conditions.

Augustinus autem sub hiis verbis prosequitur sensum textus: *Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra tua* 381a *quid | faciat dextera tua. Si,* inquit, *intellexeris sinistram infideles dici, videbitur nulla esse culpa placere velle fidelibus, cum prorsus nichilominus in quorumlibet hominum laude fructum et finem boni operis constituere prohibeamur. Quod autem ad id pertinet ut te imitentur, quibus recta facta tua placuerint non tantum fidelibus sed eciam infidelibus exhibendum est, ut laudantes bonis operibus nostris Deum honorent et veniant ad salutem. Si autem sinistram inimicum putaveris, ut scilicet nesciat inimicus tuus, cum elemosinam facis, cur ipse dominus inimicis suis Judeis circumstantibus et potenter misericorditer saciavit homines? cur apostolus Petrus sanato eo quem ad portam speciosam debilem miseratus est eciam iras inimicorum in se et in alios Christi discipulos pertulit: Deinde si non oportet scire inimicum, cum elemosinam faciamus, quomodo cum ipso inimico faciemus ut illud impleamus preceptum: Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, et si sicierit, pota illum?*

Augustine. The left hand does not mean 'the unbelieving' or 'our enemy',

Tercia solet esse carnalium opinio tam absurda et ridenda, ut non eam commemorarem nisi expertus essem non paucos eo errore detineri, qui dicunt nomine sinistre uxorem signari, ut quoniam in re familiari tenaciores

nor does it mean 'the wife'.

5. A: *LVII.* 7. Codd.: *quod* deest. Addidi. 10. B: *primum tunc temporis;* ib. B: *quod ista trahi debent.* 15. A: *non sciat.* 16. A: *sinistra.* 20. *ad id;* codd.: Addi. Correxi. 25. A: *cum ipse dominus.* 26. A: *et potenter* deest. 32. A: *si inquit.*

6. Ps. XXXIII, 1. 14. De sermone Domini in monte, l. c. p. 202. 15. Matth. VI, 3. 27. Act. III, 2. 32. Prov. XXV, 21; Rom. XII, 20.

Digitized by Google

pecuniarum solent femine esse, lateat eas, cum aliquid misericorditer egenis impendunt viri earum propter domesticas lites. Quasi vero soli viri christiani sunt, non hoc preceptum eciam feminis datum est. Cui enim sinistre iubetur femina occultare opus misericordie sue? An eciam 5 *vir sinistra erit femine? quod absurdissime dicitur. Aut si quispiam putat invicem sibi sinistros esse, si ab altero ita erogetur aliquid de re familiari, ut sit contra alterius voluntatem, non erit christianum tale coniugium, sed necesse est ut quisquis eorum elemosynam facere voluerit,* 10 *ex precepto Dei, quemcunque adversum habuerit inimicus sit precepto Dei et ideo inter infideles deputetur: preceptum est autem de talibus, ut bona sua conversacione aut moribus sanctis lucrifaciat uxorem infidelem maritus fidelis vel maritum infidelem mulier fidelis, quapropter* 15 *non sibi debent occultare opera bona sua quibus imitandi sunt ab invicem ut alter alterum possit ad fidem christianam et communionem invitare. Nec furta facienda sunt, ut Deus promereatur. Quod si occultandum est aliquid quamdiu alterius infirmitas equo animo non potest sustinere,* 20 *quod cum non iniuste atque illicite fit, non tamen ipsam nunc sinistram significari tocius capituli consideracione facile apparet, in qua simul invenietur quam sinistram vocet.*

The meaning is clear, if we consider the whole chapter.

Cavete, inquit, *iusticiam vestram facere coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habe-* 25 *bitis apud patrem. Generaliter hic iusticiam nominavit, deinde particulariter exsequitur. Est enim pars aliqua iusticie opus quod per elemosinam fit; et ideo connectit dicendo: Cum igitur facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt in synagogis et vicis, ut* 30 *glorificentur ab hominibus. Ad hoc respicit quod superius dicitur: Cavete facere iusticiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis. Quod vero sequitur: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, ad illud respicit quod supra posuit: Alioquin mercedem non habebitis apud patrem.* 35 *Deinde sequitur: Te autem faciente elemosinam. Cum dicit: Te autem, quid aliud dicit quam Non quomodo illi? Quid igitur iubet mihi? Te autem faciente, inquit,*

4. B: *femininis.* 14. A: *ac moribus;* ib. A: *sanctis* deest; ib. A: *lucrifacio;* ib. A: *infidelem* deest; B in marg.: Addit. 15. A: *infidelem;* B in marg.: Addit. 18. A: *imitare;* B: *mutare.* 18, 19. B: *ut Dominus.* 22. A: *signari.* 32. B: *dicitur* deest. 38. B: *Quomodo illi videtur.*

24. Matth. VI, 1. 29. ib. 2. 32. ib. 3. 36. ib. 4.

Digitized by Google

elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Ergo sic illi faciunt ut sciat sinistra eorum quid faciat dextra eorum. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris. In illis autem hoc culpatum est, quod ita faciunt, ut laudes hominum querant. Quapropter nichil consequencius sinistra videtur significare quam ipsam laudis delectacionem. Dextera vera signat intencionem implendi precepta divina. Cum itaque consciencie facientis elemosynam miscet se appeticio laudis humane, fit sinistra conscia operis dextere: Nesciat igitur sinistra tua quid faciat dextera, id est, non se misceat consciencie tue laudis humane appeticio, cum in elemosina facienda preceptum divinum contendis implere, ut sit elemosyna tua in abscondito. Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conciencia que oculis humanis non potest demonstrari nec verbis aperiri? Quandoquidem multi multa menciuntur. Quapropter si dextera intrinsecus agit in abscondito, ad sinistram pertinent omnia exteriora que sunt visibilia et temporalia. Sit igitur elemosina tua in ipsa consciencia tua, ubi multi elemosinam faciunt bona voluntate, eciamsi pecuniam vel si quid aliud quod inopi largiendum est non habeant. Multi autem foris faciunt et intus non faciunt qui vel ambicione vel alicuius rei temporalis gracia volunt misericordes videri in quibus sola sinistra operari existimanda est.

The left hand is the love of praise; the right hand, the desire to fulfil God's bidding.

Item, alii sunt qui quasi inter utrosque locum tenent, ut et intencione que in Deum est elemosinam faciant; et tamen inserat se huic optime voluntati nonnulla eciam laudis vel cuiusque rei fragilis et temporalis cupiditas. Sed Dominus noster vehemencius prohibet solam sinistram in nobis operari, quando eciam misceri eam prohibet operibus dextere, ut scilicet non modo sola temporalium rerum cupiditate caveamus elemosinam facere; sed nec in
381b *hoc opere attendamus Deum ut sese mis | ceat vel adiungat exteriorum appeticio commodorum. Agitur enim de corde mundando, quod nisi fuerit simplex, mundum et purum non erit. Simplex autem quomodo erit si duobus dominis serviat nec una intencione rerum eternarum purificet aciem suam, sed eam mortalium quoque fra-*

No earthly motives must mix with our wish to obey God.

3. B: *culpabilis est.* 10. B: *consciam.* 16. A: *multi mala.* 18. Codd.: *pertinet.* 22. A in marg.: *1.* 26. A in marg.: *2;* B in marg.: *3;* ib. A: *utroque.* 29. B: *cuiuslibet.* 35. A: *adiugat.*

15. Matth. VI, 4.

Digitized by Google

giliumque rerum amore obnubilet? Sit ergo elemosina tua in abscondito, et pater tuus qui videt in occulto reddet tibi. Rectissime ergo omnino et verissime. Si enim premium ab eo expectas qui consciencie solus et verus testis et inspector est, sufficit tibi ad promerendum premium ipsa consciencia. Multa latina exemplaria sic habent: Et pater tuus qui videt in abscondito reddit tibi palam, sed quia in Grecis que priora sunt non invenimus palam, non putavimus hinc aliquid disserendum esse. Hec Augustinus.

Chrysostom: The right hand is the will of the soul; the left the will of the flesh.

Crisostomus autem sic loquitur: *Te autem faciente elemosinam etc. Iam dudum signavimus hec omnia ad animam dici non ad carnem quod hic sermo manifeste declarat. Alioquin quantum ad corpus quomodo fieri potest ut nesciat sinistra quid faciat dextera, cum ambe manus in adiutorium sibi invicem sunt create ut altera alteri aministret, nec cito inveniatur opus quod una manus sine altera possit implere, sed secundum (quod diximus supra) dextera manus est et voluntas anime semper ad bonum contendens: sinistra autem voluntas carnis semper ad malum Deo contraria; nesciat ergo voluntas carnis quid faciat voluntas anime. Quando enim voluntas est nobis faciendi elemosinas propter Deum, voluntas autem anime est dextra nostra manus: si nobis subeuntem voluntatem vanam, ut ab hominibus videamur, id est voluntatem carnis et manum sinistram represserimus, nescit sinistra voluntas quid faciat dextra. Si autem subeunti huiusmodi voluntati vane consenserimus, coniunximus sinistram voluntatem dextre et dextram sinistre, et notum fecimus sinistre quod dextra operabitur.*

Others interpret the right hand to mean the faithful; the left, the unbelievers.

Aliter interpretantur apostoli in libro canonum qui est de episcopis, dextera est populus christianus qui est ad dexteram Christi; sinistra autem omnis populus qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit ne christianum elemosinam facientem qui est dextra infidelis aspiciat qui est in sinistra. Christianus autem si christianum viderit elemosinam facientem non est contra Dei preceptum quoniam ambo dextra sunt.

9. A in marg.: *Crisostomus de elemosina;* ib. in textu S. Augustini: *disserendum.* 16. A: *altera* twice. 17. A: *ut cito.* 18. B: *nec* extinct *est.* 20. A in marg.: *1.* 23. B: *autem* deest. 24. A: *nos.* 31. A in marg.: *2;* ib. A: *interpretentur.* Rectius: *sicut interpretantur.*

11. Op. Imp., l. c. p. 807.

Digitized by Google

Sed sit elemosina tua in absconso, non tantum in abscondito loco, quantum in abscondito consciencie. Nam si anima inter claustra bone voluntatis inclusa sit, corporales actus nostros abscondere possumus, si autem anima per vanas et varias cogitaciones fuerit evagata, nihil prodest actus corporales abscondere, quia sic abscondimus ut amplius publicemus.

Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi in manifesto. Vide quia absconsum cordis, non loci signat. Deus enim in absconso cordis est, non in absconso loco. Considera autem quia non ideo voluit nos Deus in absconso facere, ut non appareat opus nostrum, alioquin quando dicit: Sic luceat lumen vestrum ut videant homines opera vestra et magnificent patrem vestrum qui in celis est. Sed ut ipse illud ostendat, nam gracius est omne bonum quod a nobis absconditur a Deo autem ostenditur; nam si tu te ipsum ostendas pauci sunt qui te laudant, id est, qui non intelligunt quod tu latere poteris; qui autem intellexit, vituperat magis, non laudat; si autem Deus te ostendat, nemo vituperat, nisi forte malus, cui displicet bonus. Impossibile est enim ut bonum opus hominis in abscondito dimittat Deus, sed in hoc seculo manifestat eum et in illo glorificat, quia gloria Dei est. Sicut autem opus mali hominis ad gloriam diaboli est, in eo enim malicie eius virtus ostenditur, sic et opus bonum gloria Dei est, in eo enim gracia eius ostenditur. Sicut ergo diabolus qui suggerit malum fieri, ipse manifestat malum, ut puta, ipse suggerit adulterium facere et ipse manifestat adulterium, ipse suggerit homicidium et ipse publicat homicidium, sic Deus qui dat bonum fieri publicat omne bonum in manifesto, id est, in seculo illo, quia hic merces iusticie manifesta non potest esse, puta pro bono opere, si te fecerit divitem quoniam hic non solum boni sed eciam mali divites sunt, magis autem mali quam boni, ideo merces iusticie in divitibus non apparet, si tibi tradiderit filios et filias eorum, eciam in hiis bonis indifferenter boni et mali inveniuntur, et ideo iusticie merces non potest esse manifesta, et omne bonum quod est in hoc seculo desiderabile inter bonos et malos commune est, ideo si bonis datum fuerit, non apparet; illius

In secret: that is in the secret place of the heart.

God's rewards are not made manifest here.

6. A: *considera igitur autem.* 18. A: *potueris.* 22. A in marg.: *Nota.* 33. Codd.: *si te ferit dimittere.* 34. A: *autem* twice. 36. A: *tibi* deest.

13. Matth. V, 16.

Digitized by Google

autem seculi bona non sunt communia inter bonos et malos sed tantum bonorum, ideo cuicunque illic benefecerit Deus, manifestum est quod pro mercede iusticie sue meruit illud bonum nisi forte sic in hoc mundo reddat in manifesto faciens eum omnibus manifestum et glorificans eum, ut omnes cognoscentes eum Dei | hominem esse, 381[c] venerentur eum. Aut si secundum opera estimetur et status bonorum istius mundi, ut puta multi incurrunt mala et boni et mali in seculo isto.

The same gifts from God may be rewards or punishments according to the recipient.

Unde intelligimus quis temptatur in eis quasi bonus et quis punitur quasi malus secundum opera. Si cuius opera videmus bona, scimus quia temptatur quasi iustus, cuius autem mala dicimus, quia punitur in eis quasi peccator, sic et bona mundi videmus et peccatores habere interdum et iustos: propterea secundum opera est manifestum, quia malus quidem si bona in hoc mundo fuerit consecutus, dicimus quia nutritur hic iniquitas eius, ut illic intereat gravius, si autem bonus, dicimus, quia reddidit eis Deus mercedem iusticie eius. Hec Crisostomus.

CAP. V.

Augustine.

Augustinus autem sic prosequitur textum evangelii: *Cum oratis, non eritis sicut ypocrite, qui amant stare in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Neque enim hic videri ab hominibus nefas est sed ideo hec agere ut videaris ab hominibus; et non superfluo hec eadem tocies repetuntur et dicuntur, cum sit iam una regula custodienda qua cognitum est, non si hoc sciant homines, formidandum esse aut fugiendum, sed si hoc animo fiant ut fructus in eis expectatur placendi hominibus. Servat eciam ipse Dominus eadem verba, cum adiungit similiter: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam, hinc ostendens id se prohibere, ne ea merces appetatur, qua gaudent stulti huius vite dulcedine detenti, cum laudantur ab hominibus et gaudent falsis honoribus. Dulcedo autem huius vite ad tempus indulcat fauces per delectacionem sed postea terminabitur*

2. A: *ideoque cuicunque.* 7. A: *aut secundum*; B: *aut sicut secundum.* 9. B: *hoc seculo.* 15. A: *propter.* 21. A in marg.: *Augustinus.* 22. A: *Et cum oratis.* 24. A: *Neque inquit.* 26, 27. B: *vel dicuntur.* 28. A: *sic hec sciant.* 32. B: *id* deest. 33. B: *ut ea merces.*

21. De sermone Domini in monte, l. c. p. 204. 22. Matth. VI, 5.

Digitized by Google

in amaritudinem, et hoc forte sempiternam. Hec Augustinus.

Every hypocrite is a thief.

Videtur istum sanctum innuere quod ypocrita procedens ad manducandum vel quicquam aliud faciendum est apud Dominum fur et latro, quia capit indebite alienum. Nam secundum evangelium ex vana laude recepit mercedem suam, et cum hoc petit amplius vel de laude vel mendicacione vel utraque, et cum hoc facit incognite quoad homines, patet conclusio. Et signanter dicitur, appetere inanem gloriam, quia illa gloria nichil sibi proficit pro presenti et pro tempore quo fructus de gloria reciperet metet penam; et ideo omnimode talis gloria est inanis, quia caret fundacione in immobili veritate, ut antiqui considerarant quod, nisi celum contineat speram terre et Deus contineat ipsum ultimum celum, aliter totus mundus fluctuaret in vacuo infinito. Sic laus humana vel quicunque actus animi nisi fundetur in prima stabili veritate indubie est vacuum vel inane; cui ergo prodesset talis gloria que pascit virtutem peccabilem sub racione qua peccat? revera cum finis illius sit peccatum (quod est secundum philosophos quasi nichil) non potest subterfugi quin talis gloria sit inanis.

Vanity of earthly glory.

Chrysostom: The excellence of prayer.

Unde Crisostomus super isto textu sic loquitur: *De oracione nobis est sermo quam solam quasi spirituale tributum anima offert Deo de visceribus suis. Omnem enim iusticiam quam facit homo, per potenciam suam facit et de potencia sua profert. Solam autem oracionem secundum fidem suam facit et ex fide sua profert. Vis autem scire quam preciosa sit oracio; nulla iusticia thymiamati assimilatur nisi oracio sola, sicut in revelacione ostenditur quomodo magnus angelus ante conspectum altaris processit, habens in manu thuribulum incensi odoramentorum et dictum est ei: Iste sunt oraciones sanctorum. Sicut enim thymiama bene confectum delectat hominem odorantem, sic oracio iusta suavis est ante Deum. Vis autem scire dignitatem eius, mox ut de ore eius processerit, suscipiunt eum angeli in manibus*

3. A in marg.: *Johannes.* 4. B: *mendicandum.* 6. A: *una aude.* 8. A: *ulrumque.* 10. A: *vanam gloriam.* 13. A: *in* deest. 14. A: *consideraverunt.* 24. A in marg.: *Crisostomus.* 28. A in marg.: *De oracione.* 29. A: *et* deest. 31. Codd.: *thumaniati.* 37. A: *apud Deum.*

24. Op. Imp., l. c. p. 808. 34. Apoc. VIII, 3; V, 8.

Digitized by Google

suis et offerunt ante Deum, sicut dicit archangelus ad Tobiam: Ego sum qui obtuli oracionem tuam ante Deum. Vis autem scire virtutem eius? Oracio trium puerorum fecit ut ignis ardens non adureret eos sed delectaret, ut flamma quidem videretur in specie, umbraculum autem esset in opere suo; quanto gloriosa est, tanto caute servanda est, ne propter homines facta vilescat. Qui amant in synagogis orare. Putas quia in sinagoga vetat orare in conventu hominum? Sed eo proposito in conventu hominum vetat orare ut videatur a conventu. Alioquin in conventu fidelium orare est laudabile, sicut dictum est in ecclesiis: Benedicite Deum. Et iterum: Adorate Dominum in aula sancta eius. Puto autem et hoc non ad locum refert Dominus, sed ad propositum orantis, quoniam qui sic orat ut ab hominibus videatur, illius mens non Deum aspicit sed homines qui sunt ibi; et videtur sibi in medio multorum orare. Ille talis quantum ad propositum suum in synagoga orat; eius autem orantis mens solum Deum aspicit, si in illa hora est mens eius quasi habeat nullum circa | se, quia illius mens nullum videt, quoniam propter 381[a] *neminem orat; et ideo quamvis in synagoga orat, tamen in secreto apud se videtur orare; deinde ut orans nichil novum faciat quod aspiciant homines; nec quis voce clamet, ut audiatur ab aliis, nec expandat manus ut phariseus in templo, ut videatur a multis, neque pectus suum aperte percuciat sed absconse sicut publicanus in templo, neque impudenter oculos tollat ad celum, ut notabilis fiat, et ita quem nemo eciam audit clamantem, nemo aspicit tale aliquid facientem, eciam inter multos sanctos in secreto est. Et in angulis platearum. Non dixit In plateis sed In angulis platearum: ut ne si in plateis oraverint quasi simulatores religionis vituperentur sed in angulis, ut videantur absconse orare. Astuta vanitas. Sciunt enim quia hoc ipsum absconse orare laudabilius est; et ideo fingunt se abscondere, ut dupliciter laudentur, primo quia orant, secundo quia absconse orant et amplius se manifestant per hoc ipsum quod se abscondunt. Dic ypocrita quid vis ut videaris orans? Nonne quia laudabilis res est orare? Ut quid ergo non vis esse laudabilis qui vis*

To pray in order to be seen of men is to degrade prayer.

2. A: *tuam* deest. 9. B: *conventum.* 20. B: *contra se.* 27. B: *ut nobilis fiat.* 37. A: *propter hoc ipsum.*

2. Tob. XII, 12. 12. Psalm. LXVII, 27; XXVIII, 2.

Digitized by Google

ut lauderis? O insana vanitas! esse nolunt quod desiderant apparere. Amen dico vobis perceperunt mercedem suam. Unusquisque ubi seminat ibi metet, et quod seminat hoc metat. Propter homines orant, nonp ropter Deum; sic et ab hominibus, non a Deo laudantur; mendaciter orant, cum non orant, et mendaciter laudantur cum non sunt laudabiles, spem vacuam religionis vendunt et verbum laudis vacuum emunt. Sicut oracio eorundem Deum non delectat, sic nec laus hominum ipsos adornat; quod enim in verbo positum est, tamdiu est quamdiu dicitur verbum; cum autem finitum fuerit verbum, finitur et bonum quod positum erat in verbo. Hec Crisostomus.

Et sequitur in textu: *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.*

Augustine: The 'chamber' is the heart, which must be closed against importunate thoughts.

Super quo Augustinus: *Que sunt ista cubicula nisi ipsa corda que eciam in Psalmo signantur, ubi dicitur: Que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini? Et claudentes ostia orate, ait, patrem vestrum in occulto. Parum est intrare cubicula, si ostium pateat cogitacionibus importunis, per quod ostium ea que foris sunt improbe se immergunt et interiora nostra appetunt et confundunt. Foris autem esse diximus omnia temporalia et visibilia que per ostium, id est, per carnalem sensum in cogitaciones nostras penetrant et irruunt, et turba variorum phantasmatum orantibus obstrepuit et irrepunt et fructum oracionis auferunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali sensui resistendum, ut oracio spiritualis dirigatur ad dominum patrem nostrum celestem et impetret quod fit, cum intimis cordis nostri pure oratur pater in abscondito. Et pater, inquit, vester, qui videt in abscondito, reddet vobis. Et hoc tali clausula terminandum fuit: non enim hoc monet nunc ut oremus, sed quomodo oremus, neque enim superius ut faciamus elemosinam, sed quo animo faciamus, quoniam de corde mundando precipit quod non mundat nisi una et simplex intencio in eternam vitam solo puroque amore sapiencie.* Hec Augustinus.

8. A: *Deum* deest. 16. A in marg.: *Augustinus*. 21. B: *cogitacionibus* deest. 23. A: *esse* deest. 27. B: *auferant*. 37. A: *ad infernum*.

13. Matth. VI, 6. 16. S. Augustini, De sermone Domini in monte, p. 204. 19. Psalm. IV, 5; Matth. VI, 6.

Digitized by Google

CAP. VI.

Chrysostom: Others may be present when we pray if they are of one heart and mind with us.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Tu autem cum oras. Tu qui vis ut exaudiaris, non ut videaris, qui esse vis laudabilis non apparere; qui in auribus Dei loqueris, non hominum. Intra in cubiculum tuum et claude ostium tuum. Ut nemo sit ibi nisi tu qui oras et ille quem oras et ut quid tecum sit alter preter eum quem necessarium habes. Testis enim orantem gravat, non adiuvat, quia Deus oracionibus non exigitur sed placatur. Alterum dico alterius cordis. Qui autem eiusdem sunt cordis etsi multi fuerint oratores unus sunt, quia unus spiritus in omnibus illis est, sicut dictum est: Omnium autem credencium erat cor unum et anima una. Melius enim spiritualiter intelliguntur ad animas. Cubiculum enim est cor vel intellectus interior, id est, spiritualis, sicut scriptum est Psalmo IV°, 5: Qui dicitis in cordibus vestris etc. Ostium autem eius est sensus carnalis exterior per quem omnia bona vel mala super animam intrant, sicut in Canticis ex persona ecclesie Sapiencia dicit: Ecce dilectus meus pulsat ostium: Aperi mihi soror mea et proxima mea. Pulsat autem Christus hominem christianum aut per scripturas divinas aut bonas cogitaciones super cor eius inducens, et iste qui suscipit eas aperit Christo. Qui autem expellit, claudit; iubet igitur, ut anima interiorem ingrediatur intellectum quando orat, ut nichil cogitet nisi de quo orat et quem orat, ut claudat ostium sensus sui carnalis, ut omnes cogitaciones carnales et sollicitudines mundi foras excludat. Si autem orans de carnalibus rebus cogitaveris, non introisti interiorem intellectum nec clausisti ostium sensus; et ideo tacite cum cogitacionibus superfluis anima loquens oracionum perdit tempus. Secundum hoc et illud superius intelligi potest. In media autem synagoga orat qui in medio multitudinis malarum cogitacionum orat undique mundialibus sollicitudinibus circumdatus. Quando enim orans cogitas de uxore, de filiis, de mancipiis, | de domo, de possessionibus, de pecoribus, de milicia, de lucro, de capsis, (et alia sunt* 382a

2. A in marg.: *Crisostomus.* 4. B: *que in.* 6. A: *sit tibi.* 8. A: *enim* deest. 12, 13. B: *Multitudinis autem credencium.* 19. A: *esse dilectus.* 25. A: *quoniam orat.* 32. Codd.: *et* deest. Addidi. 35. A: *Qui enim.* 36, 37. A: *de peccoribus.*

2. Opus Imp., l. c. p. 809. 3. Matth. VI, 6. 12. Act. IV, 32. 19. Cant. V, 2.

Digitized by Google

innumerabilia que super cor incaute orantis ascendunt) putas modica tibi videtur hec synagoga malorum. Omnes enim iste varie species cogitacionum diversi sunt inmundi spiritus. Quomodo ergo non in media synagoga oravit anima tua, quando tot secum inmundos spiritus habuit spectatores et colloquentes? possumus et intelligere quod ostium domus os est corporis ut non clamosa voce oremus Deum sed desiderio tacito. Nam ex clamosa oracione multa mala nascuntur, maxime hec tria, primum quia qui clamose orat non Deum ubique credit esse et absconsa audire; et ideo Deum honorat qui absconse orat, primo quia orat, secundo quia credit Deum absconsa audire, sicut et audit. Nam Deus voce non clamosa pulsandus est, quia non est vocis auditor sed cordis.

The 'door' is the mouth; we are to pray with silent longing, not clamorously.

Evils of praying alond.

Secundum autem malum est quod misteria secretarum peticionum tuarum quas forte non oportebat alterum scire preter te et Deum in auribus bonorum hominum et malorum audienda committis et non solum non audiris a Deo quia indisciplinate orasti, sed ab hominibus derideris, quibus absconsa tua manifestasti.

Tercium vero malum quia clamose orans alterum iuxta te non permittis orare. Vocibus enim tuis rapis sensum illius ad tuos sermones, et ideo non solum non exaudiris, quia male oras, sed adhuc peccatum colligis, dum orare alios non permittis. Sic igitur ora sicut audisti in libro Regum Annam orantem que figuram portabat ecclesie, de qua quidem est dictum: Labia eius movebantur, vox autem eius non audiebatur. Et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi palam, ut tunc cognoscant homines quid orasti, cum viderint te accepisse quod orasti. Hec Crisostomus.

Chrysostom seems not to approve of elaborate music.

Videtur istum sanctum parum vel nichil commendare cantum organicum vel subtilem sed pocius condempnare, quia distrahit a cogitacione mentali supracelestium tam cantantem quam eciam populum audientem; et cum non fundatur in fide scripture sed evidencius eius oppositum, videtur quod iste modus fuit ex cautela diaboli introductus. Non enim sequitur: Patres legis

5. B: *habuerit.* 7. A: *et non.* 9. A in marg.: *Nota mala ex oracione clamosa. 1.* 11. A: *primum.* 12. A: *solummodo quia;* ib. A: *eum absconsa.* 15. A in marg.: *2;* ib. A: *est* deest. 21. A in marg.: *3.* 25, 26. A: *libro Regnorum.* 29. A: *et tunc.* 31. A in marg.: *Johannes.*

27. I. Reg. I, 13.

Digitized by Google

This and many others modern fashions do more harm than good.

veteris canebant in diversis organis in templo Salomonis, ergo christiani debent hodie sic cantare; nec sequitur: Si rudes distantes laici per hoc quandoque excitantur ad devocionem, ergo modus ille est adeo observandus; et sic dicitur de pulsibus campanarum, de cantibus chororum et multis aliis ut fides hodie introductis, de quibus est probabile quod per accidens quandoque proficiunt, sed est evidencius quod pluribus viantibus magis obsunt. Et sic dicitur de usibus orandi, horis canonicis et primis ac aliis celebracionibus limitatis. Quandoque enim proficiunt et quandoque officiunt. Ideo oracio et modus orandi quem Christus in hoc evangelio limitat debet a cunctis catholicis observari et alius modus sensibilis secundum artem humanam introductus debet secundum racionem et proficiendi experienciam moderari.

When our minds wander at prayer we are talking with the devil and offering an insult to God.

Videtur autem hunc sanctum racionabiliter evitare quod cogitacio hominis orantis circa impertinencia occupetur, quia cum diabolus temptat animam ad hec temporalia, videtur quod sit prope animam vel illapsus anime sic oranti, et ultra videtur quod anima attencius loquitur cum ipso diabolo quam cum Deo. Sed quis non dubitat quin Deus ex tali tergiversacione offenditur? Quando homo debet humiliter a Deo petere sibi necessarium ad salutem, divertit ab ipso et loquitur cum diabolo de impertinentibus maximo inimico. Manifestum videtur quod hic sit culpanda Dei irrisio. Et hoc videtur insinuari per illud Ezechielis VIII, 16: *Introduxit me in atrium domus Domini interius et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum et altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes ad templum Domini et facies ad orientem et adorabant ad ortum solis.* Isti autem viginti quinque viri qui solem ydolatrie adoraverunt videntur figurare universitatem sacerdotum cesaris superborum, quia constat quod viginti quinque qui resultat ex ductu quinarii in se ipsum bene signat numerum superborum. Isti autem habent dorsa sua ad Deum et stant in ostio templi Domini, quia sunt ypocrite in confinio sensibilium et temporalium, et sensibilia mundo respiciunt, et (ut dicit propheta) hec et multa similia sunt abho-

3. A in marg.: *Nota pro cantu.* 6. A: *chororum* twice. 10. *et primis;* A: *pne.* 12. B: *quam Christus.* 33. A: *ydolatre;* B correxit. 35. A: *ex dictu.*

Digitized by Google

minacio magna, quia deridere hominem, dicendo sibi Racha, est dignum secundum evangelium magna pena; quanto magis deridere Deum modo quo dictum est et in ista historia figuratum.

Our priests like those of Baal think God needs arousing.

5 Et hec creditur racio quare in tanta sacerdotum multitudine non proficit ecclesia oracionibus sicut olim. Videtur enim tam oratores quam conductores incurrere istam infidelitatem quod Deus non meminit facti sibi placentis vel iuste vite, nisi clamantes fortiter 10 ipsum provocarent ad taliter largiendum. Quod videtur figuratum in quadringentis sacerdotibus Baal, de quibus III Regum XVIII, 27. Quibus Helias dixit illudendo: *Clamate voce maiore. Deus enim vester est, et forsan cum alio loquitur aut in diversorio aut* 15 *in itinere aut certe dormit, ut excitetur.* Cum ergo talia sint heretica et impossibilia de Deo vero, videtur quod omnis clamor talis cleri nisi de quanto recte excitat devocionem ad Deum devocius exorandum est omnino superfluus, et specialiter si impediat 20 oracionem interioris hominis quam evangelium hic precipit. Christus autem videtur parum curare de 382b templi edificio sumptuoso | et sic de basilicis ab ypocritis in ecclesiam introductis (ut patet Matthei XXIV et Joh. IV°). Talia autem sensibilia mundo splendencia 25 videntur aperire ostium domus orantis et introducere in suum cubiculum inimicos; ideo dicit Christus Joh. IV, 21, Samaritanis allegantibus quod Jerosolimis est locus in quo adorare oportet: *Venit hora et nunc est, quando viri adoratores adorabunt patrem in spiritu et* 30 *veritate, nam et pater tales querit, qui adorent eum.* Nunc autem mundus sensibilibus est sic deditus quod plus attendit quod habeat oraciones novas, cantus subtiles et locum splendentem quam quod habeat oraciones antiquas et circumstancias quas Christus precipit in 35 hoc loco. Et excusent militantes qui sciverunt de hoc peccato infidelitatis inficiente oraciones ecclesie, quia ego hoc nescio sed credo quod hoc peccatum est principium demoni docenti populum, ut postponat magis bonum et sibi utile et preponat minus bonum plus splendidum 40 quoad mundum, seduced multos terrenos in ecclesia militante.

Christ cares not for sumptuous churches,

the love of which leads many astray.

4. A: *ista* twice. 7. A: *videtur nisi.* 8. B: *meminerit.* 16. B: *sunt.*

23. Matth. XXIV, 2.

Digitized by Google

CAP. VII.

Augustine: The heathen thought God's will could be changed by much speaking.

Sequitur in textu Matthei: *Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: Scit enim pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum.* 5

Super quo Augustinus: *Orantes,* inquit, *nolite esse multiloqui sicut ethnici; arbitrantur enim quod in multiloquio suo exaudiantur a Domino; sed non ita est. Sicut ypocritarum est prebere se exspectandos in oracione, quorum fructus est placere hominibus, ita et ethnicorum,* 10 *id est, gentilium in multiloquio est putare se exaudiri. Et revera omne multiloquium a gentilibus venit qui exercende lingue pocius quam immutando animo dant operam. Et hoc nugatorii studii genus eciam ad Deum prece flectendum transferre conantur, arbitrantes sicut hominem* 15 *iudicem verbis adduci in sentenciam. Nolite itaque similes illis esse, dicit unus et verus magister vester; scit enim pater vester quid vobis necessarium sit, antequam petatis ab eo. Si enim verba multa ad id proferuntur, ut instruatur et doceatur ignarus, quid eis opus est ad rerum* 20 *omnium cognitorem cui omnia que sunt eo ipso quo sunt obediunt et loquuntur, seseque iudicant facta et ea que futura sunt artem sapienciamque non latent, in qua sunt et que transierunt et que transitura sunt omnia presencia et non transeuncia.* 25

Objection: Why pray at all.

Sed cum pauca verba eciam ipse dicturus est quibus nos doceat orare, queri potest cui vel hiis paucis verbis opus sit ad eum qui scit omnia antequam fiant et novit ut dictum est quid nobis necessarium est antequam petamus ab eo. 30

Answer: 1. We do not pray by words but thoughts, and the Lord's prayer tells us what to think of.

Hic primo respondetur non verbis nos agere debere apud Deum, ut impetremus quod petimus sive volumus sed rebus quas animo gerimus et intencione cogitacionis cum dileccione pura et affectu simplici. Et res ipsas verbis nos docuisse dominum nostrum quibus memorie 35 *mandatis eas ad tempus orandi recordaremur.*

Sed rursus queri potest, si verbis orandum sit quid opus sit ipsa oracione, si Deus iam novit quid nobis

6. A in marg.: *Augustinus.* 10. Codd.: *ita est ethnicorum.* 13. B: *quam mutando.* 20. B: *quid enim opus est.* 29. A: *sit* pro *est* before *antequam.* 35. Codd.: *sive verbis.*

2. Matth. VI, 7—8. 6. S. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 205.

Digitized by Google

necessarium sit, nisi quia oracionis intencio cor nostrum serenat et purgat capaciusque efficit ad accipienda divina munera que spiritualiter nobis infunduntur. Non enim ambicione precum exaudit nos Deus qui semper paratus est dare lucem suam nobis non visibilem sed intelligibilem et spiritualem. Sed nos non semper parati sumus accipere; cum inclinamur ad alia nescio que inania et rerum temporalium cupiditate tenebramur. Fit igitur in oracione conversio cordis ad eum, qui semper dare paratus est si nos captamus quod dederit, et in ipsa conversione purgacio interioris oculi, cum excluduntur ea que temporaliter cupiebantur, ut acies simplicis cordis ferre possit lucem simplicem divinitus sine ullo occasu aut commutacione fulgentem nec solum ferre, sed eciam manere in illa, non tantum sine molestia, sed eciam cum quodam ineffabili gaudio quo vere ac sinceriter beata vita perficitur.

2. In earnest prayer our hearts are cleansed, and thus we are enabled to receive the gifts which God is always offering.

Sed eciam considerandum nobis est que nos orare ille preceperit per quem, et discimus quid oremus et consequimur quod oramus. Hec Augustinus.

Ex isto dicto huius sancti possunt capi multa notabilia tam superioribus quam inferioribus ecclesie annotanda. Videtur enim primo quod iste sanctus intendit (ut sepe alias) quod omnia que fuerunt vel erunt sunt Deo presencia; videtur secundo quod iste sanctus concedit (ut sepe alias) quod omnia que evenient de necessitate evenient; et sic non foret orandum a viatoribus nisi de quanto oracio ipsos faceret disposiciores ut suscipiant lumen Dei; et videtur tercio quod moderni in oracionibus prolixis et novis se et alios magis contaminant. Christus enim Deus et homo dicit quod sunt duo extrema culpabilia; unum penitus non orandi et aliud communius Deum prolixius et indebite exorandi. Magister autem optimus dat nobis virtuosum medium inter ista. Et videtur quod nos ex tradicione humana magis excedimus in hoc extremo, cum magis prolixi sumus in oracionibus ut gentiles et magis parum attendimus ad vitam Christi et opera ut ipsum virtuosius
382c imitemur. |

Augustine teaches: 1. that all things past and future are present to God; 2. that all things happen of necessity as they are ordained; 3. that we injure our souls by prolix prayers.

Quis rogo vel papa vel alius scit si in oracionibus sumus magis prolixi et in operibus exemplatis a Christo

Modern prelates say that the longer the

14. A: *nec solet.* 17. A: *nobis* deest. 20. A in marg.: *Johannes.* 23. A in marg. infer.: *Nota quod omnia que fuerunt vel erunt sunt Deo presencia.* 25. A in marg.: *Nota quod omnia que evenient de necessitate evenient.* 29. A in marg.: *3.* 35. A: *Secundo cum;* B: *Secundo* erased.

Digitized by Google

prayers the better.

They allege that Christ spent night in prayer.

By the same rule we should go 40 days without food.

magis pauperes. Scio quidem quod moderni satrape innituntur isti monstruoso principio, cum oracio bona de quanto est longior sive prolixior de tanto est melior, allegantes illud evangelii quod Christus fuit pernoctans in oracione. Sed sciant isti deliri quod hoc principium debet ex Christi sapiencia moderari cum opera oracione tali meliora necesse sit hic a viatoribus fieri in mensura. Nec valet probacio qua evangelium dicit Christum in oracionibus pernoctare, quia sic dicit evangelium quod Christus ieiunavit quadraginta diebus et noctibus sine cibo vel potu. Numquid nos debemus Christo in istis propterea coequari? Apostoli nescierunt istam sequelam Domini nec in oracione nec in ieiunio. Que igitur stulticia foret nos ignaros dimittentes salubrius tantum in magis inutili immorari? Et istud germen diaboli in ecclesia patencius inolevit, quando quidem papa (ut fertur) construxit oracionem brevem novam et concessit duo millia annorum ipsam certo modo dicentibus dum confessi fuerint et contriti et vendicat quod istud sit credendum ut fides catholica. Sed rogo cum stat ecclesiasticos eciam papam in ista prolixitate orandi deficere, que evidencia racionis quod in ista prolixitate non excedunt medium virtuosum. Numquid racio vel exemplum captum ab apostolis hoc concludit? Scimus quidem quod stat papas et alios canonizatos ab ecclesia in hoc excessu notabiliter peccavisse. Non autem presumimus in materia tam nobis ambigua regulariter diffinire sed unum nobis videtur quod magis debemus intendere bone vite et operi, et tunc Deus nos docebit secundum regulam Christi quantum debemus in oracionibus taliter immorari.

Evil example of Pope Bonifacc.

Chrysostom: The heathen make long prayers because they address helpless Gods.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Videamus*, inquit, *quos orant gentiles ut sciamus quare sic orant; orant demones qui etsi audiunt exaudiri non possunt, nam neque mala prestare possunt nisi permiserit Deus, orantque reges mortuos: Jovem, Mercurium ceterosque quorum crimina sunt manifestiora quam nomina, qui nec si viverent saltem poterant adiuvare. Orant*

2. A: *oracio scit* (sic); B: *oracio sit.* 5. A: *quo hoc.* 10, 11. A: *que cibo:* 11. A: *non debemus.* 20. Codd.: *creditum.* 32. A in marg.: *Crisostomus.* 34. A: *audiuntur.* 36. A: *reges enim.*

16. Boniface VIII; see Dr. Todd's note in Apology for Lollards, p. 122. 32. Op. Imp., l. c. p. 809.

Digitized by Google

ydola insensata que nec audire possunt nec dare responsum; iuste ergo diu clamant ubi qui exaudiat non est. Propterea cum sacerdotes Baal ad Deos suos clamarent propter sacrificia comburenda deridens eos Helias dicebat: Clamate, clamate fortiter. Forsitan enim dormiunt dii vestri, sic et modo quasi dormientem Deum accusat qui oracionem suam longo sermone prosequitur. Scit enim pater vester quid vobis necessarium sit antequam petatis eum. Si ergo precognoscit quid volumus, non ideo oramus ut exprimamus Deo quid volumus sed ut placemus eum prestare quod desideramus etsi Deus placandus est, non docendus, non est ei necessaria longa narracio sed voluntas. Hec Crisostomus.

Ista sentencia huius sancti est consona supradicte; nec sequitur si omnia que evenient de necessitate evenient, tunc non expedit sic orare, cum ex isto formaliter infertur oppositum; sicut enim quidam docent ex isto principio, sequitur quod negociari oportet atque consulere, sicut oportet homines mereri et peccare et salvari finaliter et dampnari salubre, ergo est orare cum moderamine, cum per hoc sunt homines dispositi ad merendum et tempus bene occupant quod cum paribus expenderent in insolenciis nisi taliter exorarent. Vivat ergo viator vitam iustam ut mereatur spiritu Dei duci et tunc Deus docet sibi quante et qualiter sic orabit.

CAP. VIII.

Sequitur in textu evangelii: *Sic enim orabitis: Pater noster qui es in celo, sanctificetur nomen tuum.*

Augustine: Christ teaches us to address God as our Father.

Super quo Augustinus: *Cum in omni deprecacione benevolencia eius concilianda sit quem deprecamur, deinde dicendum quid deprecemur, ad laudem ipsius ad quem oracio dirigitur solet benevolencia conciliari et hoc in oracionis principio poni solet, in quo dominus noster nihil aliud nos iussit dicere nisi Pater noster etc. Multa dicta sunt in laudem Dei que per omnes sanctas scripturas varie lateque diffusa poterit quisque considerare,*

2. A: *dum clamant vir.* 14. A in marg.: *Johannes.* 15. A in marg.: *Quod omnia que evenient de necessitate evenient.* 29. A in marg.: *Augustinus.*

27. Matth. VI, 9. 29. De sermone Domini in monte, l. c. p. 206.

Digitized by Google

The Israelites were taught to speak of Him as Lord.

cum legit: nusquam tamen invenit preceptum populo Israel, ut diceret: Pater noster aut ut oraret patrem domini sed dominus eis sicut voluit insinuatus est tamquam servientibus, id est, secundum carnem adhuc viventibus. Hoc autem dico, cum mandata legis acciperent que observare iubebantur: nam prophete sepe ostendunt eundem dominum nostrum eciam patrem eorum esse potuisse, si ab eius mandatis non aberrarent, sicuti est illud: Filios genui et exaltavi; ipsi autem spreverunt me; et illud: Ego dixi, Dii estis et filii altissimi; vos autem sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis; et illud: Si dominus sum, ubi est timor meus, et si pater sum, ubi est honor meus? Et alia permulta, ubi arguuntur Judei, quod filii peccando esse voluerunt exceptis eis que in prophecia dicuntur de futuro populo christiano, quod patrem | Deum esset habiturus secundum 382d *illud evangelicum: Dedit eis potestatem filios Dei fieri: Apostolus autem Paulus dicit: Quamdiu heres parvulus est, nihil differt a servo et spiritum adopcionis nos accepisse commemorat in quo clamamus Abba pater.*

How great is God's grace in making us His sons.

Et quoniam quod vocamur ad eternam hereditatem, ut simus Christi coheredes et in adopcionem filiorum veniamus, non est meritorum nostrorum sed gracie Dei; eandem ipsam graciam oracionis principium ponimus, cum dicimus Pater noster. Quo nomine et caritas excitatur et fides et spes ad Deum firmius eriguntur; quid enim carius filiis debet esse quam pater? et suplex affectus cum homines dicunt Deo Pater noster est quedam presumpcio sed causa impetrandi postulata que petituri sumus, cum prius quam aliquid peteremus tam magnum donum accepimus, ut instruamur et sinamur Deo dicere Pater noster. Quid enim non det iam filiis petentibus, cum hoc ipsum ante dederit nobis, ut filii simus? Postremo quanta cura animum tangit, ut qui dicit Pater noster, tanto patre non sit indignus. Si enim quisquam plebeius senatorem grandioris etatis ab eo ipso permittatur patrem vocare, sine dubio trepidabit nec facile audebit, cogitans humi-

4. A: *servientibus et.* 7. B: *nostrum* deest. 12. A: *cadedis.* 16. B: *quomodo patrem Deum.* 18. B in marg. sup. alia (poster.) manu: *Expositio orationis Dominicae.* 19. *nos;* B corrigit: *non.* 22. B: *Christo.* 25. A: *quomodo nomine.* 26. A: *et fides — eriguntur* deest. 27. A: *duplex.* 29. A: *sed sancta impetrandi;* B: *sed tam impetrandi postulata.* 31. B: *acceperimus.*

9. Is. I, 2. 10. Psalm. LXXXI, 6. 12. Mal. I, 6. 18. Joh. I, 12; ib. Gal. IV, 1. 22. Rom. VIII, 23.

Digitized by Google

litatem generis sui et opum habundanciam et plebeie persone vilitatem; quanto magis ergo trepidandum est appellare patrem Deum, si tanta est labes tantaque sordes in moribus, ut multo iustius eas a sua coniunccione Deus expellat, quam ille senator cuiusvis mendici egestatem. Quandoquidem ille hoc contempnit in mendico ad quod et ipse potest rerum humanarum fragilitate devenire, Deus vero in sordidos mores nunquam cadit et gracias misericordie ipsius, qui hoc a nobis exigit, ut pater noster sit; quod nullo sumptu sed sola bona voluntate potest comparari. Admonentur hic eciam divites vel genere nobiles secundum seculum, cum christiani facti fuerint, non superbire adversus pauperes et ignobiles, quoniam simul dicunt Deo Pater noster, quod non possunt vere ac pie dicere nisi se fratres esse cognoscant.

Utatur igitur voce novi testamenti populus novus ad eternam hereditatem vocatus, et dicat Pater noster qui es in celis, id est, in sanctis et iustis. Non enim spacio locorum continetur Deus. Sunt autem celi excellencia quidem mundi corpora, sed tamen corpora que non possunt esse nisi in loco, sed si in celis tamquam in superioribus mundi partibus locus Dei esse creditur, melioris meriti sunt aves quarum vita est Deo vicinior. Non autem scriptura dicit: prope est Dominus excelsis hominibus aut eis qui in montibus habitant, sed scriptum est, prope est Dominus hiis qui sunt obtriti corde; quod magis pertinet ad humilitatem. Sed quemadmodum terra appelatur peccator, cui dictum est: Terra es et in terram ibis, sic celum iustus econtra dici potest. Iustis enim dicitur: Templum enim Dei sanctum est quod estis vos, quapropter si in templo suo habitat Deus et sancti templum eius sunt, recte dicitur qui es in celis, qui es in sanctis. Et accomodatissima ista similitudo est ut spiritualiter tantum interesse videatur inter iustos et peccatores quantum corporaliter inter celum et terram.

'In heaven' i. e. in the just and holy; God is not contained in space.

Cuius rei signande gracia cum ad oracionem stamus, ad orientem convertimur; unde celum surgit, non tamquam ibi habitet Deus quasi ceteras mundi partes

2. A: *magis sibi.* 3. B: *tanta est* pro *tantaque.* 4. B: *in medico;* A: *que et ipso.* 7. A: *humanarum framine.* 8, 9. A: *devenire — misericordie* deest. 23. A: *aves quorum;* B: *tales quorum.* 28. A: *cum.* 32, 33. B: *accomodissima.*

24. Psalm. LIII, 19. 29. Gen. III, 19. 30. I. Cor. III, 17.

Digitized by Google

deseruerit, qui ubique presens est, non locorum spaciis sed presencia maiestatis, sed ut admoneatur animus ad naturam excellenciorem et digniorem se convertere, id est, ad Dominum et Deum suum, cum ipsum corpus eius quod terrenum est, ad corpus excellencius, id est, ad corpus celeste supra se convertitur.

How men may be trained by the phrase 'in heaven.'

Convenit eciam gradibus religionis et plurimum expedit ut omnium sensibus et parvulorum et magnorum bene senciatur de Deo. Et ideo qui visibilibus adhuc pulcritudinibus dediti sunt, nec possunt aliquid incorporeum cogitare, quoniam necesse est ut celum preferant terre, tolerabilior est opinio eorum, si Deum quem adhuc corporaliter cogitant in celo pocius credant esse quam in terra; ut cum aliquando cognoverint dignitatem anime celeste eciam corpus excedere, magis eum querant in anima quam in corpore eciam celesti; et cum cognoverint quantum distet inter peccatorum animas et iustorum, sicut non audebant, cum adhuc carnaliter saperent, eum in terra collocare sed in celo, sic postea meliori fide vel intelligencia magis eum in animis iustorum quam in peccatorum requirant. Recte igitur intelligitur quod dictum est Pater noster qui es in celis in cordibus iustorum esse dictum, tamquam in templo sancto suo. Simul eciam ut qui orat, in se quoque ipso velit habitare quem invocat, et cum hoc affectat, teneat iusticiam quo munere invitatur ad inhabitandum animum Deus.

Iam igitur videamus que sint petenda. Dictum est enim quis sit qui petitur et ubi habitat. Primum autem omnium que petuntur hoc est: Sanctificetur nomen tuum. Quod non sic petitur, quasi non sit sanctum nomen Domini sed ut sanctum habeatur ab hominibus, id est, ita illis innotescat Deus ut non existiment aliquid sanctius quod magis offendere timeant. Neque enim quia dictum est: Notus in Judea Deus, in Israel magnum nomen eius, sic intelligendum est, quasi alibi minor sit Deus, sed sicut ibi magnum nomen eius, ubi pro sue maiestatis admiranda | magnitudine nominatur, ita ibi dicitur sanctum 383a *nomen eius, ubi cum veneracione et offensionis timore*

1. B: *deseruit.* 9. Codd.: *visilibus.* 10. B: *non possunt.* 17. B: *distat.* 19. A: *i. meliori.* 24. A: *orant.* 27. B: *que sunt.* 27, 28. B: *Dictum est autem.* 32. A: *sanctus.* 33. A: *enim* deest. 34. A: *est Judea.*

34. Psalm. LXXV, 2.

Digitized by Google

nominatur. Et hoc est quod nunc agitur, dum evangelium adhuc usque per diversas gentes innotescendo, commendat unius diei nomen per administracionem dilecti filii eius. Hec Augustinus.

Augustine teaches that the first petition refers to the Father.

5 Sentencia huius sancti est plana sciolis; et videtur ipsum intendere quod prima istarum septem peticionum alludit proprietati Dei patris, licet natura divina que est tota trinitas vocetur in principio Pater noster. Sicut enim omnipotens nomen eius, ut dicitur Exodi XV, et 10 omnipotencia appropriatur quodammodo Deo patri, cum ipse sit potencia deitatis, signanter petitur quod nomen suum fiat sanctum in nobis, sicut exponitur. Et videtur Augustinus sentire quod digne dicentes hanc oracionem habent prius a Deo potestatem esse filii; Dei et ita 15 solum predestinatis videtur oracionem istam competere vel si aliis conveniat, sicut Deus in eis habitat secundum presentem iusticiam, ita ipsi orant quodammodo infinite infructuosius quam hii orant.

CAP. IX.

Chrysostom: God bids us call him Father to increase our trust in him.

20 Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Patrem se magis quam dominum Deum voluit dici, ut nobis magnam fiduciam daret ad petendum et spem largam ad impetrandum, quia servi non semper impetrant quod petunt. Nec enim semper ex bona consciencia* 25 *que iusta sunt petunt; nam frequenter non considerant quid ad utilitatem domini pertinet sed ad suam: ideo non merentur semper audiri. Filii autem semper impetrant, quia ex bona consciencia que iusta sunt petunt. Nec considerant magis quid ad utilitatem suam pertinet quam ad* 30 *patris: ideo merentur semper audiri; et tu si filium te credis Dei, illa pete que et tibi expediunt accipere et illum decet prestare. Si autem semper cum aut petas carnalia et terrena aut difficile impetras aut forte non impetras, quomodo illa prestat tibi libenter non habenti, que* 35 *et si habeas ubique ammonet te ut contempnas.*

'Our' Father, because we should pray for others.

Pater noster; non dixit meus; libenter audit Deus, quando christianus non solum pro se sed pro altero orat. Pro

5. A in marg.: *Johannes.* 12. A: *ut videtur.* 20. A in marg.: *Crisostomus.* 21. B: *Deum* deest. 32. B: *aut* extinct. 36. *libenter audit;* B in marg. addit.: *patu.*

20. Op. Imp. Hom. XIV ex cap. VI, l. c. p. 810.

Digitized by Google

de enim orare nature est, pro altero autem gracie; pro se orare necessitas rei cogit, pro altero autem caritas fraternitatis hortatur. Dulcior est autem ante Deum oracio non quam necessitas rei transmittat sed quam caritas fraternitatis commendat. 5

Having a Father in heaven we must not subject ourselves to earthly things.

Qui es in celis. Vult Deus ut faciamus nos patrem habere celestem ut erubescant se terrenis rebus substernere scientes se patrem habere celestem. Sicut enim degener filius ad opprobrium pertinet generosi patris, sic et christianus iniustus ad blasphemiam pertinet Dei 10 *iusti. Nam sicut per bonos christianos Deus glorificatur, sic per malos blasphematur.*

If God's name is hallowed in us, we shall shun the soil of sin.

Sanctificetur nomen tuum. Quomodo sanctificatur ab homine qui sanctificat omnes aut quod sanctum est ut quid sanctificetur, sed in se quidem sanctum est; hic 15 *autem queritur, ut in nobis sanctificetur, id est, ut nos illum sanctificamus in nobis, ut cum nos illum sanctificaverimus in nobis, tunc et ille nos sanctificet in se; nam qui non sanctificat Deum non sanctificatur a Deo. Sanctificamus autem Deum in nobis, quando scientes eum sanc-* 20 *tum timemus eum et sollicite vigilamus, ne forte violemus sanctitatem nominis eius in nobis per opera nostra mala, sicut qui preclara veste vestitus est fugit omnem rem sordidam, ne forte coinquinet eam et perdat graciam candoris eius; sic qui suscipit Deum in corpore suo et* 25 *in Spiritu Sancto sollicitus esse debet ne forte contaminet eum sciens quia, si contaminatus fuerit in nobis, ipse quidem in sua natura incontaminabilis manet cum contaminacionis iniuriam graviter nostro vindicabit interitu.* Hec Crisostomus. 30

Sequitur in textu evangelii: *Adveniat regnum tuum.* Super quo Augustinus: *Sicut ipse Dominus noster in evangelio docet, tunc futurum esse diem iudicii, cum predicatum fuerit evangelium in omnibus gentibus, que res pertinet in sanctificacionem nominis Domini. Non enim* 35 *et hic ita dictum est: Adveniat regnum tuum, quasi nunc Deus non regnet; sed forte quis dicat Adveniat dictum esse in terram, quasi vero non eciam ipse nunc regnet in terra semperque in ea regnaverit a mundi constitu-*

15, 16. B: *hoc autem queritur.* 18. A: *nam nam.* 19. A in marg.: *Nota.* 22. B: *sancitatom.* 32. A in marg.: *Augustinus.* 36. B: *ut hic.*

31. Matth. VI, 10. 32. S. Augustinus, De sermone Domini in monte, l. c. p. 208. 35. Matth. XXII, 14.

Digitized by Google

cione. Igitur adveniat accipiendum est, ut scilicet, manifestetur hominibus. Quemadmodum enim eciam presens lux absens est cecis et eis qui oculos claudunt, ita regnum Dei quamvis nunquam discedat de terris, tamen ignorantibus absens est. Nulli autem licebit ignorare regnum Dei, cum eius unigenitus non solum intelligibiliter sed eciam visibiliter in homine dominico de celo veniet iudicaturus vivos et mortuos. Post quod iudicium, id est, cum discrecio et separacio iustorum ab iniustis facta fuerit, ita inhabitabit Deus iustos, ut non opus sit quendam doceri ab homine, sed sint omnes (sicut scriptum est) docibiles Deo. Deinde beata illa vita omni ex parte perficietur in sanctis in eternum, sicut nunc celestes angeli sanctissimi atque beatissimi illius gloriose civitatis cives 383[b] *et domestici Dei decreti consortes et custodes nostri | per misericordiam domini sui et nostri, quo solo illustrante sapientes et beati sunt, quia et hoc promisit dominus noster et magister suis: In resurreccione erunt, inquit, sicut angeli in celis.* Hec Augustinus.

In the second petition the coming of the day of judgment is prayed for.

Videtur istum sanctum plane intendere quod in ista peticione secunda oracionis dominice fideles desiderent diem iudicii, in quo secundum fidem predestinati erunt a reprobis separati et impermixti in beatitudine collocati, ita quod ista peticio correspondeat verbo Dei. Christus enim est *homo quidam nobilis qui abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum et revertit*, et sicut ex potencia procedit sapiencia ac ipsa regulat quomodo ipsa potencia procedet proinde operando, sic ex patre que est potencia deitatis procedit sapiencia verbi sui. Nec est aliqua prioritas temporis vel nature in hac trinitate benedicta, sed quod sit prioritas originis placet sanctis; in exemplis autem quibus manuducimur cognoscere trinitatem non obest sed consonat quod sit prioritas temporis et nature, quia exemplum non foret exemplum sed ipsummet exemplatum, nisi foret quedam distinccio inter ipsum exemplatum sequens in noticia et exemplum. Prius ergo debemus in via sanctificare nomen Domini et per

Inner relations of the Trinity.

No priority of time such as we find in the illustrations of it that we use.

2. A: *eciam* deest. 10. A: *inhabitat.* 16. B: *et nostri* deest.
20. A in marg.: *Johannes.* 27. B: *ac ipsa sapiencia.*

7. Cf. I. Retr. 19, 8. 12. Is. LIV, 23; ib. Joh. VI, 45.
19. Matth. XXII, 30. 25. Lucae XIX, 12.

Digitized by Google

The virtue referred to in the first petition is faith.

illam sanctificacionem debemus postmodum fieri partes regni. Et mirabili modo prima peticio alludit virtuti fidei, cum origo tocius fidei christiane stat inicialiter in Deo patre, et istam fidem debemus ut fundamentum in via supponere, ut sanctificemus nomen Dei.

In the second petition it is hope.

In ista vero secunda peticione spes intelligitur, quia omnis spes viatoris in beatitudine qua venitur ad patriam est figenda. Licet autem sciamus quod oportet regnum Domini expurgari et predestinatos a reprobis finaliter separari, tamen in appetendo hoc sincere elevamur in spe secundum intencionem ad patriam confortati. Nec obest quod oremus pro illo quod scimus necessario evenire, quia quedam species oracionis que est elevacio mentis in Deum per talem oracionem necessarii proficit necessario deprecanti. Et Deus per talem peticionem placatur oranti et benefacit illi in hoc quod est necessarium ad finalem beatitudinem adquirendum, et (ut sancti predicti notant ex verbis istius oracionis dominice) in quolibet sermone eius et pene in qualibet sua sillaba sunt fides et caritas et virtutes alie intimate. Quid rogo innuit primum verbum *Pater noster* nisi caritatem quam debemus habere ad invicem ad Deum? Non enim dicit *Pater mi* sed *Pater noster*, ut doceat quod debemus in caritate communicare cum amicis ac eciam inimicis, nec vocamus eum hic Deum nostrum, licet sit nomen excellencius sed sperancius patrem nostrum, docendo quod debemus pre ceteris ipsum diligere et in ipso fiducialiter sperare. Et sic non est aliqua virtus theologica nec aliqua virtus sequens, quin in quolibet verbo istius oracionis explicite vel implicite sint connexe, docens quod qui digne dicit istam oracionem dominicam, debet esse ardens in caritate et sic cunctis ceteris virtutibus perornatus.

All the virtues are implied in the Lord's prayer.

God reigns even in hell.

Videtur et hunc sanctum intendere, quod Deus regnet in inferno et qualibet parte mundi, sicut rex terrenus non solum regnat super milites suos domesticos sed super remotos exteros quos regit et iuvat, conferens eis bonum, sic Deus regnat super quamlibet partem mundi eciam supra diabolos, quos sic punit, cum con-

13. B: *nature evenire;* A in marg.: *Obieccio contra necessitatem futurorum cum solucione.* 31. B: *sunt connexe.* 32. B: *debet eam ardens in caritate dicere.* 34. A in marg.: *Nota quomodo Deus regnat in qualibet parte mundi.*

23. Cf. Sermones IV, 437 et seqq.

Digitized by Google

ferat eis esse, vivere et graciam, cum ipsos puniat graciose. Ipsi tamen tamquam non participantes suam gloriam sunt a beatitudine remoti non localiter sed condicionaliter. Et sic est Deus rex eorum ut rex ce-
5 corum et incarceratorum quibus ex sua gracia benefacit.

CAP. X.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Regnum Dei est retribucio quam accipiunt aut iusti pro mercede iusticie aut peccatores pro culpa peccati. Regnum*
10 *Dei dicuntur et sancti, sicut scriptum est: Et colligant de regno eius zizannia, hoc est, de populo christiano. Regnum Dei dicitur iusticia, sicut Christus dicit: Auferetur a vobis regnum Dei et dabitur genti facienti fructus eius. De omnibus unus est intellectus. Aliud est*
15 *regem esse, aliud est regnare. Ecce enim Deus naturaliter rex est sed non in omnibus regnat, nec omnes homines sunt regnum eius, quia nec faciunt omnes voluntatem eius, nam in iniquis hominibus non Deus sed diabolus regnat, cuius faciunt voluntatem, ut sapienter ait Apo-*
20 *stolus, dicens: Adversus rectores mundi huius tenebrarum: non dixit: Adversus rectores huius mundi tantummodo sed addidit: Mundi tenebrarum, quia non tocius mundi sunt demones domini sed tantummodo tenebrarum que sunt in mundo; tenebre autem mundi dicuntur homines iniqui*
25 *et sancti lux mundi appellantur, sicut ait Apostolus: Fuistis aliquando tenebre, nunc autem lux in Domino, quia sicut per sanctos Deus ostenditur in hoc mundo, sic per iniquos homines obscuratur. Et potestatem quidem habet Deus in hominibus et perdere omnes, si vult, sicut*
30 *et ipsum principem peccatorum diabolum; nam sicut diabolus cum sit in potestate Dei, tamen quoniam quantum ad propositum suum non vult esse Dei, ideo non est de regno Dei, sic et omnes peccatores, quamvis sint in pote-*
383c *state Dei, | tamen quia nolunt esse sub Deo non sunt de*
35 *regno Dei; nam vere tunc regnum iustum est, quando et rex vult homines habere sub se et homines cupiunt*

Chrysostom.

God is king over all, but reigns only in the righteous who do His will.

5. A: *quibus ex sua gracia* twice. 7. A in marg.: *Crisostomus;* B in marg.: *10.* 18. B: *non est Deus.* 22, 23. A: *quia — que* deest. 28. B: *Eciam potestatem quidem.*

7. Op. Imp., l. c. p. 810. 11. Matth. XIII, 41. 13. Matth. XXI, 43. 20. Eph. VI, 12. 26. Eph. V, 8.

Digitized by Google

esse sub eo; quando autem rex per violenciam cogit homines esse sub se, illud quantum ad veritatem, non est regnum sed tirannis; ideo et Deus quamvis homines habeat in potestate, tamen recipit volentes tantum, ut non sit tirannus, sed rex. Diabolus plane tirannus est, et quia nolentes compellit suam facere voluntatem. Quid est ergo quod dicit: Adveniat regnum tuum? Quia interim duo sunt regna in mundo, Dei et diaboli, id est, iusti et iniqui.

Sed hic petitur ut tollatur de medio regnum diaboli, id est, iniqui, et veniat regnum tantummodo Dei, id est, iusti; ideo dicit: Tuum regnum adveniat, quia interim non omnes sunt Dei. Quod tunc fiet, quando omnes iniqui cum principe suo diabolo mittentur in stagnum flammeum infernorum. Omnes autem sancti resurgent et euntes obviam Domino venient in aere et semper in hoc mundo erunt cum ipso, ut omne quod est in hoc mundo totum fiat Dei. Sic intelligendum est de iusticia quomodo et iusticia et iniquitas regnant; cum autem extincta fuerit iniquitas sublato diabolo, tunc iusticia sola regnabit. Hec Crisostomus.

Augustine and Chrysostom differ in language, but agree in sense.

Videtur istum sanctum restringere equivocacionem regni quam Augustinus racionabiliter magis laxat; nec sunt isti sancti in isto contrarii sed in sensu concordes. Videtur autem Augustinus regnum Dei extendere ad quascunque creaturas racionales accipientes a Deo sive volendo in gaudio sive nolendo in pena iusticie complementum. Sic enim Deus universalis dominus regnat super beatos in celo et super diabolos in inferno, quia sicut terrenus dominus habet quosdam tenentes liberos qui gratis subduntur suo domino et quosdam tenentes servos qui sibi serviunt sed invite, sic est de Deo. Ideo Augustinus dicit quod omnes creature et specialiter racionales ut homines et angeli Deo servient, velint nolint, quia spiritus dampnati secundum Augustinum vel facient Deo quod debent vel quod debent de iusticia pacientur. Et sic sunt dampnati servi Dei sed habent peccatum et diabolum Deo subdominans. Deus autem dat legem et facit misericordiam atque iusticiam utrobique.

5. B: *rex* deest. 10. A: *Et hic queritur.* 11. B: *iniqui, ad veniat.* 22. A in marg.: *Johannes.* 25. B: *Augustinum.* 29. B: *bonos in celo.*

Digitized by Google

Crisostomus autem loquitur de regno striccius, ut sonat utrobique in iustam, voluntariam et utilem subieccionem; et sic non est communicacio Christi ad Belial, sed regnum suum restringitur ad predestinatos qui quasi tenentes liberi sunt in gaudio, ordinacionis divine cum Domino unicordes; et sic in proposito conformiter ad hunc locum scripture concordius est loquendum. Et sic supponunt quidam quod Christus restringit Joh. XVIII capitulo quando dicit: *Si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent utique, ut non traderer Judeis; nunc vero regnum meum non est hic.* Christus vero Deus pacis et dileccionis non vult ad hunc sensum habere regnicolas, nisi fuerint unicordes; et sic restringit hic regnum pertinenter, cum docet orare: *Adveniat regnum tuum.* In sensibus vero equivocis non est contradiccio sed oportet sensum funditus perscrutari.

Third petition. It corresponds to the Holy Spirit. We pray that we may be like the angels and that the will of God may be fulfilled in us.

Sequitur in textu evangelii: *Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra*, ubi tercia peticio correspondenter ad Spiritum Sanctum porrigitur, cum Spiritus Sanctus sit amor, voluntas sive conneccio patris ad filium.

Unde Augustinus super isto textu sic loquitur: *Post illam*, inquit, *peticionem qua dicimus: Adveniat regnum tuum, sequitur: Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra, id est, sicut est in angelis qui sunt in celis voluntas tua, ut omnimode tibi adhereant teque perfruantur, nullo errore obnubilante eorum sapienciam, nulla miseria impediente beatitudinem illorum, ita fiat in sanctis qui in terra sunt et de terra, tamen super terram per conversacionem et fidem quod ad corpus pertinet facti sunt, et quamvis in celestem habitacionem et immutacionem per Dei nostri miseracionem, tamen de terra assumendi sunt et in celis collocandi. Ad hoc eciam respicit illa angelorum predicacio: Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis, ut cum precesserit bona voluntas nostra, que vocantem sequitur, perficiatur in vobis voluntas Dei, sicut est in angelis celestibus, ut nulla adversitas beatitudini nostre resistat, quod est summa pax.*

6. A: *unicordes* pro *conformiter*. 17. A in marg.: *Tercia peticio.* 21. A in marg.: *Augustinus.* 26. A: *obnubulante.* 30. A: *eciam quamvis.*

8. Joh. XVIII, 36. 17. Matth. VI, 10. 21. De sermone Domini in monte, l. c. p. 208. 33. Lucae II, 14.

Digitized by Google

'Let thy will be done' means 'Let thy commands be obeyed'.

Item, Fiat voluntas tua recte intelligitur, obaudiatur preceptis tuis, sicut in celo et in terra, id est, sicut ab angelis in celis, sic et ab hominibus in terra habitantibus. Nam fieri voluntatem Dei, cum obtemperatur preceptis eius, ipse Dominus testatur, cum dicit: Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me, et sepe: Non veni facere voluntatem meam sed eius qui misit me. Et cum ait: Ecce mater mea et ecce fratres mei, et subiungit: Et quicunque fecerit voluntatem patris mei, hic mihi frater est et soror et mater. Igitur qui faciunt voluntatem Dei, in illis utique | fit voluntas Dei: non quia faciunt, ut 383d *velit Deus, sed quia ipsi faciunt quod vult Deus, id est, faciunt secundum voluntatem eius.*

Or it may mean: Let thy will be done in the wicked as well as in the righteous.

Est eciam ille intellectus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, et sicut in sanctis et iustis, ita eciam in peccatoribus. Quod eciam adhuc duobus modis potest accipi, sive ut oremus eciam pro inimicis nostris, (quid enim aliud sunt habendi, contra quorum voluntatem christianum et catholicum nomen augetur?) ut ita dictum sit: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, tamquam si diceretur: Faciant voluntatem tuam sicut iusti, ita eciam peccatores, ut ad te convertantur. Sive ita: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, ut sua cuique tribuantur; quod fit in iudicio extremo, ut iustis premium, peccatoribus supplicium sive dampnacio tribuatur, cum agni ab edis separantur.

Or it may be a prayer that our flesh may be brought into harmony with God as our spirit is.

Ille eciam non absurdus, ymmo et fidei et spei nostre convenientissimus intellectus est, ut et celum et terram accipiamus, spiritum et carnem. Et quomodo dicit Apostolus: Mente servio legi Dei, carne autem legi peccati, videmus factam voluntatem Dei in mente, id est in spiritu. Cum autem absorpta fuerit mors in victoriam et mortale hoc induerit immortalitatem, quod fit carnis resurreccione atque illa immutacione que iustis promittitur secundum eiusdem Apostoli predicacionem, tunc fiet voluntas Dei in terra sicut in celo, id est, quemadmodum spiritus non resistit Deo sequens et faciens voluntatem eius, ita et corpus non resistat spiritui vel

1. A: *obauditur.* 4. B: *Non fieri.* 9. A: *voluntatem Dei.*
16. A: *eciam* deest. 19. A: *ut ita* $\overline{\text{sem}}$ (sic). 25. A: *sive dampnum.*
29. A: *quoniam.* 32. A: *victoria.* 36. A: *id est ut;* B: *ut id est.*

6. Joh. IV, 34. 7. Joh. VI, 38. 8. Matth. XII, 49, 50.
25. Matth. XXV, 33. 30. Rom. VII, 25. 32. I. Cor. XV, 54.

Digitized by Google

anime, que nunc corporis infirmitate vexatur et in carnalem consuetudinem prona est, quod erit summe pacis in vita eterna, ut non solum velle adiaceat nobis sed eciam bonum perficere. Nunc enim velle, inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum non invenio, quia nondum in terra sicut in celo, id est, nondum in carne sicut in spiritu facta est voluntas Dei. Nam et in miseria nostra fit voluntas Dei, cum ea patimur per carnem que nobis mortalitatis iure debentur, que peccando meruit nostra natura; sed id orandum est, ut sicut in celo ita et in terra fiat voluntas Dei, id est, ut quemadmodum condelectamur legi Dei secundum hominem interiorem, ita eciam corporis immutacione facta huic nostre delectacioni nulla pars nostra terrenis doloribus seu voluptatibus perniciosis adversetur.

Nec illud a veritate abhorret, ut accipiamus: Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, id est, sicut in ipso domino nostro Jesu Christo ita et in ecclesia; tamquam in viro qui patris voluntatem implevit, ita et in femina que illi est desponsata. Celum enim et terra convenienter intelligitur quasi vir et femina, quoniam terra celo fecundante fructifera est. Hec Augustinus.

Videtur istum sanctum in quolibet istorum sex sensuum qui sunt satis catholici, intendere clemenciam Dei nostri, et sic Spiritum Sanctum in suo opere consummato, ut sicut post Spiritum Sanctum non est in Deo persona alia, sic post istam peticionem triplicem non est peticio quam fidelis porrigeret trinitati. In cuius confirmacionem in qualibet harum trium peticionum Deo in secunda persona verbum nostrum porrigimus ac si fideliter intelligeremus quod in ista simplici et una natura ista trinitas inexistit.

CAP. XI.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Numquid non facit Deus quod vult ubique? Dictum est enim: Omnia, inquit, quecumque voluit fecit Dominus in celo et in terra, in mari et in omnibus abissis. Sed*

Chrysostom: God does all He wills;

4. B: *nunc autem.* 10. A: *sed illud.* 12. A: *Dei* deest.
21. A: *celum.* 23. A in marg.: *Johannes.* 28. B: *porrigeres.*
33. B: *Cap. XI* deest.

4. Rom. VII, 18. 34. Op. Imp., l.c.p.811. 36. Ps. CXXXIV, 6.

Digitized by Google

but His will is not fulfilled on earth in the same way as in heaven.

queritur ut in nobis fiat voluntas Dei, ut eciam nos faciamus; quamdiu igitur regnum mixtum est in terra, fit quidem voluntas Dei in hominibus sed non sicut in celo. In celo enim omnes angeli nullius faciunt voluntatem nisi tantummodo Dei, in terris autem non omnes homines faciunt voluntatem Dei. Cum igitur regnum diaboli, hoc est, iniqui sublati fuerint de hoc mundo, tunc omnes qui sunt super terram solius Dei facient voluntatem, sicut angeli omnes in celo. Communiter autem accipi debet quod ait: Sicut in celo et in terra, adveniat regnum tuum sicut in celo et in terra. Et vide quam caute locutus est, non dixit: Pater, sanctifica nomen tuum in nobis; adduc regnum tuum super nos; fac voluntatem tuam in nobis, ne se ipsum videatur Deus in hominibus sanctificare aut regnum suum super quos vult adducere aut voluntatem suam in quibus vult facere, et per hoc inveniatur Deus personarum acceptor. Nec iterum dixit: Sanctificemus nomen tuum; suscipiamus regnum tuum, faciamus voluntatem tuam sicut in celo et in terra; ne hominum tantummodo videatur esse quod sanctificant Deum aut quia suscipiunt regnum eius aut quod faciunt voluntatem eius, sed medie dixit impersonaliter, id est, sanctificetur, adveniat, fiat, ut utriusque persone opus necessarium demonstret, quia et homo Deum necessarium habet et Deus hominem ad iusticiam faciendam in homine; nam sicut homo non potest facere bonum nisi habuerit adiutorium Dei, sic nec Deus operatur bonum in homine nisi homo voluerit, sicut nec terra sine semine nec semen sine terra fructificat, sic nec homo sine Deo nec Deus sine homine operatur iusticiam in homine, ac si dicat: Si hec agitis, hec oratis, digni estis filii huius patris. | Hec Crisostomus. 384a

Reasons for the impersonal form of the petitions.

Chrysostom gives a sense different from any of Augustine's but not opposed to them.

Videtur istum sanctum innuere sensum septimum super sex sensus quod exposuit Augustinus, nec video quod aliquis horum septem sensuum sit reliquo obvius vel contrarius veritati, quia sicut Deus est sapientissimus, fidelissimus et compendiosissimus in dando fidem scripture, sic ordinavit eadem verba ferre multos sensus catholicos et ordinavit homines ad elaborandum meritorie illos sensus.

1, 2. B: *ut eam nos faciamus.* 5, 6. A: *in terris — Dei* deest. 16. B: *in* deest. 19. *ne* A: *ne.* 21. B: *aut quia* pro *aut quod.* 23. A: *et sanctificetur;* ib. A: *et utriusque.* 33. A in marg.: *Johannes:* ib. Cood.: *sanctum* deest. 34. A: *ne video.*

Digitized by Google

Videat ergo studens scripturam sacram quod non cadat in superbiam vel offendat in veritatem catholicam et credat indubie quemlibet talem sensum.

Triple use of 'God's will' in Scripture.

Sed pro intellectu scripture est notandum inprimis quod terminorum significacio et eorum equivocacio cognoscantur. Voluntas quidem Dei accipitur tripliciter in scriptura, primo essencialiter pro Deo volente et secundo pro volucione eterna qua Deus vult sic esse, et illa voluntas non est distincta essencia a Deo, licet formaliter distinguantur, sicut communiter dicitur de divina sciencia, et isto modo sane intelligitur illud Psalmi CX, 2: *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius.* Sed tercio modo accipitur voluntas Dei pro effectu quem voluntas eius efficax producit ad extra. Et isto modo videtur evangelium illud loqui, quando docet orare: *Fiat voluntas tua.* Nam nec voluntas prima nec secunda factibilis est, cum non poterit esse nisi sit eterna et per consequens non poterit esse facta.

God's will may be fulfilled directly or indirectly: by righteousness or justice.

Ulterius diligenter notandum est quod dupliciter potest voluntas Dei fieri vel impleri, scilicet directe, ut sonat in bonum et utile creature, vel indirecte, ut sonat in iustum occasione data a creatura peccante. Et ita cum Deus sit eternus cognoscens omnia presencia, preterita et futura, necesse est quod voluntas Dei de omnibus bonis vel malis homini sit impleta. Et sic intelligunt quidam illud Psalmi CXXXIV, 6: *Omnia quecunque voluit Dominus fecit;* et concordat dictum Stephani, quando dicit Act. VII, 51: *Dura cervice et incircumcisis cordibus et auribus vos semper spiritui sancto resistitis, sicut et patres vestri, ita et vos.* Et sic intelligunt illud Apostoli Timothei II, 4: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Deus enim vult quantum est ex parte sui quod omnes homines iuste vivant. Nec aliquem dampnat nisi occasione peccati proprii, et sic Deus vult omnes homines salvos fieri, non quod omnes homines sunt salvi, quia tunc hoc esset verum, cum voluntas Dei non fertur super falsum, sed quod omnes homines sint salvi. Hoc est ipsos obligat, ut sic faciant ut salventur; et in ista equivocacione plurimi sunt decepti. Per hoc patet quod orandum est, ut voluntas

6. B: *cognoscatur;* ib. A in marg.: *Voluntas Dei tripliciter accipitur.* 7. A in marg.: *1.* 8. A in marg.: *2.* 12. A: *Magna.* 13. A in marg.: *3.* 15. B: *istud* pro *illud.* 19. A in marg.: *Voluntas Dei potest dupliciter impleri. 1.* 40. A in marg.: *De triplici voluntate Dei.*

Digitized by Google

Dei sicut fit in celo sic fiat in terra ad sensus a sanctis expositos. Nec obest quod sic oretur, licet hoc sit necessarium evenire, ut patet in duplici peticione priori. Sed per istam peticionem docemur plenam nostram voluntatem divine subicere voluntati et non remurmurare contra Deum quidquid evenerit, ut esto quod multa eveniant que nostre sensualitati vel carni displicent, laudemus Deum humiliter et dicamus sibi suppliciter: *Fiat voluntas tua.*

The power of choosing between good and evil is a gift to be desired.

Unde quidam in ista materia subtiliantes profundius dicunt quod nedum omnia que evenient de necessitate evenient, sed quod omnia que evenient venient ad bonum utile universi, sic quod homo per impossibile positus in adopcione quod nemo dampnaretur vel quod nullum malum eveniet, eligeret racionabiliter ordinem boni et mali quem Deus statuit evenire, et pro hoc debemus orare humiliter et non explicite vel implicite pro aliquo impossibili quod ex ordinacione divina non poterit evenire.

God ordains the existence of sin because good comes of it.

Et ita dicunt quod debemus gaudenter admittere cursum mundi et evitando peccata in nobis ac vetando in aliis quantum sufficimus accipere puro et sincero corde que Deus ordinat evenire. Verum tamen ego non audeo dicere quod Deo placet vel quod ipse ordinat ut quis peccet sed scio quod nemo dampnabitur nisi Deus ordinaverit eternaliter quod ad universitatis pulcritudinem puniatur. Et ita licet Deus velit illud quod ex peccato sequitur et quod cum peccato convertitur, non tamen vult quod homo peccet, licet velit peccatum, quia (ut dicit Lincolniensis) peccatum extensive loquendo habet duplex esse, scilicet esse primum quod vere est deficere sive deesse; et sicut illud non potest habere racionem boni, sic Deus bonus non potest illud velle, quia non potest habere racionem aliquam creature. Secundum autem esse peccati est bonum vel profectus qui ex illo provenit, quia Deus bonus non posset permittere peccatum aliquod evenire nisi bonum ex illo proveniat, cum nullum peccatum potest contingere nisi

9. **A** in marg.: *Nota. Quod voluntas Dei potest impleri dupliciter.* 12. A: *sed per;* ib. A in marg.: *1. Nota. Quod omnia que evenient de necessitate evenient.* 20. A in marg.: *2.* 22. Codd.: *et accipere.* 26. A in marg.: *3.* 29. A in marg.: *1.* 30. A in marg.: *Nota quod omne peccatum habet duplex esse. Peccatum habet duplex esse;* ib. A: *extensive loquendo* twice. 35. **A** in marg.: **2.**

Digitized by Google

ipsum a iusto domino sit punitum. Et necesse est quod pena illa sit bona, cum sit iusta et ad pulcritudinem universi. Talia autem sunt profunda dubia in quibus sunt plurimi involuti, in tantum quod lingue deficiunt in expressione peccati, cum illum formaliter intellectum non habet regularitatem reliquam, nec appropriate exprimitur nomine creature, sed unum scimus quod nullam istarum trium peticionum scimus nisi superficialiter hic exprimere, sed speramus cum mediante levi noticia hic in via quod veniemus ad plenitudinem 384[b] regni Christi in patria, ubi in trinita | te clare videmus omnia ab homine cognoscenda.

Language cannot express what sin is.

Quidam autem adaptant secundum sensum contrarium has tres peticiones ad tria peccata diaboli, ita quod prima peticio *Sanctificetur nomen tuum* a sensu contrario includat superbiam. Secunda peticio *Adveniat regnum tuum* ad sensum consimilem declarat invidiam. Tercia peticio *Fiat voluntas tua* ad sensum consimilem insinuet ipsam iram. Et possunt raciones istarum trium peticionum et istorum trium peccatorum ad invicem vel ad unum sensum vel alium applicari. Sed quia facile esset totum corpus scripture trahere ad quodlibet verbum eius, cum sermo Christi sit vivax et quodlibet verbum eius alludit cuilibet, utilius videtur multis superficialiter currere per scripturam, ne curiositas que est superbia ex cautela diaboli intus repat. Ideo sequitur in textu evangelii:

There are endless other meanings since Christ's words may be applied in any way that is profitable.

CAP. XII.

Panem nostrum supersubstancialem da nobis hodie. Iste peticiones quatuor sequentes servant formam aliam quam priores; in qualibet tamen earum servatur ex concordia vestigium caritatis. Primo ergo petimus ad honorem Dei ab ipso nobis necessaria hic pro via. Secundo petimus, cum noscamus quod necessitati sumus incurrere debitum spirituale, quod ille in quem incurrit omne debitum dimittat nobis condicionaliter nostra debita. Tercio petimus ne in penam peccati assueti

The last four petitions differ in form from the first three.

5. B: *cum ipsum.* 6. B: *naturam aliquam;* A: *regularitatem regulam.* 13. B: *ad sensum.* 20. A in marg.: *Quarta peticio;* ib. B in marg.: *Cap. XI.* 32. A in marg.: *1.* 34. A in marg.: *2.* 37. A in marg.: *3;* ib. B: *Sed tertio.*

29. Matth. VI, 11. 30. Cf. Sermones IV, 423.

Digitized by Google

simus in criminibus indurati. Quarto et ultimo petimus quod simus a malo finalis impenitencie quod est malum maximum liberati.

Augustine: Daily bread means 1. the necessaries of life, 2. the sacrament of Christ's body, 3. spiritual food.

Scribit autem Augustinus super primam istarum peticionum quatuor in hoc forma: *Panis cottidianus aut pro hiis omnibus dictus est que huius vite necessitatem sustentant, de quo, cum preciperet, ait: Nolite cogitare de crastino, ut ideo additum sit: da nobis hodie, aut pro sacramento corporis Christi quod quotidie accipimus, aut pro cibo spirituali, de quo idem dominus dicit: Operamini escam que non corrumpitur; et illud: Ego sum panis vite qui de celo descendi. Sed horum trium quid sit probabilius considerari potest. Nam forte quispiam moveatur, cur oremus pro his adipiscendis que huic vite sunt ultima necessaria, veluti est victus et tegumentum, cum ipse Dominus dicat: Nolite solliciti esse quid edatis vel quid induamini. An potest quisque de ea re pro qua adipiscenda orat non esse sollicitus, cum tanta intencione animi oracio sit dirigenda, ut ad hoc totum id referatur quod de claudendis cubiculis dictum est? Et illud quod ait: Querite primum regnum Dei et hec omnia adicientur vobis? Non ait utique: Primum querite regnum Dei et deinde ista querite, sed hec omnia adicientur vobis, scilicet non querentibus. Quomodo autem recte dicatur non querere aliquid quod ut accipiat intentissime Dominum deprecatur nescio utrum inveniri queat.*

Objections: 1. How can we pray for what are told to take no thought for.

2. The sacrament cannot be called daily bread since in the Eastern Churches there is no daily communion,

De sacramento autem corporis Dominici ut illi non moveant questionem, qui plurimi in partibus orientalibus non quotidie cene dominice communicant, cum iste panis quotidianus dictus sit, ut igitur illi taceant, neque de hac re suam sentenciam defendant vel ipsa auctoritate ecclesiastica, quod sine scandalo ista faciunt, neque ab eis qui in ecclesiis presunt facere prohibentur, neque non obtemperantes dampnantur; unde probatur non hunc in illis partibus intelligi panem cotidianum; nam magni peccati crimine arguerentur qui ex eo cotidie non accipiunt, sed de istis dictum est nihil in alteram partem

1. A: *in criminibus* deest; ib. A in marg.: *4.* 8. B: *ut* deest; ib. A: *at pro.* 15. A: *ultima* deest; B in marg. addit. 20. B: *Et id.* 22. B: *et* deest. 34. A: *probantur.*

7. Matth. VI, 34. Cf. S. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 200. 10. Joh. VI, 27. 11. ib. 41. 16. Matth. VI, 31; Lucae XII, 22.

Digitized by Google

disseramus, illud certe debet occurrere cogitantibus, regulam nos orandi a Domino accepisse, quam transgredi non oportet vel aliquid addendo vel pretereundo. Quod cum ita sit, quis est qui audeat dicere semel tantum nos orare debere oracionem dominicam; aut certe eciamsi iterum vel iterum vel tercio usque ad eam tantum horam qua corpori Domini communicamus, postea vero non sic orandum per reliquas partes diei? Non enim iam dicere poterimus: Da nobis hodie, quod iam accepimus aut poterit quisquam cogere ut eciam ultima diei parte sacramentum illud celebremus. Restat igitur ut panem cotidianum accipiamus spiritualem, precepta scilicet divina, que cotidie oportet meditari et operari. Nam de ipsis Dominus dicit: Operamini escam que non corrumpitur. Cotidianus autem iste cibus nunc dicitur, quamdiu ista vita temporalis per dies decedentes succedentesque peragitur. Et revera quamdiu nunc in superiora, nunc in inferiora, id est, nunc in spiritualia, nunc in carnalia animi affectus alternat, tamquam ei qui aliquando pascitur cibo, aliquando famem patitur, cotidie panis necessarius est quo reficiatur esuriens et relabens erigatur. Sicut itaque corpus nostrum in hac vita ante illam vitam scilicet et immutacionem futuram cibo reficitur, quia sentit dispendium, sic et animus quoniam temporalibus affectionibus quasi dispendium ab intencione patitur, preceptorum cibo reficiatur. Da nobis hodie dictum est, quamdiu dicitur hodie, id est, in hac vita temporali. Sic enim cibo spiri-
384[e] *tuali post hanc vitam saturabimur in eter num, ut non tunc dicatur cotidianus panis, quia ibi temporis volubilitas, que diebus dies succedere facit, unde appellatur cotidie, nulla erit. Ut autem dictum est: Hodie sivo cem eius audieritis, quod interpretatur Apostolus in epistola ad Hebreos: Quamdiu dicitur hodie, ita et hic accipiendum est: Da nobis hodie. Si quis autem eciam de victu corporis necessario vel de sacramento dominici corporis istam sentenciam vult accipere, oportet ut coniuncte accipiantur omnia tria, ut scilicet quotidianum panem simul petamus et necessarium corpori et sacramentum visibile et verbum Dei invisibile.* Hec Augustinus.

and even in the West it would limit the use of the prayer to the time before mass.

It follows that our daily bread must be spiritual food.

We pray that we may be supplied during this life.

We may use the petition as applying to all three meanings in combination.

6. Codd.: *tamen.* 9. B: *quem iam.* 19. B: *pascitur verbo.* 22. A: *vitam et.* 24. B: *sic quod animus, quem.* 30. A: *appellatur.*

14. Joh. VI, 27. 31. Psalm. XLIV, 8. 32 Hebr. III, 13.

Digitized by Google

Chrysostom: It seems that none may use this petition who have made any provision for the future.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *In prima quidem facie videntur verba sonare, ut qui dicunt: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, non habent in crastinum preparatum, ut possint dicere: Panem nostrum cotidianum da nobis, qui autem in crastinum preparatum habet aut in quinque aut in decem dies, quomodo potest dicere: Panem meum cotidianum da michi hodie? Illud enim petitur quod interim non habetur; quod autem iam possidetur, ut quid adhuc requiritur? Quod si est talis oracio, ista aut paucis potest convenire aut nulli. Quis enim ita fidelis ut cum possit amplius habere, tamen amplius sibi non servat nisi cotidianum victum? Forsitan solis conveniebat apostolis qui docendi gracia per singulas civitates omni tempore vagabantur et ipsa vagacio amplius cotidiano victu non poterat possidere.*

We should pray that we may take all we have as from the hand of God.

Sed ita debemus aptare Christi doctrinam ut omnes in ea proficiant, ne forte communis iusticie medicina que ad salutem omnium est preparata, dum aut paucis aut nulli prodest, inveniatur esse superflua; ita igitur intelligendum est quod non solum ideo oramus: Panem nostrum da nobis, ut habeamus quod manducemus, sed ut quod manducamus de manu Dei accipiamus. Nam habere ad manducandum commune est inter iustos et peccatores. Frequenter autem peccatores habundancius habent quam iusti. De manu autem Dei accipere panem non est commune sed tantum sanctorum; preparare autem non vetant hec verba, tamen cum peccato preparare vetant; nam qui cum iusticia preparat, illi Deus dat panem quem manducat; qui autem cum peccato, non illi dat Deus sed diabolus. Nam omnia quidem a Deo dantur, non tamen omnia a Deo subministrantur, vel ita ut dum a Deo datur, sanctificatus accipiatur; et ideo non dixit: Panem cotidianum da nobis, sed addidit nostrum, id est, quem habemus paratum apud nos. Illum da nobis, ut dum a te datur, sanctificetur, ut puta, si laicus offerat sacerdoti panem, ut sacerdos accipiens sanctificet et porrigat ei. Quod enim panis est offerentis est, quod autem sanctificatum est beneficium est sacerdotis. Numquid non sufficeret sic dicere: Panem nostrum da nobis hodie? Ut

1. A in marg.: *Crisostomus.* 12. A: *amplius igitur.* 30. A in marg.: *Nota.*

1. Op. Imp., p. 811.

Digitized by Google

quid igitur addidit cotidianum? ut luxuriosos cibos compescat, ut tantum quis manducet quantum racio naturalis exigit, non quantum lascivia carnalis impellit. Si enim tu in uno convivio tantum expendas quantum sufficere poterat verbi gracia hominibus centum moderate viventibus aut tibi ipsi centum diebus disciplinate viventi, iam non cotidianum cibum manducas sed multorum dierum; aut certe, sicut supra dixit de elemosinis vel de oracione, ut non coram hominibus faciamus, non quia hoc possibile erat omnino, sed ut doceat nos omnino spectacionem hominum fugere velle, ut si possibile est, ne videant quod impossibile non est, sic et hic docere nos volens ut de nullo simus in hoc mundo soliciti nisi de solo simplici victu, sic mandavit orare: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, non quia illicitum iudicavit plus habere hominem christianum quam panem cotidianum, sed hoc docere voluit, ut si possibile est neque pane cotidianò plus habeat, quod possibile non est quantum ad possibilitatem humanam.

'Daily' is added as a warning against excess.

Item, quare non solum dixit: Panem cotidianum da nobis, sed addidit nostrum panem? propter duas raciones, prima est quia omnia que dat nobis Deus sive orantibus sive militantibus, non nobis solum dat sed eciam aliis per nos ut de eò quod accipimus a Deo partem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis indigentibus non prestat, non potest dicere: Panem meum da michi; nec enim panem suum tantummodo manducat sed eciam alienum; deinde quia qui de iusticia panem adquisitum manducat, suum panem manducat; qui autem cum peccato, alienum. Hec Crisostomus.

'Our' bread: to shew that all should share in it.

CAP. XIII.

Ex dictis horum sanctorum doctorum colligere possunt fideles in compendio multos sensus. Primo videtur Augustinum intelligere panem unumquodque solidum quod nutrit hominem et sic unumquodque alimentum potest generaliter dici panis, quia pro tempore quodam |

Many senses given in these comments: 1. bread,

5. B: *poterit.* 8. A: *sicut* deest; B in marg. addit. 13. A: *nisi ut.* 15. A: *hodie* deest; B addit. 22. A: *primum quia.* 27. B: *panem sanctum.* 31. B in marg.: *12.* 32. A in marg.: *Johannes.* 33 A: *in* deest; ib. A in marg.: *1.* 35. A: *hominem* deest. 36. B: *quod pro tempore.*

Digitized by Google

est solidum vel dum fuerit in natura sua extra hominem 38d
vel dum fuerit in homine assimilandum; sicut noverunt philosophi de cambio, rore aut glutino.

2. covering,

Videtur eciam quod sub quadem univocacione anagogica panis potest intelligi quodcunque tegumentum, quod debite nutrit corpus, sive sit panis sive domus, quia in hoc omnia ista conveniunt quod sunt solida et nutriunt humanam naturam vel sustentant.

3. spiritual food.

Sed tercio pertinencius et fidei scripture conformius potest panis vocari sub quadam univocacione remota veritas fidei qua pascitur homo interior. Mirabile quidem foret quod Christus omnisciens doceret ecclesiam suam orare generaliter pro cibo minus utili magis utile dimittendo, et cum sustentacio spiritus sit magis utilis, quam sustentacio corporis, videtur quod Christus illam sustentacionem in ista peticione quarta sub ista significacione anagogice intendebat. Et ita patet solucio ad evidenciam quam innuit Augustinus. Possumus enim esse solliciti circa genus aliquod quod includit celestia, sicut est panis predictus, licet non sumus solliciti circa hoc individuum temporale.

'Our' bread: it cannot be ours, if we are not in grace.

Sed secundo notande sunt addiciones terminorum, que in oracione dominica consequuntur. Dicitur enim *Panem nostrum* communiter propter multa: primo ut simus in caritate vel gracia digni pane, quia (ut fideles credunt) presciti vel extra graciam non sunt digni aliquo bono Dei et per consequens non sunt digni a Deo petere panem suum. Disponamus nos igitur ut simus fideles servi Domini et tunc possumus ab eo iuste petere panem nostrum.

Secunda racio quare sic petimus in communi est ut discamus invicem diligere et communicare tam in bonis spiritualibus quam in bonis corporalibus, et ideo petimur communiter panem nostrum.

Tercia racio est ut fidelis cognoscat quod non solum pro se sed eciam pro fratribus dat sibi Dominus illum panem et cum ille sit finis dacionis quem Deus intendit, debet cavere sollicite ne fatue frustret illum.

1. A in marg. in Fol. 38 p^e: De hostia consecrata vide inferius libro III, Cap. XXXVIII per processum. 5. A in marg.: *2.* 9. A in marg.: *3.* 13. B corrigit: *pro sibi minus utili.* 14. B: *dimittendo etc. sustentacio.* 17. B: *analogice.* 20. B: *simus.* 22. A in marg.: *B.* 24. A in marg.: *1.* 27. A: *sunt* deest. 31. A in marg.: *2.* 35. A in marg.: *3.* 36. B: *eciam* deest.

Digitized by Google

Vocatur autem cotidianus panis, quia indigemus cotidie illo pane; quis rogo non indiget hic in via alimento et tegumento sui corporis? Nam sex res naturales de quibus loquuntur medici sunt continue necessarie sanitati. Quomodocunque sit de necessariis corpori, de pane anime, sumus certi quod non solum cotidie sed continue necesse habemus quod Deus ipsum influat. Petimus autem ut Deus recenter det ipsum nobis hodie, ut sic necessitati simus oracionem illam cotidie replicare et sic de Deo nostro et nostra miseria cogitare. Quis rogo non sentiret humiliter de se ipso, cum continue cognoscat quod tantum indiget Deo suo, et sic (ut Augustinus dicit alibi) omnis viator cogitur confiteri quod sit mendicus Dei sui. Et per hoc possumus habere vigilancius sensum Apostoli Hebr. III°, ad quem sensum Psalmista loquitur, quando dicit: *Hodie si vocem eius audieritis*, et (ut breviter comprehendam) non est aliquod bonum corporale vel spirituale necessarium viatori nec aliquis modus habendi quin in ista peticione expresse vel tacite includatur.

We need God's gift of spiritual food continually.

This petition includes all needs, bodily and spiritual.

Tercio principaliter patet ex dictis Augustini dicentis quod in ista peticione petimus communicacionem in hostia consecrata quam ipse dicit panem cotidianum, non intellegebat per illum panem cotidianum accidens sine subiecto vel unum nichil in forma nichili; sed verum panem qualem fregit Dominus qui est figuraliter corpus Christi, et sic non petimus illum panem pro bono nature quod continet, cum in se habeat modicum nutrimenti sed bonum figure, ut de passione corporis Christi specialiter cogitemus. Ideo dicit Christus et celebrator commemorat: *Hec quociescunque feceritis, in mei memoriam facietis.* Et ita non sine causa Spiritus Sanctus necessitavit Apostolum I. Cor. X, 16 vocare hanc hostiam *panem quem frangimus;* et sepe capitulo XI et alibi in evangelio vocatur ipsa hostia *panis* et nusquam in fide scripture accidens sine subiecto vel unum vacuum sive nichil.

Augustine's words shew that the sacrament is really bread.

Sed Antichristus paulative introduxit istam heresim in ecclesiam, non ut sit figura passionis Domini, sed

11. A: *consentiret.* 21. A in marg.: *C.* 25. A in marg. inf.: *Nota quod remanet verus panis post consecracionem hostie in altari.*

16. Hebr. III, 13. 31. Lucae XXII, 19.

Digitized by Google

ut sit figura alienacionis a lege Christi et ab observancia sui precepti. Et ad istum sensum catholicum loquitur Augustinus utrobique, ubi commemorat istam materiam. Unde in decretis De Consecrac., dist. II[a], cap. *Qui manducant* et alibi Deus necessitavit istos hereticos inserere verba sanctorum contra se ipsos pro nostra fideli sentencia. Unde Augustinus in capitulo *Qui manducant* sic loquitur: *Quod videtur*, inquit, *panis est et calix quod oculi renunciant. Quod autem fides postulat instruenda panis est corpus Christi.* Et Jeronymus in epistola ad Helbidiam: *Vos*, inquit, *audiamus*, *panem quem fregit Dominus deditque discipulis manducandum corpus esse Domini salvatoris, ipso dicente: Hoc est corpus meum.* Et Ambrosius dicit quod illud quod fuit panis iam est corpus Christi virtute verborum Domini. Iste sanctus non audebat dicere quod virtute sue benediccionis et verborum diaboli panis ille adnichilatur vel desinit esse secundum quamlibet sui partem. Et illi testes recentes allegati in contrarium ex defectu sue fundacionis non sunt hic a fidelibus recitandi. Sunt enim nostri recentes heretici plus stulti quam mures, cum dicant quod ipsi comedunt accidens sine subiecto et dimittunt aliam substanciam incomescibilem, licet sit infinitum melior quam aliquod accidens corporale. Augustinus autem et ceteri qui intelligebant voces proprias dixerunt quod ex noticia verborum hoc noverant | quod accidens non potest esse sine subiecto; 385[a] sed nostri blasfemantes in Deum dicunt sine racione vel sensu quod per ipsos Deus facit insensibiliter istud miraculum. Sed illi qui audent ut Greci et fideles ceteri ipsos derident ut stolidos in hac parte.

The faithful ought not to beg.

Quarto patet ex ista sentencia quod fideles non debent ab aliis mendicare, sed quod habentes panem sufficientem pro ipsis et aliis debent prudenter et gratis egentibus impertiri. Unde cum iuxta Crisostomum qui abutitur tali pane vel consumendo in se ipso vel con-

1. B: *elevacionis.* 8. A: *manducat:* ib. A in marg.: *Augustinus.* 9. A: *postulant.* 10. A in marg.: *Jeronimus.* 11. B: *Helbedam.* 14. A in marg.: *Ambrosius.* 18. A in marg.: *Nota quod secundum Augustinum et alios nullum accidens potest esse sine subiecto.* 32. A in marg.: *D;* ib. B: *Quarto potest notari ex ista sentencia.* 36. Codd.: *abutuntur.*

3. Decreti Tertia Pars dist. II, cap. LVIII. 9. Sti. Hieronymi Ep. ad Hedibiam, Vol. I, 824; Cf. Wyclif De Eucharistia, p. 200. 12. Cf. Wyclif De Eucharistia, p. 99.

Digitized by Google

gregando incongrue in populo vel detinendo avare ne communicetur cum fratribus est ut sic indignus pasci a Domino tali pane. Videtur quod Mendicantes validi tantum blasfemantes in Deum et seducentes suam ec-
5 clesiam militantem dicunt false et proditorie Deo nostro: *Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.* Unde false illudunt populo dicentes quod satis est distribuere bona Dei eciam ipsi diabolo cum hoc quod ipse petat et distributor distribuat in nomine Jesu Christi, tunc enim
10 foret doctrina Christi superflua Luce XIV, et Mendici validi maiores ypocrite raperent bona pauperum de fatuis ipsis credentibus, et policia quam racio vel Christus instituit deperiret, cum pars diaboli in peccato caucior destrueret membra Christi. Talia sunt multa
15 blasphema mendacia seminata per hos novos ordines et vix aliquis audet pro fortitudine partis adverse se ipsum exponere vel defendere catholicam veritatem.

CAP. XIV.

Sequitur in textu evangelii: *Et dimitte nobis debita*
20 *nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Super quo Augustinus: *Debita peccata dici manifestum est; vel illo quod ait idem Dominus: Non exies inde quousque exsolveris novissimum quadrantem, vel illo quod debitores appellavit qui ei nunciati sunt extincti, vel ruina turris*
25 *vel quorum sanguinem Herodes miscuit sacrificio. Dixit enim putare homines quod illi ultra modum debitores fierent, id est peccatores, et addidit: Amen dico vobis, nisi penitenciam egeritis similiter moriemini. Non hic ergo quisque urgetur pecuniam dimittere debitoribus, sed*
30 *quecunque in eum alius peccaverit. Nam pecuniam dimittere illo pocius iubemur precepto quod superius dictum est: Si quis tibi tunicam tollere voluerit et in iudicio tecum contendere, dimitte ei et pallium. Nec tibi necesse est omni pecuniario debitori dimittere debitum, sed ei*
35 *qui reddere noluerit, in tantum eciam ut velit litigare.*

Augustine: By 'debts' is meant sins.

We are to forgive all offences against us.

8. A: *petet.* 12. A: *tam policia quam.* 19. B in marg.: *XIII;* ib. A in marg.: *Quinta peticio.* 21. A in marg.: *Augustinus.* 24. A: *nunciate.*

19. Matth. VI, 12. 20. Sti. Augustini De sermone Domini in monte, l. c. p. 211. 22. Matth. V, 26. 24. Lucae XIII, 1. 27. Lucae III, 5. 32. Matth. V, 40.

Digitized by Google

Servum autem Domini, ut ait Apostolus, non oportet litigare. Qui ergo vel sponte vel victus pecuniam debitam reddere noluerit, dimittenda illi est. Duas enim ob res nolet reddere, vel quod non habeat vel quod avarus sit reique aliene cupidus: utrumque enim pertinet ad inopiam. Nam illa inopia est rei familiaris, hec animi. Quisquis itaque tali dimittit debitum, inopi dimittit, opusque christianum operatur, manente illa regula, ut in animo sit paratus amittere quod sibi debetur. Nam si modeste ac leniter omni modo egerit ut sibi restituatur, non tam intendens fructum pecunie, quam ut hominem corrigat, cui sine dubio perniciosum est habere unde reddat et non reddere, non solum non peccabit, sed proderit plurimum eciam, ne ille dum alienam pecuniam lucrum vult facere, dampnum fidei paciatur; quod tanto est gravius, ut nulla sit comparacio.

We must forgive all offences or we cannot be forgiven.

Ex quo intelligitur et in ista quinta peticione qua dicimus Deo: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, de pecunia quidem non solum dici sed de omnibus que in nos quisque peccat ac per hoc eciam de pecunia. Peccat namque in te, qui tibi pecuniam debitam, cum habeat unde reddat, recusat reddere. Quod peccatum si non dimiseris, non poteris dicere: Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus. Si autem ignoveris, vides eciam de pecunia dimittenda eum admoneri, cui tali prece orare precipitur.

Illud sane tractari potest, ut quoniam dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus, tunc convincamur contra istam regulam fecisse, si eis non dimittamus, qui veniam petunt, quia et nobis veniam petentibus a benignissimo patre celesti dimitti volumus. Sed illo rursus precepto quo iubemur orare pro inimicis nostris, non pro his qui veniam petunt iubemur. Iam enim qui tales sunt, inimici non sunt. Non ullo modo autem vere quisquam dixerit orare se pro eo, cui non ignoverit. Quapropter fatendum est omnia peccata dimittenda esse que in nos admittuntur, si volumus a patre dimitti que admittimus. Nam de vindicta superius (ut arbitror) satis disputatum est. Hec Augustinus.

4. B: *vel quia ... vel quia.* 5. Codd.: *cupidus sit.* 9. A: *detur.* 10. A: *ut si ei.* 21. B: *Peccat namque in te peccat.* 27. A: *sane* twice. 31. A: *celesti* deest. 36. A: *dimittuntur.*

2. II. Tim. II, 24.

Digitized by Google

Debt is formally distinct from sin but we cannot sin without incurring a debt.

Videtur istum sanctum admittere tam predicacionem formalem quam eciam causalem, dum dicit quod peccata sunt debita. Quamvis autem Luce XI, 4 dicat Christus: *Dimitte nobis peccata nostra, si quidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis*, tamen loquendo formaliter peccata et debita distinguuntur, cum debitum (in quantum huiusmodi) sit ipsum quod debetur. Sed pec-
385b catum peccantis non | debetur Deo, diabolo vel alii creature, sed tamen ex divina iusticia impossibile est quemquam peccare in reliquum, nisi eo ipso incurrat debitum vel pene vel rei alterius debite tribuende. Et sic omne peccatum causaliter est debitum; et in ista peticione quinta oramus Deum condicionaliter dimittere nobis debita nostra sub ista condicione quod nos nostris debitoribus sua debita dimittamus. Et cum quilibet peccator peccat in quemlibet et specialiter prelati in subditos, videtur ex sentencia ista Augustini quam elicit de fide scripture quod quilibet viator dimittere debet cuilibet et specialiter subditus suo prelato.

Laws for enforcing debt are superfluous and harmful.

Et ex isto videtur quod leges contencionum pro exigendis humanis debitis sunt superflue et nocive, immo quod sunt evangelio isti contrarie, quia secundum Augustinum non debemus secundum formam istam ipsa repetere; lex ergo que docet ipsa repetere, docet contrarie legi Christi. Sed que lex est sibi contraria si non ista? Et hic potes videre defectum tradicionis hominum in hac parte quod seculariter tractant de debitis pecunie sed de aliis debitis secundum legem Domini nimis tacent. Quando enim lex Domini dicit quod quilibet viator debet iuvare quemlibet, eciam diligere inimicum, quantumcunque quis illud omiserit, non censetur debitum sed iusticie complementum. Et cum ex fide cognoscimus quod superior prelatus ut papa vel episcopus omittens illud facere suo subdito quod debet de lege Domini, incurrit magis debitum quam est aliqua pena pecuniaria assignanda, quia debitum est maius, cum spirituale iuvamen sit preponderancius pecunia apud Deum et vinculum est forcius, quia secundum legem Dei insolubilem est ligatum: ideo cum quidam subiecti prebyteri suis episcopis tenentur (quod non debent) solvere eis

Yet in certain cases we try to compel satisfaction for the good of the debtor.

1. A in marg.: *Nota quod est dare predicacionem formalem et causalem.*
17. A: *Augustinus.* 18. A: *eligit.* 38. A: *vinculum eius forcius.*
39. B: *subditi.* 40. Codd.: *tenentur* deest. Addidi.

Digitized by Google

penam pecuniariam nisi ipsi episcopi reddiderint maius debitum legi Dei; non tamen intendunt extirpare ab eis penam seculi vel inferni sed intendunt dare occasionem, ut ad suum meritum exsolvant debitum quod sic debent. Et cum tali moderamine videtur Augustinus dicere quod debitum pecunie est secundum leges hominum exigendum.

Hence it may be right to keep a man out of a benefice.

Et sentenciam istam recolerent nostri pape, episcopi vel clerici contendentes, quia pensata lege Domini nec unus papa excludens reliquum de prelacia quam exigit nec unus clericus excludens reliquum de beneficio ecclesiastico quod adoptat, facit in hoc sibi iniuriam, cum sit in hoc legis Dei adversarius et per consequens sibi de lege Domini non debetur.

Ex quo convincunt quidam ulterius quod uterque papa, cum tantum se gratis obligat singulis christianis quod sit *servus servorum Dei* et per consequens racione maioris carismatis recepti a Domino, ut magis proficiat ecclesie militanti, incurrit maius debitum quoad Dei nostri iudicium hoc omittens. Ille ergo qui est indispositus sic dicere oracionem dominicam est nimis indispositus iuvare suos subditos de alio adiutorio spirituali. Tales itaque evidencias debent subditi facere suis prelatis humiliter, ut vel sic cogitantes de lege Domini tam sibi ipsis benefaciant quam subiectis; et de isto spirituali debito debent fideles et clerici specialiter facere mencionem et tam in predicacionibus quam eciam in suis oracionibus effectualem sermonem, ut militans ecclesia corrigatur, quia tantum est ecclesia dedita mortificanti pecunie quod non ponderat aliquod debitum preter illud; et utrobique lex Domini infideliter est extincta; ad tantum enim cecavit sophista diabolus militantes cum excusacionibus in peccatis quod dicunt se numquam placitare pro debito temporali nisi quando placitant pro bono et spirituali iuvamine debitoris, quia ut apud Deum de debito excusetur. Sed totum hoc sophisma est plana illusio sicut mendacium quo pugnantes fingunt se propter bonum hostium, quia ut reducant ipsos ad humilitatem et observanciam iusticie, sic pugnare. Certum quidem est quod scrutans corda

We should call upon prelates to render due service.

2. B: *lege Dei.* 6. A: *non est secundum.* 19. B: *inanis* = *inanis.* 19, 20. A: *quod dominium iudicium.* 26. A: *debeto.* 28. A: *affectualem.*

Digitized by Google

et renes convincet tale mendacium in die iudicii et debitum pene usque ad quadrantem novissimum exiget secundum scrutinium legis sue.

CAP. XV.

Chrysostom: It is useless to pray for pardon if we do not forgive.

5 Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Cum qua spe orat qui inimiciciam servat adversus alterum a quo forsitan lesus est; sicut enim ipse orans mentitur: dicit enim remitto et non remittit, sic et a Deo petit indulgenciam, et non illi indulgeatur. Si ergo qui lesus* 10 *est sine causa orat Deum nisi indulserit ei a quo lesus est, quomodo putas orat qui non solum ab altero lesus non est, sed ipse per iusticiam alios ledit et gravat; sed multi nolentes veniam peccantibus in se fingunt istam oracionem orare. Stultus est talis primum, quoniam sic* 15 *non orat, quemadmodum docuit Christus, nec est Christi discipulus; secundo quia nec pater libenter exaudit ora-*
385° *cionem quam filius non dictavit. Cognoscit enim | pater filii sui sensum, et verba non suscipit que usurpacio humana excogitavit sed que sapiencia Christi exposuit,* 20 *ergo oracionem quidem dicere potes, circumvenire autem Deum et fallere non potes, nec accipis indulgenciam nisi prius indulseris ipse.* Hec Crisostomus.

Ex istis videtur istum sanctum intendere non solum quod expers caritatis et specialiter qui oderit inimicum 25 superflue orat Deum, dicendo oracionem dominicam, sed orando ipsam orat ad sui iudicium contrarie sibi ipsi; et per idem orando quamlibet creaturam immo quidquid fecerit nocet sibi ipsi se ipsum in crimine profundando. Nam offenso Deo debet ex hoc offendi 30 quelibet creatura et qui simulat se amicum inimici tanti domini, incurrit illius prodicionem et per consequens inimiciciam cuiuslibet alterius creature. Talia dicta cum sint ex fide demonstrabilia, non debent capi derisorie ut levia sed tamquam fidei propinqua effectua- 35 liter ponderari.

We ought not to give to wicked prelates.

Ex quo videtur quibusdam quod prelatus notorie criminosus et specialiter omittens officium quoad Deum

5. B in marg.: *XIV;* A in marg.: *Crisostomus.* 13, 14. B: *fugiunt istam oracionem.* 14. A in marg.: *1.* 16. A in marg.: *2.* 23. A in marg.: *Johannes.* 30. A: *amicum inimicum.* 36. A in marg.: *Conclusio.*

5. Op. Imp., l. c. p. 812.

Digitized by Google

ad quod se gratis obligat secundum seculare forum non debet recipere stipendium vel aliquod debitum tamquam talis, immo quod nullus subditus debet in hoc sibi notorie ministrare, primo quia ut sic consentiret suo crimini et mendacio quod sic fugit, secundo quia quod non potest esse Deo incognitum tamquam Deo in volucione contrarius Dei proditori stolide consentiret, et tercio quia accepit dispensacionem bonorum Domini que ut sic infideliter administrat. Et istud peccatum licet nunc videatur leve vel nullum, subditus tamen timendo divinum iudicium non debet sibi faciliter consentire. Si ergo secundum mandatum Christi Matthei V, 42, *quilibet debet omni petenti te tribuere*, multo magis secundum doctrinam Augustini subditus debet prelato suo petenti talia temporalia falso titulo tribuere consilium et doctrinam.

What we give them should be counsel and sound doctrine.

Augustine: God does not lead us into temptation but suffers us to be led.

Sequitur in litera Augustini: *Sexta*, inquit, *peticio est: Et ne nos inferas in tentacionem. Nonnulli codices habent: Ne nos inducas, quod tantumdem quod inferas in temptacionem valere arbitror: nam ex uno verbo Greco quod dictum est irecinis utrumque translatum est. Multi autem deprecando ita dicunt: Ne nos paciaris induci in temptacionem: exponentes scilicet quomodo dictum sit, inducas. Non enim per se ipsum inducit Deus, sed induci patitur eum, quem suo auxilio deseruerit, ordine occultissimo ac meritis. Causis eciam sepe manifestis dignum iudicat ille quem deserat et in temptacionem induci sinat. Aliud est autem induci in temptacionem, aliud tentari. Nam sine temptacione probatus esse nullus potest, sive sibi ipsi, sicut scriptum est: Qui non est temptatus qualia scit? sive alii, sicut Apostolus dicit: Et temptacionem vestram in carne mea non sprevistis. Hinc enim eos ipse firmos cognovit, quod eis tribulacionibus que Apostolo secundum carnem acciderant non sunt a caritate deflexi. Nam Deo noti sumus et ante omnes temptaciones, qui scit omnia antequam fiant.*

God tries us for our own instruction not for His.

Quod itaque scriptum est: Temptat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis eum: illa locucione positum est 'ut sciat': pro eo quod est 'ut scire vos faciat', sicut

4. A in marg.: *1.* 5. A in marg.: *2.* 8. A in marg.: *3.* 17. A in marg.: *Sexta peticio.* 18. Codd.: *inducas.* Correxi. 21. *irecinis*: ita codd. Recte: *εἰρενέγκης*.

17. De sermone Domini in monte, l. c. p. 212. 30. Eccli. XXXIV, 9, 11. 31. Gal. IV, 13. 37. Deut. XIII, 3.

Digitized by Google

letum diem dicimus quod letos faciat et frigus pigrum quod pigros facit et innumerabilia huiusmodi que sive consuetudine sive sermone doctorum, sive in scripturis sanctis reperiuntur. Quod non intelligentes heretici qui veteri testamento adversantur, velut ignorancie vicio notandum putant eum, de quo dictum est: Temptat vos dominus Deus vester, quasi in evangelio de Domino dictum non sit: Hoc autem dicebat temptans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Si enim noverat cor eius quod temptabat, quid est quod voluit videre temptando? Sed profecto illud factum est, ut ipse sibi notus fieret qui temptabatur suamque desperacionem condempnaret saturatis turbis de pane Domini, qui eas non habere quod ederent existimaverat.

We do not pray not to be tempted but not to be led into temptation.

Non ergo hic oratur, ut non temptemur, sed ut non inferamur in temptacionem, tamquam si quispiam cui necesse est igne examinari non oret ut igne non contingatur sed ut non exuratur. Vasa enim figuli probat fornax et homines iustos temptacio tribulacionis. Joseph ergo temptatus est illecebra stupri, sed non est illatus in temptacionem. Susanna temptata est nec ipsa inducta vel illata in temptacionem, multique alii utriusque sexus, sed Job maxime, cuius admirabilem stabilitatem in Deo Domino suo, cum illi heretici hostes veteris testamenti ore sacrilego irridere voluerint, illud pre ceteris ventilant, quod satanas petiverit eum tentandum. Querunt enim ab hominibus imperitis talia intelligere nequaquam valentibus, quomodo satanas cum Deo loqui potuerit, non intuentes (non enim possunt, cum supersticione et contencione cecati sint) Deum non loci spacium mole corporis occupare et sic alibi esse, alibi non esse aut hic certe habere partem aliam et alibi aliam. Sed maiestate ubique presto esse, non per partes divisum sed ubique perfectum. Quod si carnaliter intuentur quod dictum est: Celum michi thronus est et terra scabellum pedum meorum, cui loco et Dominus

God is not divided but is wholly every where.

385[a] *adtestatur dicens: Non iurabis | neque per celum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius, quid mirum, si in terra diabolus constitutus ante*

3. A: *sive in sermone.* 7. B: *vester, ut sciat quasi in.* 26. A: *querunt* twice. 36. 37. A: *quia thronus Dei est* deest; B in marg. addit. 38. Codd.: *quid* deest. Addidi.

9. Joh. VI, 6. 18. Eccli. XXVII, 6. 19. Gen. XXXIX, 7. 21. Dan. XIII, 30. 26. Job. I, 11. 34. Isa. LXVI, 1. 36. Matth. V, 34.

Digitized by Google

God speaks to every soul, however perverse.

pedes Dei stetit et coram illo aliquid locutus est. Nam quomodo illi valent intelligere nullam esse animam quamvis perversam que tamen ullomodo racionari potest, in cuius consciencia non loquatur Deus? Quis enim scripsit in cordibus hominum legem naturalem nisi dominus Deus? De qua lege Apostolus ait: Cum enim gentes que legem non habent naturaliter que legis sunt faciunt, hii legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui opus legis scriptum in cordibus suis ostendunt contestante consciencia illorum et inter se invicem cogitacionum, accusancium et excusancium in die qua iudicabit Deus occulta hominum. Quapropter si omnis anima racionalis eciam cupiditate cecata, tamen cum cogitat et raciocinatur quicquid in ea raciocinacione verum est, non ei tribuendum est sed ipsi lumini veritatis a quo vel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut verum aliquid in raciocinacione sive in raciocinando senciat, quid mirum si diaboli anima prava cupiditate perversa quidquid tamen verum de iusto viro cogitaverit, cum temptare illum vellet ipsius Dei voce, id est, ipsius veritatis voce audisse prohibetur? Quicquid autem falsum illi cupiditati tribuitur, qua diaboli nomen accepit? Hec Augustinus.

CAP. XVI.

God may well have spoken with the devil.

Prosequitur autem Augustinus diffuse satis suam sentenciam, quod attestatur indubie quod sanctus iste ponderat istam materiam, quomodo debet sane intelligi: *Et ne nos inducas in temptacionem. Quamquam,* inquit, *eciam per creaturam corporalem atque visibilem Deus plerumque locutus est sive bonis sive malis, tamquam dominus omnium et creator et rector protectorque prout cuiusque rei meritis ordinator, sicut per angelos qui hominum quoque aspectibus apparuerunt et per prophetas dicentes: Hec dicit Dominus. Quid igitur mirum si quamquam non in ipsam cogitacionem per aliquam certe creaturam tali operi accommodatam Deus locutus cum diabolo dicitur?*

8. A: *leges non habentes.* 10. A: *interesse invicem.* 10, 11. A: *et excusancium* deest. 11. B: *die* deest. 24. B in marg.: *XV.* 28. A in marg.: *Augustinus.* 30. A: *Deus omnium.* 33. B: *quid sibi mirum.* 34. Augustinus l. c.: *in ipsa cogitacione.*

6. Rom. II, 14. 27. De sermone Domini in monte, l. c. p. 213.

Digitized by Google

Nec dignitatis esse arbitrentur et quasi iusticie meritum quod cum illo locutus est Deus, quoniam cum anima angelica quamquam stulta et cupida, tamquam si loqueretur cum humana anima stulta et cupida. Aut ipsi dicant quomodo locutus est Deus cum illo divite cupido et superbo, cuius cupiditatem stultissimam et iactanciam arguere voluit dicens: Stulte, anima tua hac nocte a te expostulatur; que autem parasti cuius erunt? Certe hoc ipse Dominus in evangelio ait, cui heretici isti velint nolint colla submittunt. Si autem hoc moventur quod temptandum iustum satanas peciit a Deo, non ego expono quare sit factum, sed ipsos rogo exponere quare dictum sit in evangelio ab ipso Domino discipulis: Ecce satanas expetivit vexare vos sicut triticum. Et Petro inquit: Ego autem postulavi ne deficiat fides tua. Cum autem hoc mihi exponunt, simul quod a me querunt, exponunt sibi. Si vero non maluerint hoc exponere, non audeant id quod in evangelio sine offensione non intelligunt in aliquo libro cum temeritate culpare.

Satan tempts us by God's permission.

Fiunt igitur temptaciones per satanam, non potestate eius sed permissu Domini, ad homines aut pro suis peccatis puniendos aut pro Domini misericordia probandos et exercendos. Et interest plurimum in qualem quisque temptacionem incidat. Non enim incidit Judas in talem temptacionem, qui vendidit Dominum in qualem incidit Petrus, cum territus Dominum negavit. Sunt eciam humane temptaciones; humana vero temptacio est, credo, cum bono quisque animo secundum humanam tamen fragilitatem in aliquo concilio labitur aut irritatur in fratrem studio corrigendi. Paulo tamen amplius quam christiana tranquillitas postulat. De quibus Apostolus dicit: Temptacio vos non apprehendat nisi humana, cum idem tamen dicat: Fidelis Deus qui vos non sinit tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cum temptacione eciam proventum vel exitum, ut possitis tollerare. In qua sentencia satis ostendit non id nobis orandum esse ut non tentemur, sed ne inducamur in temptacionem. Inducimur enim in

5, 6. A: *eciam superbo.* 9. A: *dicit* pro *ait.* 11. B: *iustum* deest; ib. A: *petit a Domino.* 12. A: *cogo exponere.* 17. A: *illud* pro *id;* Codd.: *quod* deest. Addidi. 27. B: *puniendis.* 25. A: *temptacionem* deest. 27. A: *humana* deest. 33. A: *sinat.* 37. B: *Inducimur autem.*

7. Lucae XII, 20. 13. ib. XXII, 31. 14. ib. 32. 31. I. Cor. X, 13.

Digitized by Google

temptacionem, si tales acciderint quas ferre non possumus. Sed cum temptaciones periculose in quas inferri atque induci perniciosum est aut prosperis rebus temporalibus aut adversis oriantur, nemo frangitur adversarum molestia qui prosperarum delectacione non capitur. Hec Augustinus.

God tempts us that he may crown us.

Videtur istum sanctum disgredi tam diffuse, ut securius exponat hoc verbum Domini: *Et ne nos inducas in temptacionem;* et videtur ipsum primo dicere quod temptari quandoque sonat in bonum, ut Deo convenit vel per se vel per aliquam creaturam, et illo modo Deus temptavit Abraham et sanctos alios ut coronet, quandoque autem temptare sonat in malum, quando diabolus specialiter temptat homines ut dampnificet. Et prior temptacio procedit a misericordi animo atque iusto, secunda temptacio procedit a seduccionis proposito et iniquo. Et per hoc patet quomodo intelligendus est Jacobus capitulo I°, 13, quando dicit: *Deus neminem temptat. Ipse enim temptator malorum est,* et cum tam lex vetus quam nova testantur quod Deus temptat homines sed ad hunc finem specialiter ut coronet.

Temptation may be for good or for evil.

Sed secundo videtur Augustinus sentire quod inducere in temptacionem potest esse dupliciter, vel in peccatum notabile quod tamen cedet temptato et ecclesie ad bonum, modo quo fuit | Petrus inductus in temptacionem 386a
quando ter negavit Dominum, vel aliter quando quis inducitur in peccatum finalis impenitencie; quod necesse est credere inducto ad dampnacionem perpetuam, quomodo Scarioth fuit inductus in temptacionem.

It may be punishment for sin.

Tercio videtur hunc sanctum innuere quod Deus approbative inducit homines in temptacionem in penam peccati prioris, sicut induravit Pharaonem et dampnat prescitos; nec hoc sonat Deo in iniusticiam sed in iustam penam quam Deus quandoque infligit per bonos spiritus et quandoque per malos; quam materiam Augustinus non audet temere diffinire, nisi scriptura

2. Codd.: *seduci.* 7. A in marg.: *Johannes.* 9. A in marg.: *1;* ib. A: *istum primo.* 12. A in marg.: *Nota quod temptacio aliquando sonat in bonum et aliquando sonat in malum;* B in marg.: *(tem)ptacio.* 13. A in marg.: 2. 20. A: *testatur.* 22. A in marg.: *Nota quod induci in temptacionem potest esse dupliciter.* 24. A in marg.: *1.* 26. A in marg.: 2. 30. A in marg.: *3.*

18. Jacobi I, 13: *Nemo, cum tentatur, dicat quoniam a Deo tentatur.*

Digitized by Google

sacra, patens racio vel doctrina Sancti Spiritus hoc instiget. Et sic non oramus Deum nostrum, ne temptemur simpliciter, sed *ne inducat nos in temptacionem,* hoc est, ne permittat nos peccare peccato pernicioso vel in penam peccati prioris permittat nos vel faciat nos in peccatum tale corruere. Difficile autem videtur peccatum tale describere vel orare ne in temptacionem talem aliquis inducatur, cum videtur Augustinus dicere quod Petrus inductus fuit in temptacionem. Et certum videtur quod hoc fuit de ordinacione divina; et nimis difficile videtur in ista compendiosa oracione Domini orare quod divino beneplacito contradicit, cum oramus paulo ante in eadem oracione: *Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra.* Ideo mirum videtur quibusdam quod ecclesia orat generaliter ne Deus ipsam inducat in temptacionem, cum tamen sit de voluntate eiusdem Dei, ut ipsam in temptacionem inducat (sed vide inferius).

Difficulty as to St. Peter.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Quoniam multa et magnifica supra mandavit hominibus ut Deum patrem suum dicant, ut genus suum de celo cognoscant, ut regnum Dei petant venire, ut non sint solliciti unde pascantur, que omnia magne spei et iusticie signa sunt, ideo nunc additur humilitatis doctrina, ut dum dicunt: Ne nos inducas in temptacionem, cognoscant se esse infirmos et consideracio infirmitatis causam gloriacionis extinguat.*

Chrysostom: Christ inserts this clause to teach humility.

Duo igitur petimus, primo ut non inducat nos in temptacionem, secundo ut si induxerit liberet de periculo temptacionis; nam vere si secundum veritatem iusticie sue examinaret homines, nullus poterit fieri salvus. Ideo autem difficile temptat, sciens infirmitatem nostram, aut si temptat, non tam diu temptat quamdiu nos vincamus temptacionem sed quamdiu vincere nos velle temptacionem ostendamus, id est, non virtutem nostram temptat, sed voluntatem, Apostolo nos confirmante et dicente: Temptacio nos non apprehendat nisi humana; fidelis autem Deus qui non pacietur vos temptari supra id quod potestis sustinere. Volens autem glorificare hominem temptat eum, non ut cum magno iudicio glorificet sed ut ne sine causa glorificet.

God does not try our power to be good but our will.

17. *sed;* adde: *de isto.* 18. A in marg.: *Crisostomus.* 27. B: *primum.* 29. B: *nam vero.*

13. Matth. VI, 10. 19. Op. Imp., p. 812. 35. I. Cor. X, 13.

Digitized by Google

The doxology refers to the earlier petitions.

Quoniam tuum est regnum et virtus et gloria. Tria hec ad hec tria que superius dixit pertinencia introduxit, quoniam dixerat supra: Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum, ac si dicat aliquis, ergo non habet Deus regnum in terra, quia oratis ut veniat, respondeo ad illud quod tuum est regnum.

Item, quoniam dixerat: Fiat voluntas tua, sicut in celo et in terra, ac si dicat aliquis, ergo non potest Deus facere quod vult in terris, quoniam oratis ut fiat voluntas eius, ad hoc respondeo quod tua virtus est tamquam si dicant, non ideo optamus regnum tuum in nobis aut fieri voluntatem tuam in terris, quia non est regnum tuum in mundo nec potes facere quod vis in terris, sed quoniam regnum tuum vita est eterna et voluntas tua iusticia est. Preterea nec rediges aliquem sub regno tuo nisi ipse voluerit nec operaris in aliquem voluntates tuas nisi ipse consenserit. Propterea oramus, ut illuminati a te velimus suscipere regnum in nobis et optemus facere voluntatem tuam.

Item, quoniam dixerat: Panem nostrum cotidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris et ne nos inducas in temptacionem, sed libera nos a malo, ad illa respondeo, quia tua est gloria. Vere, cum nichil deest timentibus Deum, Dei gloria est, si illis timentibus debitoribus suis Deus dimittit peccata, gloria Dei est, si autem, non dimittentibus eis, dimittat, non est gloria Dei, quia nec est iustum iudicium eius. Si non inducat in temptacionem aut inductos si propter iustam causam aliquam liberat, Dei gloria est. Et generaliter quidquid supra orare precepit, cum fuerit a Deo prestitum, Dei gloria est. Hec Crisostomus.

CAP. XVII.

Augustine: 'Deliver us from evil.' This prayer if granted takes away all fear.

Sequitur litera Augustini in exponendo verbum ultimum oracionis dominice in hec verba: *Ultima*, inquit, *et septima peticio est: Sed libera nos a malo. Orandum enim nobis est ut non solum non inducamur in malum quo caremus, quod sexto loco petitur, sed ab illo eciam liberemur in quo iam inducti sumus. Quod cum factum fuerit, nihil*

25. B: *timentibus eum.* 34. B in marg.: *XVI;* ib. A in marg.: *Augustinus.* 36. A in marg.: *Septima peticio;* ib. A: *nobis* deest.

34. De sermone Domini, l. c. p. 214, 215.

Digitized by Google

remanebit formidolosum, nec omnino metuenda erit ulla temptacio. Quod tamen in hac vita quamdiu istam mortalitatem circumferimus, in quam serpentina persuasione inducti sumus, non sperandum est posse fieri, sed tamen aliquando futurum sperandum est; et hec est spes que
386b *non videtur. De qua cum loqueretur | Apostolus ait: Spes autem que videtur non est spes; spes tamen sapiencie que in hac quoque vita concessa est, fidelibus servis Dei non est desperanda. Ea est autem ut id quod Domino revelante fugiendum esse intellexerimus, cautissima vigilancia fugiamus et id quod Domino revelante appetendum esse intellexerimus, caritate flagrantissima appetamus. Ita enim in reliquo mortalitatis huius onere ipsa morte deposito ex omni hominis parte oportuno tempore perficietur beatitudo que in hac vita inchoata est, cui capessende atque obtinende aliquando nunc omnis conatus impenditur.*

The first three petitions relate to spiritual things,

Sed harum septem peticionum consideranda et commendanda distinccio est. Nam cum vita nostra temporaliter nunc agatur atque eterna speretur et eterna priora sint dignitate et temporalia sint extrema vilitate, quamvis temporalibus prius actibus ad illa transeatur, tamen primarum peticionum impetraciones, quamquam in hac vita que in hoc seculo agitur exordium capiant (nam et sanctificacio nominis Domini Dei ab ipso humanitatis Domini adventu agi cepit et adventus regni eius, quo in claritate magna et maiestate venturus est, non iam finito seculo sed in fine seculi manifestabitur; et perfeccio voluntatis eius, sicut in celo et in terra, sive iustos et peccatores celum et terram intelligas sive spiritum et carnem sive Dominum et ecclesiam sive omnia simul, ipsa perfeccione nostre beatitudinis et ideo seculi terminacione complebitur), tamen omnia tria in eternum manebunt. Nam et sanctificacio nominis Domini sempiterna erit et regni eius nullus erit finis et perfecte nostre beatitudini eterna vita promittitur. Permanebunt ergo ista tria consummata atque cumulata in illa vita que nobis promittitur.

The last four to temporal.

Reliqua vero quatuor que petimus ad temporalem istam vitam pertinere mihi videntur. Quorum primum

1. B: *formidosum.* 3. A: *in quam sempiternam.* 7. B: *spes autem.* 9. B: *Ea* deest. 10. B: *intellexiimus.* 11. A: *fugamus.* 12, 13. A: *ita in.* 15. Codd.: *et ei capessende.* 16. Codd.: *impeditur.* 18. A: *ut vita.* 19. B: *sunt.* 21.: *temporalia sin postrema.* 24. A: *Domini* deest; ib. Codd.: *Domini* after *humanitatis* deest. 34. B: *nostri.*

7. Rom. VIII, 24.

Digitized by Google

Spiritual food as received here is of 'today' since it is given by temporal signs.

est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Hoc enim ipso quod dictus est panis quotidianus sive spiritualis significatur sive in sacramento sive in victu isto visibilis ad hoc tempus pertinet, quod appellavit hodie, non quia spiritualis cibus non est sempiternus, sed quia iste qui quotidianus dictus est in Scripturis, sive in strepitu sermonis sive quibusque temporalibus signis exhibetur anime, que omnia tunc utique non erunt, cum erunt omnes docibiles Deo et ipsam ineffabilem lucem veritatis non motu corporum significantes sed puritate mentis haurientes.

In the spiritual life we shall learn directly of God.

Nam forte propterea et panis dictus est non potus, quia panis frangendo atque mandendo in alimentum convertitur, sicut Scripture aperiendo et disperciendo animam pascunt, potus autem paratus sicuti est transit in corpus, ut isto tempore panis sit veritas; cum panis cotidianus dicitur, tunc autem potus cum labore nullo disputandi et sermocinandi quasi frangendi et mandendi opus erit, sed solo haustu sincereque perspicue veritatis. Et peccata nobis nunc dimittuntur et nunc dimittimus, que harum quatuor reliquarum secunda peticio est. Tunc autem nulla erit venia peccatorum, quia nulla peccata. Et temptaciones que temporalem istam vitam infestant non tunc erunt, cum perfectum fuerit, quod dictum est: Abscondes eos in abscondito vultus tui. Et malum a quo liberari optamus et ipsa liberacio a malo ad hanc utique vitam pertinet, quam Dei iusticia mortalem meruimus et unde ipsius misericordia liberamur. Hec Augustinus.

The last petition sums up all the rest.

Videtur istos sanctos ambos salvo meliori iudicio secundum sensum concordem intendere quod in ista peticione septima sit fructus omnium sex precedencium consummatus, et habito illo fructu viator non sit in ista miseria ulterius puniendus, ita quod in ista peticione septima petamus in quodam epilogo generaliter a malo pene peccati quod evenit hominibus liberari. Et ita sicut sunt quatuor gradus pene peccati, de quibus in ista peticione septima petimus liberari, primus gradus et infimus est quo petimus liberari a pena corporis temporali, et hoc primo eveniet, cum anima fuerit a

3. A: *significetur.* 19. A: *que est istarum quatuor.* 22. B: *non autem.* 26. Codd.: *qua Dei.* 28. A in marg.: *Johannes.* 35. A in marg.: *Nota quatuor gradus pene peccati.* 36. A in marg.: *1.*

9. Isa. LIV, 13. 10. Joh. VI, 45. 23. Psalm. XXX, 21.

Digitized by Google

corpore separata. Secundum malum a quo hic petimus liberari est malum temptacionis spiritus quo diabolus pulsat viventem cotidie et specialiter in fine vite. Tercium malum a quo hic petimus liberari est malum induracionis in peccato; cuius radicem prius poscimus, cum dicimus: *Et ne nos inducas in temptacionem.* Et quartus gradus et ultimus est quo petimus a malo pene diaboli liberari. Diabolus enim ex suo peccato in Spiritum Sanctum habet penam irremissibilem, quam penam debemus cavere maxime tempore huius vie. Iste ergo quadruplex gradus mali est a quo petimus finaliter liberari.

Only the predestinate can pray with full effect; yet the foreknown should pray.

Ex quibus videtur quod nulli nisi predestinati sunt fructuose dispositi ad orandum istam oracionem dominicam. Presciti tamen debent orare frequenter ista oracione, cum potest mitigare illis penam diaboli, et debent sic vivere, ut non sint perpetuo indurati. Si autem isti sancti intenderint ad peccatum notabile a quo prescitus surgit ad tempus secundum temporalem iusticiam, fit quedam induccio in temptacionem vel in-
386c tellectus subtilis alius, non contendo, | paratus semper reverenter recipere quemcunque sensum alium, dum tamen ex scriptura vel racione vivaci fuerit declaratus, certus ex fide quod oracio ista dominica sit melior et subtilior quam aliqua oracio alia potest esse.

Wyclif's willingness to be taught.

Augustine: Relation between the Lord's prayer and the Sermon on the Mount.

Augustinus autem videtur in scripto suo super eodem capitulo Matthei ita loqui: *Videtur*, inquit, *michi septenarius iste numerus harum peticionum congruere illi numero septenario quo totus iste sermo manavit. Si enim timor Dei est quo beati fiunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, petamus ut sanctificetur in nobis nomen Dei timore utique casto permanente in secula seculorum. Si pietas est qua beati sunt mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram, petamus ut veniat regnum eius sive in nos, ut mitescamus in nobis nec ei resistamus sive de celo in terras in claritate adventus Domini quo nos supra modum gaudebimus et ipsum creatorem nostrum et dominum nostrum miseri-*

1. A: *seperata;* ib. B: *sic petimus.* 2. A in marg.: *2.* 3. A: *continue.* 4. A in marg.: *3.* 7. A in marg.: *4.* 18. B: *intenderent.* 26. A in marg.: *Augustinus.* 28 A in marg.: *1.* 33. A in marg.: *2.*

27. De sermone Domini in monte, l. c. p. 215. 30. Matth. V, 3 etc.

Digitized by Google

cordem laudabimus, dicente illo: Venite, benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. In Domino, inquit propheta, laudabitur anima mea, audiant mansueti et iocundentur. Si sciencia est qua beati sunt qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, oremus ut fiat voluntas eius sicut in celo et in terra; quia cum corpus tamquam terra, spiritui tamquam celo, summa et tota pace consenserit, non lugebimus; nam nullus alius huius temporis luctus est, nisi cum ad verum gaudium se ista confligunt et cogunt nos dicere: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee et luctum nostrum voce lacrimosa contestari. Miser ego homo quis me liberabit de morte corporis huius? Si fortitudo est qua beati sunt qui esuriunt et siciunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur: oremus ut panis noster cotidianus detur nobis hodie, quo fulti et sustentati ad plenissimam illam saturitatem venire possimus. Si consilium est quo beati sunt misericordes, quoniam ipsorum miserebitur, dimittamus debita debitoribus nostris et oremus ut nostra dimittantur nobis. Si intellectus est quo beati sunt mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt, oremus non induci in temptacionem, ne habeamus duplex cor, non appetendo illud simplex et principaliter bonum, quo bono bona sunt quecunque bona sunt, quo referamus omnia que per ipsum et ab ipso et in ipsum operamur sed simul temporalia et eterna sectando. Temptaciones enim de hiis rebus que graves et calamitose videntur hominibus, non in nos valent si non valent ille, que blandiciis earum rerum accidunt, quas homines bonas et letandas putant. Si sapiencia est qua beati sunt pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur, oremus ut a malo liberemur; ipsa enim liberacio liberos nos faciet, id est filios Dei, heredes quidem coheredes aut Christi Jesu domini et magistri nostri, ut spiritu adopcionis edocti clamemus ad ipsum fontem vite Abba pater.

Sane non negligenter pretereundum est quod ex hiis omnibus sentenciis quibus nos Dominus orare precepit eam potissimum commendandam esse iudicavit que pertinet

4. A in marg.: *3.* 12. A in marg.: *4.* 17. A in marg.: *5.* 19. A in marg.: *6.* 26. Augustine: *temporalia et terrena.* 28. A: *si non valent* deest. 29. A: *bonas* twice. 30. A in marg.: *7.* 37. B: *preciperit.*

1. Matth. XXV, 34. 3. Ps. XXXIII, 2. 10. Rom. VII, 23. 34. Rom. VIII, 15; Gal. IV, 6.

Digitized by Google

ad remissionem peccatorum omnium, in qua nos misericordes esse voluit, quod unum et salutiferum est consilium miserias evadendi. In nulla enim alia sentencia sic oramus, ut quasi paciscamur cum Deo. Dicimus enim: Dimitte nobis sicut et nos dimittimus. In qua paccione si mentimur, tocius oracionis nullus est fructus. Sic enim dicit: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autem non, nec pater vester dimittet vobis. Hec Augustinus.

CAP. XVIII.

Chrysostom: The form of the petition "Forgive etc." is a guard against self-deceit.

Sequitur in textu evangelii: *Si enim dimiseritis peccata eorum, dimittet et vobis pater vester celestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Super quo Crisostomus: *Superius,* inquit, *cum dixisset: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, non dixit, sicut et nos dimittimus, ut prius nobis Deus dimittat, postea nos debitoribus nostris dimittamus. Scit enim Dominus omnes homines esse mendaces, quoniam etsi acceperint remissionem peccati sui, ipsi suis debitoribus non dimittunt; ideo sic dicit: Dimitte sicut et nos dimittimus, ut prius dimittamus, postea petamus dimissionem.* Hec Crisostomus.

Forgiveness of injury does not mean toleration of sin.

Videtur istos sanctos conformiter ad fidem scripture asserere quod si quis vult efficaciter peccata sua dimitti a Deo, oportet quod dimittat peccata aliorum hominum in se ipsum, et per consequens oportet quod tantum caritate rutilet, ut dimittat peccata propria que commisit tam in alios quam se ipsum. Et in ista fide fluctuant quidam qui reputant quod homo non debet continuare correpcionem fraternam, sed dimittendo quod fratres sui in ipsum peccaverant non ulterius ipsos arguere de peccato. Ista quidem est cecitas que dogmatizat oppositum legis Dei. Nam si homo sit certus quod fratres sui errant continue, debet quamdiu manserit in
386[d] ipso alitus vel suffi | ciencia eos correpcione fraterna

1. A: *omnium* deest. 7. B: *dimiserit;* ib. B: *peccata vestra.* 8. A: *peccata vestra* deest. 11. A in marg.: *Crisostomus;* B in marg.: *18.* 18. A: *nostris* deest; B in marg. addit. 24. B.: *concorditer.* 29. A: *in* before *ista* deest; B in marg.: *Nota de correpcione.* 36. A: *suffienca ipsos.*

6. Matth. VI, 14, 15. 11. ib. 12. Op. Imp., l. c. p. 812.

Digitized by Google

arguere, quia, ut vere dicit Decretum: *Non caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare et sic cessando corripere,* videtur sic cessans atque sufficiens suo crimini consentire et per consequens ex favore tali atque consensu accumulat peccatum pristinum quod non est ipsum dimittere sed novam continuacionem peccati preteriti confirmare.

This moves some to rebuke the friars and other orders.

Et hec racio quare quidam putant quod debent de lege caritatis fraterne has quatuor sectas arguere et secundum quod evidencie nove occurrerint ipsos modeste et humiliter pulsare, ut si forte Deus voluerit eos facere peccata commissa dimittere. Nec moveat quod peccatum est grande et dispersum per fortem populum, quia opus Dei est et ipse potest cum quocunque ministro sibi placuerit vel sine ministro ex inspiracione interna ipsos movere ad peccata preterita quantumcunque antiqua fuerint relinquendum. Ideo debet fidelis immiscere oracionem et verba humilia, ut sit dignus esse instrumentum Dei ad peccata talis populi destruendum.

These orders offend against every petition in the prayer.

Et hec racio quare quidam tam crebro continuant arguendo fratres et tres sectas alias, quia evidens videtur fidelibus quod ex errore in fidem sunt in peccato contra ecclesiam indurati, quia non est aliqua peticio istius oracionis dominice, quin offendunt specialiter contra ipsam. Quomodo queso *sanctificant* in se ipsos *nomen Domini* qui sectam suam velut inutilem et blasfemam deserunt et sectam aliam contra mandatum Domini introducunt. Isti eciam non effectualiter orant *Adveniat regnum tuum*, cum regnum Dei non potest advenire in patriam nisi per legem Domini sincere et sine mixtione tradicionis alterius observatam. Hoc autem ipsi impediunt quantum sufficiunt in effectu, et cum *voluntas Dei* sit ut fideles benefacientes obmutescere faciant imprudencium hominum ignoranciam qui non de lege et secta Domini contentantur, patet quod hee secte quatuor voluntati Dei resistunt quantum sufficiunt, et ita (cum non sunt in Deo *est* et *non*) patet quod quantum ad istas tres peticiones sunt inhabiles ad aliquid a Domino obtinendum.

2. A: *desunt obviare.* 8. A in marg.: *Contra quatuor sectas;* ib. A: *quare quidem.* 10. A: *occurrent.* 11. A: *ipsos facere.* 18, 19. A: *esse ministrum.* 26. A: *velut* deest. 29. A: *cum regnum Dei* deest. 31. A: *Hec autem.*

1. Decret. I pars, dist. LXXXIII, cap. III. 37. II. Cor. I, 18.

Digitized by Google

Et quantum ad quatuor peticiones alias patet quod *panem cotidianum* deserunt cotidie, tamquam inhabilem ut sit eis medium ad patriam attingendam, et cum non dimittunt extraneis *debita* vel suis complicibus sed 5 adaugent, videtur quod sunt inhabiles ad quinto petendum a Domino: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Et cum continue accumulant hoc peccatum ingratitudinis quo deserunt sectam Christi, videtur quod false orant peticionem 10 sextam: *Ne Deus ipsos inducat in temptacionem,* cum ex errore fidei in facto Domini necessitant ut in temptacionem finalis impenitencie inducantur. Et ita non orant effectualiter, ut liberentur a malo peccati, cum relinquentes libertatem legis Domini servituti diaboli 15 se submittunt (quia ut Christus dicit Luce XI, 23, *qui non est mecum contra me est*), videtur quod tales deserentes libertatem legis Domini servituti diaboli se submittunt. Et vere hoc non est medium, ut a malo peccati secundum peticionem istam septimam liberentur. 20 Fideles enim ecclesie antequam iste secte quatuor fuerant introducte secundum peticionem aliam septemplicem salvabantur. Cum igitur fidelis debet ex mandato Domini honorare corpus sancte matris ecclesie, et iste secte quatuor tamquam quatuor humores infecti inficiunt 25 et mortificant ipsam ecclesiam) omnes fideles debent niti ipsam ab istis humoribus expurgare. Nam secundum fidem Apostoli *christianus vivit in fide filii Dei,* ideo qui in fide illa deficit vel ipsam inficit, de tanto christianum inficit vel occidit.

30 Ex quo videtur quod iste secte quatuor occidunt multas partes ecclesie militantis, quia auferre vitam ab homine est ipsum occidere. Sed quot fideles sunt in *Anglia,* quorum fides vel vita aufertur per fratres de Eucaristia, cum unus dicit quod sit quantitas, alius 35 quod sit qualitas, et tercius quod sit nichil. Numquid tales heretici sua perfidia mortificant christianos? Contra tales ergo pro purgacione matris ecclesie debent fideles singuli laborare. Et hec racio quare fideles quidam tangunt crebrius hunc errorem, immo considerantes 40 fidem Matthei V, 13: *Si sal evanuerit, ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab*

These orders slay by taking away men's spiritual life.

This specially by their teaching as to the Eucharist.

5, 6. *ad quinto petendum* See l. 10, 19. 32. A in marg.: *Quid est occidere* 34. A: *unde unus.*

Digitized by Google

The faithful turn from their bishops to the Bishop of souls.

hominibus, ex fide convertunt se ad episcopum animarum et non faciunt secundum istorum episcoporum consilium, licet citent ut fideles transiliant ad infernum. Curia enim papalis occidit fideles tacite qui ipsam visitant et multos alios tam propinquos quam remotos trahit ex sua perfidia ad infernum. Quis ergo fidelis non aufugeret viriliter talem locum?

Prelates are condemned by their works.

Ex ista radice dicerent quidam catholici si auderent quod acceptarent tales mortificantes in prelatos ecclesie, cum Christus de se ipso dicit Joh. X, 38: *Operibus credite*. Sed opera et confessio propria talium prelatorum qua dicunt quod ipsa hostia non sit corpus Domini sed una vanitas sive nichil, patenter ostendunt quod sint heretici extra fidem. Quis ergo acceptaret tales vel eis consencientes tamquam membra ecclesie? Ideo

We should pay them with good counsel instead of money.

quidam fideles respondent talibus petentibus debitum vel bonum aliquod temporale quod debent secundum doctrinam Christi *Omni petenti te tribue* perfeccius quam tetrum numisma tribuere, quia dare doctrinam fidei que est melior quam | numisma multiplex talentorum 387a
et si insensati affectant magis numismata, non debet eis tribui, sicut homo de lege Dei non tribueret gladium furioso, nec fidelis tribueret tali infatuato talia bona sub racione prelati nisi suo officio et operi consentiret; et cum opus suum sit tam dampnabile tam positive infidelitatem docendo quam privative fidem orthodoxam in fidem scripture per Christum editam subtrahendo, videtur quod catholici debent tollere suum consensum, non illis bona temporalia tribuendo; et si fideles in hoc facerent ut fides Christi exigit et non dicerent illis *Ave*, forent confusi in tempore modico et ecclesia foret secundum naturam salis vivacis et proprii regulata; sed nemo audet propter Antichristi versuciam sic defendere fidem Christi, ut iam ventilatur ut fides ecclesie quid sit hostia consecrata; et tamen fideles non audent petere a prelatis suis vel aliis Antichristi discipulis quid sit ipsa hostia sub pena non reddicionis stipendii vel elemosine corporalis. Et ista est maxima servitutis subieccio quam memini me notasse quod fidelis necessi-

3. *citent* in codd.: an *incitent* legendum; ib. B: *transilient*. 21. A: *non debent* 23. B: *sali infatuato*. 33. A: *sicut*. 37. A: *pena non* deest.

18. Lucae VI, 30.

Digitized by Google

tetur, ut apparet secundum legem diaboli tribuere suo inimico mortificanti ecclesiam stipendium temporale, et sic necessitatur fovere scolam Antichristi occidentem Christi ecclesiam quod excusacionem non potest capere ante Deum. Tales igitur quatuor humores infecti facientes tot gurgulaciones in corpore matris ecclesie nostre debent destrui et reduci ad sanitatem quam Christus imposuit et ipsa sanitas ex fide consistit in observacione equalitatis legis Domini quoad iusticiam et ad pondus; sed nutus modicus factus in brachio eque libre facit errorem notabilem in processu, cum per philosophum minimus error in principio maximi est causa in fine.

It is a slavery that men are made to support Antichrist.

CAP. XIX.

Sequitur in textu evangelii: *Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut ypocrite tristes; exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava, ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito; et pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.*

Super quo Augustinus: *Sequitur de ieiunio preceptum pertinens ad eandem cordis mundacionem, de qua nunc agitur. Nam et in hoc quoque precavendum est, ne surrepat aliqua ostentacio et appetitus laudis humane qui duplicet cor et non sinat mundum et simplex esse ad dominum Deum intelligendum. Cum autem ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut ypocrite tristes, exterminantes vultum suum, ut appareant hominibus ieiunantes: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam quam querebant et non aliam. Vos autem ieiunantes ungite capita vestra et facies vestras lavate, ne videamini ab hominibus ieiunantes, sed patri vestro qui est in abscondito, et pater vester qui est in abscondito reddet vobis. Manifestum est his preceptis omnem nostram intencionem et interiora gaudia dirigi debere, ne foris querentes mer-*

Augustine: We must beware of ostentation in fasting.

1. A: *et apperet.* 6. A: *gragulaciones.* 11, 12. A: *cum per — in fine* deest. 21. A in marg.: *Augustinus.* 23. A: *cavendum.* 32. B: *in occulto.*

14. Matth. VI, 16—18. 21. De sermone Domini in monte, l. c. p. 216.

Digitized by Google

cedem huic seculo conformemur et a Domino Deo incurvemur et amittamus illam promissionem quam expectamus et pro qua in hac peregrinacione sperando laboramus tanto solidioris atque firmioris quanto interioris beatitudinis qua nos eligit Deus conformes fieri imaginis dilectissimi filii sui.

We may be proud of rags as well as of splendour, and with a more dangerous pride.

In hoc autem capitulo maxime animadvertendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed eciam in ipsis sordibus lutosis fieri posse iactanciam et eo periculosiorem quo sub nomine servitutis Dei decipit. Quo igitur cultu immoderato corporis atque vestitus vel ceterarum rerum pomposarum sive vanarum nitore prefulget, facile convincitur rebus ipsis pomparum seculi esse sectator, nec quemquam fallit dolosa ymagine sanctitatis. Qui autem in professione christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id voluntate faciat, non necessitate paciatur, ceteris eius operibus potest convinci, utrum hoc contemptu superflui cultus, aut ambicione aliqua faciat, quia et sub ovina pelle cavendos esse lupos Dominus precipit: Sed ex fructibus eorum, inquit, cognoscetis eos. Cum enim ceperint aliquibus temptacionibus ea ipsa illis subtrahi vel negari que isto velamine vel consecuti sunt vel consequi cupiunt, tunc necesse est ut appareat, utrum lupus in ovina pelle sit an ovis in sua. Non autem propterea ornatu superfluo debet adspectus hominum mulcere christianus, quia illum parcum habitum ac necessarium eciam simulatores sepe usurpant, ut incautos decipiant, quia et ille oves non debent deponere pelles suas, si aliquando eis lupi se contegant.

To anoint our head etc. means that we are to fast joyfully.

Queri igitur solet quid sit quod ait: Vos autem cum ieiunatis, ungite capita vestra et facies vestras lavate, ne videamini ab hominibus ieiunantes. Non enim quispiam recte preceperit, quamvis faciem cotidiana consuetudine lavemus, unctis eciam capitibus cum ieiunamus, nos esse debere. Quod si turpissimum omnes fatentur, intelligendum est hoc preceptum ungendi capùt et faciem lavandi ad interiorem hominem | pertinere. Ungere igitur caput ad 387b *leticiam pertinet, lavare autem faciem ad mundiciam; et ideo caput ungit, qui letatur interius mente et racione.*

9. A: *esse posse.* 11 A: *cultu* deest. 18. A: *eis.* 24. A: *ut* deest 25. B: *propter se.* 31. A in marg: *Questio.*

21. Matth. VII, 16.

Digitized by Google

Hoc enim recte accipimus caput quod in homine sive in anima preeminet et quo cetera hominis regi et gubernari manifestum est. Et hoc facit qui non foris querit leticiam, ut de laudibus hominum carnaliter gaudeat. Caro enim que subiecta esse debet, nullo modo est tocius humane caput nature. Nemo quidem unquam carnem suam odio habuit, sicut dicit Apostolus, cum de uxore diligenda precipit: sed caput mulieris vir, cui viro caput est Christus. Interius ergo gaudeat in ieiunio suo, eo ipso sic ieiunando avertit se a voluptate seculi, ut sit subditus Christo qui secundum hoc preceptum caput unctum habere desiderat. Ita enim et faciem lavabit, id est, cor mundabit, quo visurus est Deum non interposito velamine alicuius umbre impedientis propter infirmitatem contractam de sordibus, sed firmus et stabilis, quoniam mundus et simplex. Lavamini, inquit, mundi estote, auferte iniquitates et nequicias ab animis vestris et a conspectu oculorum meorum. Ab his igitur sordibus lavanda est facies nostra quibus Dei adspectus offenditur. Nos autem revelata facie gloriam Domini Dei nostri speculantes in eamdem imaginem transformabimur.

Thought for our own wants makes us less solicitous for the good of others.

Sepe etiam cogitacio rerum necessariarum ad istam vitam pertinencium sauciat, sordidat, aggravat, solicitat, excecat oculum nostrum interiorem et plerumque conduplicat, ut ea que videmur cum hominibus recte facere, non eo corde faciamus quo Dominus precipit, id est, quia nos eos diligimus, sed quia commodum ab eis aliquod propter necessitatem vite presentis adipisci volumus. Debemus autem benefacere illis propter salutem ipsorum eternam, non propter temporale commodum nostrum. Inclinet igitur cor nostrum Deus in testimonia sua et non in emolumentum vanum. Finis enim precepti est caritas de corde puro et consciencia bona et fide non ficta. Qui autem propter suam de hac vita necessitatem fratri consulit, non utique ex caritate consulit, quia non illi quem debet tamquam se ipsum diligere, sed sibi consulit, vel pocius nec sibi: quandoquidem hinc sibi facit cor duplex quo impeditur ad Deum videndum: in qua sola visione est certa beatitudo atque perpetua. Hec Augustinus.

22. B: *sepe et.* 23. A: *aggravat* deest. 25. B: *recta.* 32. A: *vanum* deest. 35. A: *fratrem;* ib. Codd.: *non utique consulit* deest.

7. Eph. V, 29. 8. II. Cor. XI, 3. 16. Is. I, 16. 19. II. Cor. III, 18.

Digitized by Google

All penance should be done without thought of human praise.

Videtur istum sanctum exponendo hunc textum dicere quod homo ieiunando et faciendo quodcunque opus penitencie debet ypocrisim precavere et non facere ipsum patenter hominibus ad finem quod laudem querat humanam sed intencione recta coram Deo ut in beatitudine premietur; nec solum in bonis splendentibus iacet ypocrisis sed in malis sordibus in quibus ypocrite simulant sanctitatem sed secundum doctrinam Christi agendo penitenciam homo confortatus in Domino debet agere ipsam hilariter et totam faciem interioris hominis mundare sapiencia deitatis, ut nec oculus nec aliqua pars eius maculetur sordibus ypocriticis vel aliqua obliquacione a divino recto intuitu.

The orders by their very constitution are spotted with hypocrisy.

Ex quibus videtur quod omnes religiosi moderni se ipsos necessitant ut ypocrisi maculentur. Ad hoc enim sonat sua professio ut sic ieiunent, ut sic se induant et ut sic faciant quicquid differenter ab aliis observant. Quid rogo prodest cultus sui differencia ad quem taliter sunt professi: ad hec tria per antifrasim videtur proficere, primo quod famam mundi profert supra gloriam insensibilem Dei veri. Ad nichil enim valet ostensio talis religiosi in signis sensibilibus nisi in apparencia sanctitatis fallacis induxit famam mundi.

Secundo facit preponderanter eligere societatem sepe merdosam supra societatem civium bonorum et habitum sensibilem supra habitum caritatis, cum regulariter preponderant habitum corporalem supra dileccionem fraternam. Sed quis dubitat quin ille qui ordinavit caritatem in suis electis talem mundanam stulticiam condempnabit?

Tercio videtur sectam et religionem Christi relinquere et suam eligere ut plus bonam, et sic innuit blaspheme Christum peccare in tradendo suum ordinem, cum ipsi ex tradicione humana habeant meliorem. Sed procul a fidelibus talis heresis cum suis implicatis tam patentibus quam occultis.

CAP. XX.

Chrysostom.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Omnium malorum prima et forciora sunt hec tria*

1. A in marg.: *Johannes.* 14. A in marg.: *t.* 20. A in marg.: *a.* 24. A in marg.: *b.* 27. A: *super.* 30. A in marg.: *c.* 37. A in marg.: *Crisostomus;* B in marg.: *20.*

37. Op. Imp., l. c. p. 813.

Digitized by Google

scilicet gula, avaricia et vana gloria, adversus que dominus temptacionis suscipiens bellum pugnavit pro nobis. contra gulam in heremo, contra avariciam super montem, contra vanam gloriam super templum. Item, omnium bonorum prima et forciora sunt tria bona scilicet elemosina, oracio et ieiunium. Et vide quomodo adversus tria mala inventa sunt tria bona, scilicet elemosina contra avariciam, ieiunium contra gulam, oracio contra vanam gloriam. Dic nobis: Ecce ieiunium contra gulam venit, quia contrarium est ieiunium gule, et elemosina contra avariciam
387c *convenit, quia avaricia congregat, elemosina autem dispergit. Oracio autem quomodo convenit ad vanam gloriam? Audis: Omnia mala que sunt in mundo habent contraria bona per que superentur, ut puta fornicacio castitatem, superbia humilitatem, iracundia mansuetudinem et nullum est malum quod non habeat contrarium bonum. Solum malum vane glorie non habet contrarium bonum per quod superetur. Ideo quantavis bona feceris volens compescere vanam gloriam, tanto magis excitas eam, et causa est ista quod omne malum ex malo nascitur; sola autem vana gloria de bono procedit: ideo non extinguitur per bonum, sed magis nutritur. Denique inter homines peccatores temptacio vane glorie non habet locum. Fornicarius enim aut raptor quomodo temptetur vana gloria qui non habet unde glorietur; illi autem temptacionem vane glorie paciuntur qui tale aliquid faciunt, unde glorientur: igitur nullum remedium potest esse contra vanam gloriam nisi oracio sola, et hec ipsa vanitatem generat nisi caute prospexeris, si bene oraveris.*

The three worst things are gluttony, avarice and vain glory. The three best, alms, prayer and fasting.

Special danger of vain glory, since unlike other sins it springs from good.

Alia divisio in lege scripta est: Non intres ante conspectum Domini Dei tui vacuus. Vacuus autem intrat ante Deum qui veniens ad oracionem nullam elemosynam facit. Non solum in veteri testamento sed eciam in novo precipitur, ut per singulas septimanas unusquisque christianus aliquis in gazofilacium mittat ad oracionem venturus, sicut ait Apostolus: Unusquisque vestrum per singula sabbata quod illi placuerit apud se reponat, ut non cum venero tunc collecta fiat.

18. A: *bona bona.* 10. A in marg.: *Nota quod vana gloria non habet contrarium.* 31. A in marg.: *1.* 36. B: *gosophilacium.*

31. Exod. XXIII, 25. 37. I. Cor. XVI, 2.

Digitized by Google

Alms a preparation for prayer.

Item, dicit Salomon: Ante oracionem prepara animam tuam. Ille preparat animam suam ante oracionem qui faciens elemosinam venit ad oracionem. Sicut enim oleum accendit lucernam, ita et bona opera excitant fidem cordis et dant confidenciam anime ante Deum orandi. Ergo elemosina est preparacio oracionis.

Fasting a help to prayer.

Item, ieiunium adiutorium est oracionis, quia oracio sine ieiunio gracilis est et infirma; nam illa est fortis que fit in spiritu humili et corde tribulato, sicut et propheta dicit: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non spernit. Spiritum autem humilem et cor tribulatum habere non potest qui manducat et bibit et deliciis fruitur, quia panis cor confirmat, vinum autem letificat. Spiritum autem carnis humilem esse non permittit virtus que fit ex pane, et cor contritum non permittit esse iocunditas que venit ex vino; ideo quandocunque sancti pro aliqua necessitate voluerunt exorare Deum, ieiunium cum oracione miscuerunt, sicut Daniel et ceteri; unde quia virtus oracionis ieiunium est, numquam separantur ab invicem sed ubique simul ponuntur. Oracio et ieiunium de morte liberant.

Item, hoc genus non eicitur nisi in ieiunio et oracione, sicut nec miles sine armis est aliquid nec arma sine milite, sic nec oracio sine ieiunio nec ieiunium sine oracione.

How alms, prayer and fasting are related.

Sed ex tribus bonis prima est oracio, quia elemosina quidem de rebus exit, ieiunium autem de corpore; oracio vero nec de rebus nec de corpore sed de anima procedit et corde; ideo quasi prima et dignior e duobus ponitur media inter duas, prima elemosina, secunda oracio, tercia ieiunium. Et quare elemosina ante oracionem procedit? quia mercatrix et preparatrix est vite ad faciem oracionis, ut post elemosinam sequens oracio preparatum locum misericordie inveniat apud Deum. Ideo autem ieiunium sequitur oracionem, quia non oracio ieiunii est adiutorium sed ieiunium oracionis, et oracio non fit propter ieiunium

1. A in marg.: 2. 7. A in marg.: 3. 9. A: *et* after *sicut* deest. 11. B: *Deus non despicies.* 13. A: *et deliciis fruitur* twice. 15. Codd.: *et* deest. Addidi e textu Si. Chrysostomi. 16. B: *permittet.* 22. A in marg.: *4.* 26. A: *prima* deest; B in marg.: addit. 31. A: *ante ieiunium.* 32. *mercatrix;* recte: *mediatrix.*

1. Eccli. XVIII, 23. 10. Psalm. 4, 19. 13. Ps. CIII, 15. 22. Matth. XVII, 20.

Digitized by Google

sed ieiunium propter oracionem; ideo ieiunium non ante oracionem precedit sed oracio ante ieiunium.

Tercia divisio. Item, elemosinam facere aut oracionem aut ieiunare non est omnium hominum, sed tantum iustorum, qui autem peccat et elemosynam facit, perdit quod facit; pro cessato enim peccato peccatoris datur elemosyna, non pro occurrente, id est, quando penitet nos quod fecimus, non ut per pecuniam peccandi licenciam comparemus.

Alms do nothing for the sinner if he continues to sin,

Item, ille orat qui iam non peccat, qui autem orat et peccat, non rogat Deum sed deludit Deum.

so too with prayer

Item, ille ieiunat qui non peccat, qui autem peccat et ieiunat non ad gloriam Dei ieiunat quia nec se humiliat sed substancie sue parcit.

Denique considera in superioribus, ex quo ceperit Christus apostolis suis salutaria dicere precepta, non statim in primis mandavit de elemosina aut ieiunio aut oracione, sed prius expellit mala postea introducit bona.

and fasting.

Scriptum est Non occides: ego autem dico: Non irascaris. Scriptum est Non adulterabis: ego autem dico: Non concupisces. Scriptum est Non periurabis: ego autem dico: Non iurabis. Scriptum est Oculum pro oculo; ego autem dico: Non resistere malo. Scriptum est eciam: Diliges amicum et odies inimicum: ego autem dico: Diligite inimicos vestros. Postquam ergo ab hiis omnibus malis hominem spoliavit, tunc dicit: Videte ne elemosynam vestram coram hominibus faciatis etc., ostendens quoniam nisi homo ab hiis omnibus malis recesserit prius, sine causa facit hec bona, prius ergo oportet mala dimittere et sic bona suscipere, quia non potest homo fieri novus
387[d] *nisi desierit esse | vetus; qui autem mala non dimittit et bona suscipit bonorum suorum graciam perdit, quemadmodum si quis in os suum aliquid dulce mittat cum amaro mixtum, dulcedo illa non dat suum saporem.*

Christ frees men from evil before he teaches them to pray.

Nolite fieri sicut ypocrite tristes, sive de elemosinis dicens sic dicit: Ne coram hominibus fiat, sive de oracione sic: Nolite esse sicut ypocrite in angulis platearum orantes, sive de ieiunio hoc idem ipse dicit. Vides quia

3. A: *Tercia* deest; A in marg.: 5. 6. A: *cessando.* 10. A in marg.: 6. 12. A in marg.: 7. 15. B: *cepit;* ib. A: *salutaria;* B in marg.: correxit. 22. A: *non — scriptum est* deest. 31. A: *qui autem* twice. 33. A: *mittit.* 37. A: *sicut* deest.

19. Matth. V, 21 seqq. 26. Matth. VI, 1.

Digitized by Google

sciebat Dominus vanam gloriam ex omni bono procedere, ideo illam spinam que nascitur in terra bona iubet precidere, ne spina vane glorie effocet fructum ieiunii. Numquid potest fieri ut non senciatur qui ieiunat? sed melius ut ieiunium tuum te ostendat quam tu ieiunium tuum. Sciens autem Dominus quod non potest fieri ut sit hilaris qui ieiunat, ideo non dixit: Nolite esse tristes, sed Nolite fieri tristes. Aliud est enim esse, aliud fieri; qui enim naturaliter propter assiduum ieiunium tristis est, ille est tristis, non autem fit tristis; qui autem per imposturas aliquas pallentes apparent, illi non sunt tristes. Si ergo qui ieiunat et tristem se facit ypocrita est, quanto magis iniquior est qui non ieiunat sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem quasi ieiunii signum? Displicet ei natura sua, quia non potest mentiri quod non faciat et misera facies carnis argumentis quibusdam innocens castigatur, quia fraudibus non consentit. Puto quod omnis sensatus intelligit, quia hec verba naturaliter, carnaliter non intelliguntur. Nec enim potest fieri qui ieiunat ut non appareat tristis nec mandat Dominus, quod adimplere non possumus. Si enim ideo iubet nos non fieri tristes, ut non per ipsam tristiciam appareamus hominibus ieiunare, quare mandat caput ungere et faciem lavare? Si enim ipsa unccio capitis et lavacio faciei a ieiunantibus semper serventur, nichilominus sunt signa ieiunii. Sed hec spiritualiter ad animam referuntur, ut ne tristicia spiritualiter spiritualem faciem exterminet. Facies autem spiritualis est anime consciencia eius vel cor, sicut ostendit propheta dicens: Tibi dixit cor meum, Domine, vultum tuum requiram. Exquisivit te facies mea. Non enim facies carnea Deum querit sed consciencia. Hec Crisostomus.

Part of Christ's words are to be taken literally, part figuratively.

CAP. XXI.

The conscience of man is his spiritual face.

Prosequitur autem iste sanctus declarando quod consciencia vel virtus anime qua Deum noscit sit facies interioris hominis, ita scribit: *Quoniam*, inquit, *facies consciencia appellatur, ostendit Jacob, cum fuisset luctatus*

3. A: *vane glorie* deest; ib. A: *efficit.* 4. A: *senseatur.* 24, 25. B: *et locio.* 29. A in marg.: *Nota de facie spirituali.*

29. Ps. XXVI, 8. 36. Op. Imp., l. c. p. 814.

Digitized by Google

cum homine. Vidi, inquit, Deum facie ad faciem et salva facta est anima mea. Vere enim tunc facie ad faciem Deum non vidit, quia in scemate hominis luctatus est contra eum Deus. Nam scema corporale velamentum est Dei, non proprietas Dei, sed mente vidit Deum; unde et Israel vocatus est, id est, mens videns Deum. Si autem facies eius dominum Deum vidisset, utique sic vocandus fuerat facies Deum videns. Quid ergo facies anime consciencia appellatur? Sicut enim in conspectu hominum graciosa facta est facies, sic in oculis Dei speciosa est consciencia munda.

Difference between bodily and spiritual joy;

Item, aliud est gaudium corporale, aliud est spirituale. Gaudium corporale est risus, iocus et cetere delectaciones carnales, gaudium spirituale est spes, sicut ait Apostolus: Spe gaudentes in tribulacione pacientes. Vides quia potest fieri ut tristantes carnaliter spiritualiter gaudeamus in spe. Hoc enim dicit de Spiritu Sancto propheta: Fluminis impetus letificat civitatem Dei.

and between bodily and spiritual sadness.

Item, est tristicia corporalis et est tristicia spiritualis. Tristicia corporalis est affliccio carnis, tristicia autem spiritualis est desperacio et infidelitas aut infelicitas anime. Ergo dicens Nolite fieri tristes hoc dicit. Nolite propter homines ieiunare. Qui enim propter homines ieiunat, tristem facit conscienciam suam, id est, desperantem. Quomodo enim consciencia eius hilaris sit et sperans in Deo ieiunio suo, qui non propter Deum ieiunat sed propter homines, sic et omnes ypocrite qui propter homines ieiunant exterminant facies suas, id est consciencias suas. Quomodo enim non habeant exterminatas facies ante Deum qui fingentes se propter Deum ieiunare non propter Deum ieiunant sed propter homines fallere volentes Deum et homines?

Aut ita: Nolite fieri tristes, id est, nolite sine spe et non fide ieiunare. Sine spe autem ieiunat qui se non abstinet a peccato nec facit iusticiam. Nam sicut bona opera spem generant, id est, gaudium spirituale, sic mala opera desperacionem, id est, tristiciam spiritualem. Qui enim peccat ieiunans sine spe ieiunat, id est, non habet

4. A in marg.: *Quid est scema.* 7. A: *videsset.* 8. *Deum;* B: *dot* = *domini.* 20. B: *affliccio carnalis.* 21. A: *aut infidelitas;* ib. A: *aut infelicitas* deest. 28. A: *et consciencias.* 30, 31. A: *ieiunare — Deum* before *ieunant* deest. 34. A: *se* deest. 38. A: *ideo non habet.*

1. Gen. XXXII, 30. 15. Rom. XII, 12. 17. Psalm. XLV, 5.

Digitized by Google

unde speret et gaudeat; sed est animus eius desperans et tristis. Iam autem quomodo peccatum et desperacio peccatorum exterminent faciem consciencie nullus ignorat. Nam semper inclinata est consciencia eius qui peccat. Sic ergo omnes ypocrite ieiunant; non bonis actibus exhilarantes conscienciam suam in spe sed malis operibus contristantes in desperacione. Ypocrita autem est omnis qui peccans ieiunat. | Quid est ergo cum gaudio 389a *ieiunare? Iam est prius spiritualiter ieiunare, deinde carnaliter. Nam sicut omne bonum est spirituale et est carnale et omne malum est spirituale et est carnale, ut puta, fornicacio carnis est meretricacio; fornicacio autem spiritualis est prevaricacio carnis. Castitas est nescire mulierem, castitas autem spiritualis fidelem esse in Deo. Humilitas corporalis est assurgere homini, verbum dicere malle; humilitas spiritualis est qui in corde suo alterum existimat meliorem quam se. Superbia corporalis, asper sermo, superbia spiritualis qui se meliorem putat esse quam alterum. Sic et ieiunium est corporale et est spirituale. Corporale ieiunium est abstinere a cibo, spirituale ieiunium est abstinere a peccatis. Nam sicut caro delectatur manducando, sic spiritus carnis, id est, sensus delectatur peccando. Unde sapientes omne peccatum libidinem vocant, quia omne peccatum cum delectacione committimus. Ideo et circumcidebatur libidinis membrum ut in mysterio generaliter omnium malorum delectacio tolleretur; que mala faciunt hominem tristem, id est, desperantem. Qui enim a cibo ieiunat, non ab operibus malis, ille apparet ieiunare, non autem ieiunat, quia quantum ad homines ieiunat, quantum autem ad Deum pessime epulatur malis.*

All good and all evil things may be spiritual or carnal.

Amen dico vobis receperunt mercedem suam: Delectacio illa laudis tam diu sentitur quam diu auditur. Mox autem ut aures transierit, transit et delectacio laudis. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava. Tu qui meus es, qui magis ieiunas corde quam corpore qui magis abstines te a peccato quam cibo; et ideo non hominibus sed Deo ieiunas. Qui enim peccantes ieiunant, hominibus ieiunant, non Deo et ideo ypocrite sunt. Qui autem vere Deo ieiunant, non tantum a cibo

2, 3. B: *desperacia peccata peccatorum.* 9. B: *id est prius.* 10. A: *nam sic.* 17. A: *se* deest. 28. A in marg.: *Nota de ieiunio.* 36. A: *qui meus — corpore* deest. 39. Codd.: *ieiunant hominibus* deest. 40. A: *Deo — ieiunant* deest.

Digitized by Google

se abstinent quantum ab omni actu iniquo, quoniam sicut cibus carnem delectat, sic omne malum delectat sensum carnis. Quid ergo? Quando ieiunamus, infundamus oleum capiti nostro, vere vanum est, lavemus facies nostras aqua. 5 *Et quis facie non lavata procedit? Magis enim si hec facimus quasi per signa hec lavacionis et unccionis publicamus nos ieiunare. Quid ergo? Simplex interpretacio huius est hec, quoniam per exaggeracionem intelligenda sunt ista sicut et cetera antedicta. Tamquam si dicat: Sic longe* 10 *te facere debes ab ostentacione ieiunii tui, ut si potest fieri quod non decet. Etiam ea facias que ex diverso luxurie et epulacionis videntur esse indicia. Spiritualiter autem sic: Scis quia ex superioribus patet, quia facies anime consciencia intelligitur, proice ergo abs te avaricie* 15 *sordes, periurium, stercora, malicie putredinem et lavasti faciem consciencie tue aqua prophetica, de qua dicit Isaias: Lavamini et mundi estote. Auferte nequiciam ab animis vestris. Si enim abstuleris nequiciam ab anima tua, lavasti conscienciam tuam et bene ieiunas.*

To do the works of mercy is to anoint your head, which is Christ.

20 *Item, quia caput tuum Christus est, sicientem pota, esurientem ciba, algentem vesti, et sic preciosissima myrrha, id est oleo misericordie, unxisti caput tuum, id est, Christum qui clamat in evangelio, dicens quia quod uni ex minimis istis quis fecit mihi fecit. Quoniam* 25 *autem omnis iusticia in hiis duobus consistit, primum ut ne faciatis malum, secundum ut faciatis bonum, et ad id quod pertinet ad fugienda peccata dixit: Lava faciem tuam, et ad id autem quod pertinet ad facienda bona opera: Unge caput tuum et eris amabilis sicut Maria* 30 *que prius conscienciam suam lacrimis penitencie lavit, postea infudit oleum super caput Christi, et impleta est domus odore. Ita et tuorum fama si fueris talis totam implebis ecclesiam. Et quam proprie dicit faciem quidem lavare, caput autem non lavare sed ungere. Quamdiu enim* 35 *sumus in corpore, consciencia nostra semper sordida est in peccatis. Caput autem nostrum Christus lavacionem necessariam non habet sed solam unccionem, quia peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius.* Hec Crisostomus.

3. In textu Chrysostomi: *si infundamus . . . . si lavemus.* 7. *huius.* Adde: *loci.* 8. A: *hec* deest. 11. A: *Et ea.* 13. Codd.: *ex — facies* deest. 20. A in marg.: *Declina a malo et fac bonum.* 21. A: *algenti.* 21, 22. A: *preciosissimo mirro.* 24. Codd.: *quis fecit fecistis.* 26. A: *faciatis.* 28. A: *et* deest. 31. A: *sed unge.*

17. Is. I, 16. 38. Is. LIII, 9.

Digitized by Google

These saints warn us against hypocrisy.

Videtur istos sanctos ambos intendere quod secundum doctrinam Christi ypocrisis est specialiter nedum in istis tribus operibus, scilicet elemosina, oracione et ieiunio, sed in quibuscunque aliis precavenda. Non tamen prohibet Christus publice facere bona opera sed in intencionem iniustam. Propter duo autem debet fidelis facere bona patencia, scilicet ut ecclesia exemplariter edificetur et Deus in sua fabrica glorificetur. Et ad istum sensum loquitur Christus Matthei V, 16: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est.* Due autem sunt intenciones inique que viciant publicacionem operis boni de genere, scilicet ut mundana fama adquiratur et ut temporalis substancia habeatur; et sic ypocrisis et cupiditas cum multis peccatis aliis intus repunt et in vescencia esibilium sunt duo vicia extremalia precavenda, scilicet pascere corpus hominis nimis parce et pascere iumentum hominis nimis laute. Medium autem virtuosum vult Christus inducere, ut scilicet caro non insultet contra animam nec corpus deficiat ad operam sustinendam. | 389[b]

We must not be self indulgent, but we must give the body what it needs.

CAP. XXII.

Sequitur in textu evangelii: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur et ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in celo ubi neque erugo neque tinea demolitur et ubi fures non effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est et cor tuum.* Super quo Augustinus: *Igitur*, inquit, *si in terra erit cor, id est, si eo corde quisque operetur aliquid ut terrenum commodum adipiscatur, quomodo erit mundum quod in terra volutatur? Si autem in celo, mundum erit, quia omnia munda sunt quecunque celestia. Sordescit enim aliquid, cum inferiori miscetur nature, quamvis in suo genere non sordescat, quia eciam de puro argento sordidatur aurum si misceatur:*

Augustine: Heaven here means the spiritual firmament.

1. A in marg.: *Johannes.* 7. A: *paciencia.* 21. A: *Sequitur in textu evangelii: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra* (vide infr. cap. XXII in initio). 28. A in marg.: *Augustinus.* 30. A: *in terrenum.* 30, 31. A: *adipiscat.* 33. A: *cclestia sunt.*

23. Matth. VI, 19, 20, 21. 28. De sermone Domini, l. c. p. 217.

Digitized by Google

ita et animus noster terrenorum cupiditate sordescit, quamvis ipsa terra in suo genere atque ordine munda sit. Celum autem hoc loco non corporeum acceperim, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum enim mundum debet contempnere qui sibi thesaurizat in celo. In illo vero celo de quo dictum est: Celum celi Domino, id est, in firmamento spirituali; non enim in eo quod transiet constituere et collocare debemus thesaurum nostrum et cor nostrum, sed in eo quod semper manet, ut firmum et stabile fiat, ut ad creatorem intendat et ei placeat. Celum autem transiet et terra. Hec Augustinus.

We should try to lay up merit with God.

Videtur istum sanctum intendere, cum anima habet esse spirituale ubi afficitur, et sic superioris nature quam aliquid corporale quod per affeccionem illicitam temporalium defedatur et cum meritum habet esse intencionale in Deo secundum quod non potest deficere et Deus non potest alicuius meriti hominis oblivisci, homo ex sapiencia in Deo tale meritum congregaret.

Chrysostom. Christ reproved hypocrisy in prayer, alms and fasting.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Presens,* inquit, *capitulum ad precedens non habet consequencie racionem, quia illud de ieiunio dictum est, hoc autem de elemosynis. Quid ergo est? Si memores simus, vel de elemosina vel de oracione vel de ieiunio Dominus docuit supra, sed simulacionem compescuit tantum, ut nec coram hominibus faciant ea, ut videantur ab eis; non quia possibile est sic ea agere, ut non ea videant homines, sicut diximus supra, sed sollicitum fecit hominem, ut quantum ad se sic festinet agere, ea ut non videatur; ut ipsum bonum opus omni christiano magis in affectu sit quam in actu. Et convenienter, quoniam sicut et supra legis quidem mandata magis ad opus respiciebant quam ad affectum, id est, non occides, non adulterabis etc., Christus ad supplementum eorum spiritualia introduxit mandata ad affectum scilicet magis respiciencia quam ad actum: Ego autem dico Ne irascaris, ne concupiscas etc. Sic et hic, ut omni simulacione precisa opera eorum bona ad cor magis respiciant quam ad aspectum. Quoniam ergo sicut exposuimus nihil docuerat Christus de illis,*

The law prescribed acts; Christ purifies intention.

3. A: *incorporeum.* 4. A: *enim* deest. 10. A: *stabile fuerit.* 19. A in marg.: *Crisostomus.* 24, 25. A: *ut vel ne coram;* B: *tantum ne coram.* 25. A: *videamur.* 28. B: *in se.* 29. B: *homini christiano.* 30. A: *sicut* deest. 37. A: *respiciebant.*

6. Psalm. CXIII, 16. 19. Op. Imp., l. c. p. 815.

Digitized by Google

nunc secundum supradictas tres iusticias elemosine et oracionis et ieiunii tres consequencias introduxit doctrine. Unam ad elemosinam, alteram ad oracionem, terciam ad ieiunium, de quibus singulis demonstrabimus in proprio loco. Et ad elemosinam doctrina subsequens hec est: Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram, ut talis sit ordo narracionis: Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt in synagogis et vicis, ut glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente elemosynam nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit elemosina tua in abscondito et pater tuus qui videt in abscondito reddet in manifesto. Nolite thesaurizare vobis thesauros super terram. Et hic dat consilium, ut elemosina fiat; in secundo loco ostendit que utilitas est in elemosina facienda, in tercio loco, ut neque timor inopie accidentis impediat voluntatem elemosyne faciende. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, quia non estis de terra neque de terra venistis sed pro tempore suscepistis terram ut per terram vincatis terram. Sed de celo estis et de celo venistis et iterum redituri estis in celum, nisi ultro remanere volueritis in terra. Illic ergo substanciam colloca tuam, ubi patriam habes. Vis autem scire quia peregrinus es in hoc mundo, audi prophetam dicentem: Incola ego sum in terra, non abscondas a me mandata tua. Que est ergo insipiencia, ut contentus sis super terram, id est, in alienis servire diabolo, cum possis in celis, id est, in propriis regnare cum Christo.

How earthly things perish.

Ubi tinea et comestura exterminant et ubi fures effodiunt et furantur? Omnia bona mundi triplex interitus tollit; aut enim a semetipsis veterascunt ut tinea sicut vestimenta aut ipsis dominis luxuriose viventibus comeduntur sicut cetere facultates, aut | ab extraneis vel dolo vel vi vel 381c *calumpniis vel quolibet alio iniquo modo diripiuntur, quia omnes fures dicuntur, qui per iniquitatem festinant aliena facere sua. Sed dices: Numquid omnes qui hec habent perdunt ea? Ventilo vestimentum ut non tineat; parcius ago et facultates mee non comeduntur. Sollicite eciam ago res meas et non diripiuntur a furibus. Interim quidem*

14. A: *hic da.* 31. A: *ut tineant;* B: *ut tineant.* 34. B: *deripiuntur.* 34, 35. A: *quod omnes.* 36. A: *sua sed.*

24. Psalm. CXVIII, 19.

Digitized by Google

sic dicam: quia non omnes tamen multi perdunt. Quid ergo? Melius est super terram reponere, ubi incertus est conservacionis eventus, aut in celo, ubi est certa custodia? Hic si non custodieris, perdes. Si custodieris, timore et solicitudine cruciaris. Illic autem, etsi dormis, a Domino servantur et cum recordatus fueris, spe gratularis. Que est autem stulticia illic relinquere unde exiturus es? Vere autem male servatas divicias etsi non corporaliter perdidisti, spiritualiter perdidisti, quia nec proficiunt tibi ad usum salutis. Quicquid enim pro anima tua feceris, hoc tuum est, quod autem reliqueris, perdidisti. Nam quod corporaliter male congregatur, spiritualiter dispersum videtur et perditum. Quod autem corporaliter bene dispergitur, spiritualiter illud congregatum et repositum videtur in celo.

Use of giving alms.

Nunc autem ponit que sit utilitas in elemosina facienda, dicens: Ubi enim fuerit thesaurus tuus, ibi erit et cor tuum. Qui collocant thesauros in terra, non habent quod sperant in celo. Ut quid enim aspiciant in celum, ubi nichil repositum habetur? Propterea sive letatur, in carnalibus et terrenis letatur, sive tristatur, in carnalibus et terrenis tristatur. Qui autem divicias suas reponit in celo, non habet spem in terra. Ut quid enim delectatur in terra qui nichil habet in terra? Ideo sive letatur, in spiritualibus letatur, sive tristatur, in spiritualibus tristatur. Ergo peccatorum et leticia mala et tristicia prior, qui aut in lucro terreno letantur aut de dampno tristantur; iustorum autem et leticia bona et tristicia melior, quoniam aut de iusticia letantur aut de peccatoribus tristantur. Si enim aliqua causa mortis advenerit, si quidem spes illius in terra sit tristatur quasi de domo sua ad peregre vadens, ut non dicam ad tormenta. Si autem spes eius in celo sit, gaudet quasi de peregre ad domum propriam reversurus, ut non dicam ad regnum celeste. Secundo qui thesaurizat in terris, dupliciter facit peccatum, primum quia male congregat, secundo quia cor habens in terra, nunquam que Dei sunt recordatur sed semper que terre. Et qui thesaurizat in celo, dupliciter iusticiam facit, primum quia bene feneravit, secundo quia spem habens in Deo semper que Dei sunt cogitat et meditatur et non que terre. Et quemadmodum si semel ceperit congregare in terra, ipsa

8. A in marg.: *Nota bene.* 24. A: *habet* deest. 27. A in marg.: *Nota summe.* 33, 34. A: *et non dicam.* 34. Codd.: *Secundo quia.* 41. B: *cogitare in terra.*

Digitized by Google

concupiscencia terrena facit ipsum magis sollicitum esse non solum ne minuat inde sed ut magis augeat; sic et qui thesaurizat in celo ipsa concupiscencia spiritualis facit eum sollicitum non solum ut non perdat quod habet sed adhuc ut augeat super illud quod habet. Hec Crisostomus.

CAP. XXIII.

Defect of faith and metaphysic make men err from God's doctrine.

Videtur istum sanctum intendere quod defectus fidei et metafisice facit viantes et specialiter religiosos a doctrina Domini deviare. Debemus enim ut fidem firmam supponere quod spiritus nostros necesse sit in pena vel gloria perpetuo perdurare. Secundo debemus ut fidem supponere quod si beatificabimur, hoc erit secundum fidem, spem et caritatem quibus meruimus hic in via. Et tercio ex fide et metaphisica scripture debemus capere quod non est possibile nos hic quidquam bene agere, nisi illud Deus eternaliter recordetur et stante permanencia illud remuneret. Hoc est enim quod Apoc. XIV, 13 dicitur: *Opera enim illorum sequuntur illos.* Et hic Matthei VI, 17 dicitur: *quod debemus thesaurizare thesaurum nostrum in celo*, hoc est secundum Augustinum in firma fide et caritate ponere spem nostri premii in Deo qui non potest talis meriti oblivisci. Et patet sentencia Crisostomi. Patet insuper quod mundani et cupidi deficiunt in fide, spe et caritate; et in isto crimine sunt multi et specialiter religiosi moderni contra professionem propriam maculati.

Sequitur autem in textu evangelii: *Lucerna corporis tui est oculus tuus; si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen qui in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante erunt?*

Augustine: The eye is the intention with which we act.

Super quo Augustinus: *Iste locus*, inquit, *sic intelligendus est, ut noverimus omnia opera nostra tunc munda esse et placere in conspectu Dei, si fiant ex corde*

1. A: *facit eum.* 8. A in marg.: *Johannes.* 10. A in marg.: *1.* 12. A in marg.: *2.* 14. A: *in vita.* 15. A in marg.: *3.* 16, 17. A: *bene facere.* 21. Codd.: *secundum Augustinus.* 25. A: *et spe.* 33. A in marg.: *Augustinus.*

28. Matth. VI, 22. 33. De sermone Domini in monte, l. c. p. 218.

Digitized by Google

simplici, id est, intencione superna fine illo caritatis, quia plenitudo legis caritas est. Oculum hic accipere debemus ipsam intencionem qua facimus quidquid facimus, que si munda fuerit et recta, et illud summum bonum aspiciens quod adspiciendum est, omnia opera nostra que secundum eam operamur necesse est bona sint. Que omnia opera totum corpus appellavit, quia et Apostolus membra nostra dicit quedam opera que improbat et mortificanda pre-
389[a] *cipit | dicens: Mortificate ergo membra vestra que sunt super terram, fornicacionem, immundiciam, avariciam et cetera talia.*

Not our acts are to be considered but our intent.

Non igitur quid quisque faciat, sed quo animo faciat, considerandum est. Hoc est enim lumen in nobis, quia hoc nobis manifestum est bono animo nos facere quod facimus. Omne enim quod manifestatur lumen est. Nam ipsa facta que ad hominum societatem a nobis procedunt, incertum habent exitum, et ideo tenebras eas vocavit. Non enim novi, cum pecuniam porrigo indigenti et petenti quid inde aut facturus sit aut passurus, et fieri potest vel ut faciat ex ea vel propter eam paciatur aliquid mali, quod ego cum darem, non evenire voluerim neque hoc animo dederim. Itaque in bono animo feci quod mihi, cum facerem, notum erat, et ideo lumen vocatur; illuminatur eciam factum meum qualemcunque exitum habuerit; qui exitus quoniam incertus et ignotus est tenebre appellate sunt. Si autem animo malo feci, eciam ipsum quod videtur lumen tenebre sunt. Lumen enim dicitur, quia novit quis quo animo faciat, eciam cum malo animo facit, sed ipsum lumen tenebre sunt, quia non in superna dirigitur simplex intencio, sed ad inferiora declinatur et duplici corde quasi umbram facit. Si ergo lumen quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante sunt, hoc est, si ipsa cordis intencio qua facis quod facis que tibi nota est, sordidatur appetitu rerum terrenarum et temporalium et cecatur, quanto magis ipsum factum, cuius incertus est exitus sordidum et tenebrosum erit, quia etsi bene alicui proveniat quod tu non recta et munda intencione facis, quomodo tu feceris, tibi imputatur non quomodo illi provenerit. Hec Augustinus.

5, 6. A *secundum ea.* 12. A: *si quo.* 15. A: *faciamus;* ib. Codd.: *quia lumen est.* Correxi. 17. A: *vocat;* B: *vocant.* 21. A: *evenire noluerim.* 22. B: *ita quod.* 24. A: *et factum.* 28. A: *et cum.* 32. A: *hec est.* 38. B: *provenit.*

2. Rom. XIII, 10. 9. Col. III, 5. 15. Eph. V, 13.

Digitized by Google

We must note the different meanings of words in Scripture.

Hic necesse est fideles pro intellectu fidei et logice scripturarum notare equivocaciones verborum. Augustinus enim necessitatur ex hac fide scripture accipere predicacionem secundum causam, secundum quam accepcionem oculus vocatur intencio, quia a virtute anime procedit intencio, et tanta congeries operum que procedunt eciam vocatur in vario tempore corpus a Domino, et tales predicaciones secundum causam necesse est volentes intelligere scripturam cognoscere. Nec magister quilibet ipsas fundat sed magister optimus Dominus Jesus Christus. Et iuxta consimilem equivocacionem vocantur opera peccati tenebre et opera meritoria *lux in Domino*, sicut et cause eorum, ut patet Johannis III°, 19. Immo omne quod manifestatur et illud in cuius virtute ipsum manifestatur vocatur lux, ut patet secundum Apostolum Eph. V°. Et iuxta conformem equivocacionem opera hominis vocantur umbra; que opera ipsa principiant, ut Augustinus allegat Apostolum Coll. III. Et patet quomodo recta intencio viatoris est lux opus suum iustificans. Oportet enim quod lux operis secundum intencionem operantis ad rectum honorem Dei redeat, et cum a personali affeccione fuerit eclipsata, necesse est ut causet tenebram intencionis iniuste, immo ut sit ipsa tenebra; et istam equivocacionem ac logicam fideles attente addiscerent.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Prius*, inquit, *commemorare debemus quia non de corporali oculo loquitur sermo nec de hoc corpore quod videtur a foris; alioquin dixisset: Si oculus tuus sanus fuerit aut infirmus, nunc autem simplex et nequam dicitur. Non enim omnis qui benignum oculum habet, omnino corpus eius lucidum est, nec omnis qui malignum oculum habet, corpus eius in tenebris est. Quid enim? Si benignum oculum habet et infirmum, numquid corpus eius in lumine est? Aut si malignum et sanum, numquid corpus eius in tenebris est? Ergo corpus non a foris sed abintus, id est, corporalis nature. Lucerna autem eius est mens, per quam anima videt Deum. Unde Jacob Israel appellatus est. Israel autem Hebraice interpretatur mens videns Deum. Post-*

1. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *Hec necesse est.* 7. A: *vocatur* deest. 17. Codd.: *membra.* 36. A: *si abintus.*

16 et 18. vide supra. 26. Op. Imp., l. c. p. 816.

Digitized by Google

quam igitur dixit: Thesaurizate vobis in celo, quoniam ubi thesaurus tuus fuerit, ibi erit et cor tuum, convenienter subiunxit: Lucerna corporis tui oculus tuus est. Et si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus lucidum erit, ut ostendat qui elemosinas faciunt, cor debent habere ad Deum. Qui autem cor habet ad Deum, illius oculus lucidus est, id est, illius mens spiritualis munda est nec terrenis concupiscenciis sordida, sicut scriptum est: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Sicut enim qui graves oculos habet, si pones eum in aliquo obscuro et tenebroso, melius videt, si autem ponas eum in sole, nichil videt, quia oculus eius non suffert solis candorem; sic et homo mundialis qui oculum, id est, mentem terrenis desideriis sordidam habet et turbulentam, si ponas eum in rebus mundialibus, sapit et astutus est. Si autem trahas eum ad res spirituales, nichil sapit, quia mens illius desideriis corrupta terrenis iusticie bonum non sentit. Non sentit, dico; non dico, nescit. Scit autem sed non sentit bonum iusticie quia nec delectatur in eo; preoccupatum enim habet cor circa delectacionem terrenam. Que sunt in nobis tenebre? Sensus carnales malivoli et iniqui qui semper desiderant que sunt tenebrarum et non lucis.

The mind set on earthly things does not feel the good of righteousness.

390a *In quo enim alio delectatur | carnis natura, nisi in avaricia, in libidine, in superbia, in deliciis ceterisque malis que ad tenebrosam caliginem mentem deducant? Et qui intelligit quid est quod caro concupiscit adversus spiritum, ille intelligit quia tenebre sunt carnis natura. Qui autem habet oculum mundum et mentem spiritualem celestia semper aspicientem, corpus suum servat lucidum, id est, sine peccato. Si enim caro desiderat ea que prediximus mala, secundum suam naturam homo habens mentem lucidam et spem ad Deum iusticie consideracione diiudicat eam et divini timoris virtute et sermone repercutit eam et sic quamvis nolentem tamen servat eam lucidam, id est, sine peccato.* Hec Crisostomus.

Videtur quod isti sancti doctores cum aliquali studio reciproce se exponunt.

9. A in marg.: *Nota exemplum.* 17. B: *terrenis* deest. 21. A: *eciam iniqui.* 23. A: *modo quo enim.* 25—28. A: *mentem — mundum et* deest. 27. B: *tenebre est.* 33, 34. A: *et dominum — eam et* deest. 37. B in marg.: *23.*

8. Matth. V, 8. 25. Gal. V, 17.

Digitized by Google

CAP. XXIV.

Chrysostom: He only can have a pure mind whose hope is in God.

Prosequitur autem Crisostomus tunc textum evangelii sub hiis verbis: *Intellexisti*, inquit, *quomodo qui oculum habet simplicem corpus suum lucidum habet, qui autem oculum, id est mentem, habet aut malignitate aliqua tenebrosam aut diviciarum concupiscencia turbulentam tenebrosum possidet corpus. Nam que res faciunt mentem hominis spiritualem esse et mundam, ipse res ex diverso faciunt carnalem et sordidam. Quomodo fit munda mens illius qui facit elemosinam et spem habet in celo (spes autem in Deum facit mentem spiritualem et mundam); sic qui divicias congregat cum peccato, spem suam ponit in terram. Qui autem spem ponit in terra illius mens carnalis est et immunda. Illius ergo tota caro in tenebris est, id est, in peccatis. Quomodo? Quando enim caro secundum suam naturam sicut diximus concupiscit perversa, homo spem habens in terra et mentem concupiscenciis turbulentam, non ei contradicit nec iusticie consideracione diiudicat. Nec iudicii futuri virtute repercutit, quia nec videt cum sit cecus, nec intelligit esse malum quod malum est, et si vult non potest, quia spem non habet nisi in seculo.*

Without this hope the soul becomes the slave of the body.

Scimus autem quia spes nobis prestat virtutem ut carnalibus concupiscenciis resistamus. Qui autem spem non habet in celo virtutem non habet resistere concupiscenciis suis; ideo fit caro illius tota tenebrosa. Et ut brevius et manifestius exponamus, anima prius quam peccet divino auxilio confortata domina est corporis sui et quasi libera et regina sedet in trono cordis sui et gubernat corpus suum quasi palacium suum; nec potest eam vincere caro, si autem gravibus se peccatis obligaverit, tunc divino auxilio destituta et in potestate spirituum immundorum redacta, fit et debilis et infirma, ut iam non sit domina corporis sui sed ancilla magis, et iam non caro anime subiecta est sed anima carni. Nec quod vult anima facit sed quod caro coegerit hoc anima facit.

Intellexisti ergo quomodo qui oculum mentis sordidum habet totum corpus illius tenebrosum erit. Si autem lumen

3. A: *intellexi.* 6. A: *tenebrosum* deest. 18. A: *non enim.* 23. A in marg.: *De spe.* 37. B: *Intellexisti autem.*

2. Op. Imp., l. c. p. 817.

Digitized by Google

quod in te est tenebre sunt, ipse tenebre quante sunt? Sicut supra diximus tenebrosa semper est carnalis natura, quia semper peccatrix est. Et si non peccet contradicente sibi anima, tamen recte peccatrix et tenebrosa vocatur, 5 *quia semper habet caro peccandi propositum, ut frequenter eciam iuste surripiat anime ut quod suum est agat. Quis enim est ita fidelis qui nunquam vel ex parte victus est a carne, et si est rarus est. Lumen autem est in corde, sicut audistis frequenter, anima Deum videns, id est, spiri-* 10 *tualis. Si ergo ipsa anima divina, cum sit et data est ad illuminandum illam carnem, fiat quasi carnalis et terrenis concupiscenciis contenebrescat, terrena semper aspiciens, illius hominis talis caro iam vide quomodo sit involuta tenebris peccatorum. Si enim sicut diximus in viro iusto* 15 *contradicente sibi racionali anima semper surrepit caro et quod suum est agit, quantis putas in homine malo iniquitatibus se involvet caro quando anima que contradicere illi debuerat consentit ei similia concupiscens? Per alteram quidem speciem, tamen eundem sensum exponit* 20 *Lucas primum mandans: Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum, vendite que possidetis et date elemosinam, facite vobis saculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in celo. Deinde ait: Sint lumbi vestri precincti et lucerne ardentes et vos* 25 *similes hominibus expectantibus dominum suum quando revertatur a nupciis, ostendens, quia nemo potest habere lumbos precinctos ad exeundum de hoc mundo nec lucernas ardentes nec expectare dominum suum nisi qui vendunt que habent et dant elemosinas et faciunt sibi sacculos* 30 *qui non veterascunt et thesaurum non deficientem in* 390b *celo.* | Hec Crisostomus.

Hec dicta de sanctis doctoribus cum modica declaracione et fideli exposicione sunt fidelibus satis facilia. Sed unum videtur addendum quomodo intelligenda sunt 35 verba Christi Luce XI, 34 quando dicit: *Si ergo corpus tuum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum et sicut lucerna fulguris illuminabit te.* Ubi videtur imperitis quod Christus nugatorie dicit: *Si corpus tuum totum lucidum fuerit,*

Difficulty as to Luke XXI, 36 where Christ seems to utter a truism.

1. A: *iste* pro *ipse*, B correxit; *ib.* B: *quante erunt.* 3, 4. B: *contradicente scilicet anima.* 6. A: *eciam iusticie.* 12. B: *tenebrescat.* 13. A: *induta.* 15. A: *contradicente vel contradicenti sibi;* B: *vel contradicenti* extinxit. 17. A: *involvit.* 18. B: *ei* deest. 32. A in marg.: *Johannes.* 38. A in marg.: *Obieccio.*

Digitized by Google

erit lucidum totum, quia nulli dubium quin sit idem: corpus tuum totum lucidum erit et erit lucidum totum. Quomodo ergo non sunt ista verba superflua? Sed hic videtur sine repugnancia alterius sensus prius expositi quod salvo meliori iudicio verba ista evangelica possent habere istum sensum catholicum quod primo intelligatur per corpus lucidum tota universitas operum corporalium a corpore procedencium et quod secundo intelligatur per corpus totum corpus hominis cui anima copulatur. Ita quod iste sit sensus: Si tota multitudo operum a corpore tuo procedencium intencione recta fuerit regulata, tunc corpus tuum cui anima copulatur erit recta intencione et gracia regulatum; et sicut lucerna fulgoris illuminabit te, quia tunc corpus tuum erit, sicut lucerna habens spiritum tuum existentem in gracia, totum corpus tuum in via recta ad patriam illustrantem. Spiritus enim vel homo interior illustratus per graciam est sicut candela que accenditur in lucerna, et tunc homo interior qui est tota nature humane personalitas potest recte viare ad patriam, licet tota communitas circumsepta fuerit criminibus tenebrata.

Attempt to solve the difficulty.

Sequitur in textu evangelii: *Nemo potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contempnet. Non potestis Deo servire et mammone. Ideo dico vobis: Ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima vestra plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt neque metunt neque congregunt in horrea, et Pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?*

Augustine: The two masters, God and Satan.

Super quo Augustinus: *Quod autem sequitur et dicit: Nemo potest duobus dominis servire, ad hanc ipsam intencionem referendum est quod consequenter exponit dicens: Aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut alterum pacietur et alterum contempnet. Que verba diligenter sunt consideranda; nam qui sint duo domini denuo ostendit, cum dicit: Non potestis Deo servire et*

3. A in marg.: *Responsio.* 8. A: *et quod* deest; ib. A in marg.: *Corpus dupliciter.* 20. A in marg.: *Anima est persona.* 32. A in marg.: *Augustinus.* 36. A: *Quo verba.* 37. A: *qui sunt.*

22. Matth. VI, 24—26. 32. De sermone Domini in monte, l. c. p. 219.

Digitized by Google

mammone. Mammona apud Hebreos divicie appellari dicuntur. Congruit et punicum nomen, nam lucrum punice Mammon dicitur. Sed qui servit mammone, illi utique servit qui rebus istis terrenis merito sue perversionis prepositus ministrandi huius seculi a Domino dicitur. Aut ergo tunc odio habebit homo et alterum diliget, id est, dominum Deum, aut alterum pacietur alterumque contempnet, id est, adversantem diabolum. Patietur enim durum et perniciosum dominum, quisquis servit mammone; sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo, et non eum diligit. Quis enim est qui diligat diabolum? Sed tamen pacietur, sicut in maiore aliqua domo, qui ancille aliene coniunctus est propter cupiditatem suam duram patitur servitutem, eciamsi non diligat eum cuius ancillam diligit.

Alterum autem contempnet, dixit, non: odio habebit. Nullius enim fere consciencia Deum potest odisse. Contempnit autem, id est, non timet eum, quasi de eius bonitate securus est. Ab hac negligencia et perniciosa securitate revocat Spiritus Sanctus, cum per Prophetam dicit: Fili ne adicias peccatum super peccatum et dicas: Miseracio Dei magna est. Ignoras quia paciencia Dei ad penitenciam te invitat? Cuius enim tanta misericordia commemorari potest quam eius qui omnia donat peccata conversis et oleastrum facit participem pinguedinis olee. Et cuius tanta severitas quam eius qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit illos? Sed quisquis vult diligere Deum et cavere ne offendat, non se arbitretur duobus dominis posse servire et intencionem cordis sui rectam ab omni duplicitate explicet. Ita enim senciet de Domino in bonitate et in simplicitate cordis queret illum.

Ideo, inquit, *dico vobis non habere in anima vestra quid edatis neque corpori vestro quid induatis. Ne forte, quamvis iam superflua non querantur, propter ipsa necessaria cor duplicetur et ad ipsa conquirenda nostra detorquetur intencio, cum aliquid quasi misericorditer operamur, id est, ut cum consulere alicui videri volumus,*

2. A: *dicunt.* 8. A: *patitur.* 32. A: *quereret.* 33. *vestra;* id est, *sollicitudinem.* 36. A: *dupliciter;* ib. B: *ad ista conquerenda.*

5. Joh. XII, 31; XIV, 30. 21. Eccli V, 5. 22. Rom. II, 4. 26. Rom. XI, 21. 30. Sap. I, 1. 31. Matth. VI, 25.

Digitized by Google

nostrum emolumentum sibi pocius quam illius utilitatem attendamus, et ideo ne nobis non videamur peccare, quia non superflua sed que necessaria sunt consequi volumus. Dominus autem admonet, ut meminerimus, multo amplius nobis Deum dedisse, quod nos fecit et composuit ex anima et corpore, quam est alimentum et tegumentum quorum cura nos duplicare cor non vult. Nonne, inquit, *anima plus est quam esca? Ut tu intelligas eum qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum. Et corpus plus est quam vestimentum, id est, plus est ut similiter intelligas eum qui corpus dedit, multo forcius vel facilius daturum esse | vestimentum.* 390c

Here 'anima' means 'the life' not the soul.

Quo loco queri solet utrum ad animam cibus iste pertineat, cum anima sit incorporea, et iste cibus corporeus. Sed animam in hoc loco pro ista vita positam noverimus, cuius retinaculum est alimentum istud corporeum. Secundum quam signacionem dictum est eciam illud: Qui amat animam suam perdet illam. Quod nisi de hac vita acceperimus, quam oportet pro regno Dei perdere, quod fecisse martyres claruit, contrarium hoc preceptum erit illi sentencie qua dictum est: Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum faciat?

Respicite, inquit, *volatilia celi, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea et dominus Pater vester celestis pascit ea. Nonne vos pluris estis illis? id est, carius vos valetis? Quia utique racionale animal, sicuti est homo, sublimius ordinatum est in rerum natura, quam irracionabilia sicut sunt aves.* Hec Augustinus.

CAP. XXV.

Chrysostom: We cannot serve God and love riches.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Videamus in primis quomodo dicta precedencia subsequantur verba presencia. Superius precipit elemosinas facere, dicens: Thesaurizate vobis thesaurum in celis, quoniam qui thesaurizaverit sibi in celo, ille cor habet*

1. A: *ibi pocius.* 2. A: *ideo nobis non.* 5. B: *et composuit* deest. 15. A: *in isto loco.* 33. A in marg.: *Crisostomus;* ib. A: *quomodo* twice.

17. Joh. XII, 25. 21. Matth. XVI, 26. 24. Matth. VI, 26. 32. Op. Imp., l. c. p. 817.

Digitized by Google

in celo et spem ad Deum. Ille habet oculum anime simplicem, id est, mundam mentem et spiritualem et semper non terrena sed celestia meditantem. Qui autem habet mentem mundam et spirituale ille potest servare corpus suum lucidum et sine peccato, qui autem non facit elemosinas nec habet cor in celo nec spem in Deum nec mentem mundam et spiritualem neque potest corpus suum servare sine peccato; quia nemo potest duobus dominis servire, Deo scilicet et mammone, id est, diviciis. Mammone enim syriaca lingua divicie appellantur. Sicut ergo qui duos dominos habet necesse est ut unum amet et alterum odiat, unum contempnat et alteri obediat, sic et qui vult Deum amare, necesse est ut odiat divicias. Quia autem vult amare divicias, necesse est ut odiat Deum. Et qui vult mandata Dei facere necesse est ut contempnat avaricie mandata. Qui enim vult mandata avaricie facere necesse est ut contempnat Dei mandata.

To have wealth is not to serve wealth.

Considera autem: Non dixit: Nemo potest habere Deum et divicias, sed nemo potest esse Dei servus et diviciarum. Aliud est enim habere divicias et aliud servire diviciis. Si habes divicias et divicie ille non faciunt te superbum aut violentum sed secundum quod potes das impotentibus, dominus es diviciarum tuarum non servus; quia non te divicie tue tenent, sed tu divicias tuas. Si autem divicie tue te faciunt superbum aut violentum, et constrictus avaricia nemini aliquid prestas, tunc servus es diviciarum tuarum, non dominus, quia divicie tue te tenent, non tu divicias tuas. Nunc iam docet, ut ne timor inopie impediat ab elemosinis voluntatem, dicens: Ideo dico vobis ne solliciti sitis in cordibus vestris quid manducetis. Nam sollicitudo desperacionis est filia, quia desperacio sollicitudinem generat. Quid est quod dicit: Ideo dico vobis? ut quid? ut elemosinas faciatis, ut thesaurizantes in celo cor mundum habeatis, sperantes in Deum; qui autem sperat in Deum, ille non est sollicitus quid manducet aut quo vestiatur, quoniam nulla res est que facit homines desperare in aliqua necessitate, nisi ista res quia non habent spem in Deum. Ne mihi ergo dicas: Numquid volo esse sollicitus? sed ipsa res me cogit. Numquid volo sperare in Deum? sed non possum, cor enim meum non me audit. Nescis

We shall not be over careful if we trust in God and do good.

20. A in marg.: *Nota. Quid est servire Deo et quid diviciis.* 35. A: *quo* deest. 36. A: *hominem.*

40. Psalm. XXXVI, 3.

Digitized by Google

quid pateris? Langues et tamen causam tui languoris ignoras. Vis, ostendam tibi causam ut in omni necessitate nunquam desperes? Fac bene et operare iusticiam, ut spem habeas apud Deum et non desperabis in terra. Bona enim opera sunt que sperare faciunt et mala opera desperare compellunt. Propterea non dicit propheta: Spera in Domino et inhabita terram et pasceris in diviciis eius, sed spera in Domino et fac bonitatem et inhabita terram etc.

We are to earn our bread by labour, not by anxious care.

Ne solliciti sitis quid manducetis. Non dixit: Nolite laborare sed nolite solliciti esse, ergo solliciti esse vetamur, sed laborare iubemur. Sic enim et Dominus loquens ad Adam non dixit: Cum sollicitudine facias tibi panem, sed cum sudore et labore faciei tue. Ergo non sollicitudinibus spiritualibus sed laboribus corporalibus adquirendus est panis. Sicut enim laborantibus pro premio diligencie Deo prestante panis habundat sic dormientibus et negligentibus pro pena negligencie Deo faciente subducitur.

God who has created us will provide for us.

Nonne anima plus est quam esca et corpus plus quam vestimentum? Confirmat spem nostram primum a maiore ad minus descendens, deinde a minore ad maius ascendens. Quomodo si animam dedit, escam non dabit? Si corpus plasmavit vestimentum non providebit? Nisi voluisset esse quod est non crearet; quod autem sic creavit ut per escam servetur, necesse est ut det ei escam quamdiu vult esse quod fecit. Quid est a minore ad maius? Videte volatilia celi, non seminant | neque metunt. Si avibus 390a *prestat alimentum, hominibus non prestabit? Si illi non laborantes inveniunt escas, homo non inveniet, cui Deus dedit et operandi sapienciam et fructificandi spem? Omnia enim animalia Deus propter homines fecit, hominem autem propter se solum. Si ergo animalibus ministrat propter hominem, homini non ministrabit propter se ipsum? Omnia Deus in sapiencia fecit, hominem autem solum non solum in sapiencia sed eciam secundum sapienciam suam. Quanto ergo preciosior hominis creacio quam animalium, tanto maior sollicitudo Dei de hominibus quam de animalibus. Omnia animalia Deus fecit, ut tam diu sint quam diu sunt, cum vero mortua eciam fuerint fiant tamquam que non fuerunt. Hominem autem fecit ut non solum ante*

1. B: *tamen* deest. 2. A: *ostendo.* 3 A in marg.: *Nota causam desperacionis.* 4. A: *et nunquam.* 29. A: *Deus* twice. 32. A: *solum* deest. 39. B: *que* deest.

Digitized by Google

mortem sed eciam post mortem vivat. Magis autem post mortem quam ante mortem, quoniam ante mortem in temptacione vivit, post mortem, in gloria. Si ergo illis magis sic occurrit quos fecit, ut in perpetuam vivant. Hec Crisostomus.

Difficulties: as to serving two masters. In some senses this is certainly possible.

Multas difficultates includunt verba istius sancti, primo quomodo intelligi debet ad literam quod nemo potest duobus dominis servire. Et ut difficultas sit prompcior, suppono quod verba ista intelligantur in sensu composito; ad hunc sensum non est possibile quod homo serviat licite duobus dominis, quia certum est (ut contendunt logici), quod homo potest servire Deo et tamquam prescitus servire diabolo, sicut de multis sanctis legitur quod male ad tempus servierunt diabolo

Similiter, licet homini servire multis dominis, cum hoc tamen quod sint subalternati et constituant unum dominum, sicut contigit, quando fuerunt duo cesares qui constituebant unum gubernatorem imperii; quomodo ergo debent succinicte intelligi verba Christi: *Nemo potest duobus dominis servire?*

Similiter, videtur quod sensus huius verbi tollit omne seculare dominium, quia pone quod sit secularis dominus, oportet consequenter quod sit aliquis servus eius, et cum necesse sit Deum et hominem distingui in dominiis, videtur in sensu composito quod licet servire duobus dominis.

We must suppose Christ to speak of lawful service rendered to a chief lord.

Hic solet dici communiter quod verbum Christi intelligitur in sensu composito de servicio licito et duobus dominis capitalibus, quorum neuter subordinatur alteri, sicut est Deus et false presumitur esse diabolus; et in isto secundo membro intelligitur quodcunque servicium quod homo servit illicite creature; et de tali servicio et de talibus dominis videtur esse facile verbum Christi. Dimittendo autem dilatacionem huius materie, patet ad primam instanciam quod homo illicite servit diabolo, nec propter immensitatem Christi dominii desineret servire Deo, licet desinit esse bonus servus et fidelis, quia secundum Augustinum homo servit Deo paciendo quod debet et facit secundum Dei beneplacitum ad pulcritudinem universi.

2, 3. A: *quoniam — post mortem* deest. 4. A: *occurreret.* 6. A in marg.: *Obieccio 3ª;* ib. A in marg.: *a.* 15. A in marg.: *b.* 17. B: *contingit.* 21. A in marg.: *c.* 27. A in marg.: *Responsio 3ª.* 30, 31. A: *et in iusto.* 35. A in marg.: *a.* 36. Codd.: *desinere.*

Digitized by Google

We may serve an earthly lord, but in subordination to God.

Quantum ad secundum instanciam, dicitur quod licet simul servire duobus terrenis dominis, sicut homo simul servit Deo et homini, sed illi non sunt ad sensum expositum duo domini capitales, cum omnis fidelis dominus subordinatur Deo. Sed difficultas est: Si licet servire terreno domino infideli, verumptamen videtur Paulum asserere partem affirmativam (ut patet I. Tim. VI). Sed est difficultas ulterior: Si licet servire terreno domino de facto infideli, licet censeatur verbotenus christianus. Videtur tamen quod sit quidam consensus et quod servus postposito timore mortis corporalis debet dominum talem corripere; et idem videtur de domino pagano. Et hinc forte propter timorem consulit Apostolus servis fidelibus quod utantur si poterint libertate, quia servi faciliter incidunt pre timore mortis in negligenciam proditoriam Dei sui. Ideo Deus scit quando servi tales a crimine excusantur.

We may serve an infidel or false christian, but we must not fear to rebuke him.

It would be a good thing to put an end to slavery.

Ad terciam instanciam concedenda est conclusio. Videtur tamen quod tale dominium seculare fuit ex superbia introductum, et specialiter gentile dominium cum servitute civili que iam inter hominis est famosa. Ideo videtur quibusdam quod esset opus caritatis laxare quamcunque servitutem huiusmodi et nunquam talem servitutem continuare, nisi probabile fuerit domino quod tale dominium fuerit utile servo suo, quia aliter videtur quod inter dominum et servum caritas sit extincta.

2nd difficulty: The limit of lawful anxiety.

Secunda difficultas principalis est de sollicitudine, in quibus limitibus est servanda, cum videtur pauperes et subiectos necessitari ut sint solliciti circa mundana, quomodo ergo licet cupere talia temporalia, cum sint mundana sollicitudine involuta?

Some occupation in worldly things is allowable, but it is dangerous and becomes unlawful when it is our chief care.

Hic dicitur communiter quod sollicitudo cuiuslibet hominis debet ferri in Deum, ut docet Petrus, I Petri V, et quelibet occupacio circa media ad hanc sollicitudinem non vocatur sollicitudo illicita nec sollicitudo nisi forte equivoce participet nomen finis, et sic licet fideli occupari circa temporalia instar Marthe, sed talis occupacio est periculosa sepe illicitam sollicitudinem introducens. Sollicitudo autem secunda illicita est, quando viator sistit finaliter in occupacione alicuius citra finem

1. A in marg.: *b.* 18. A in marg.: *c.* 27. A in marg.: 2d. 32. A in marg.: *Responsio. 1.* 33. A: *fieri;* ib. A: *I. Petri V* deest. 34. A in marg.: *Solicitudo 2a.* 39. A in marg.: 2.

Digitized by Google

ultimum. Et illa sollicitudo per sophisticacionem diaboli et infidelitatem hominis est communis. Si enim non deficeremus in fide verborum Christi et doctoris Crisostomi, quomodo Deus non potest in necesariis servo suo deficere, suspenderemus communius in Deo sollicitudinem. Sed mammona est rete diaboli ad hanc infidelitatem et desperacionem in domino introducens, quia in verbis dicimus quod Deus non potest in necessariis viatori suo fideli | deficere, et tamen in consensu credimus quod hoc est deliramentum, ac si de Dei providencia propter eius insensibilitatem omnimode desperemus.

391a

CAP. XXVI.

Sequitur in textu evangelii: *Quis autem vestrum cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omnia gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos, modice fidei?*

Super quo Augustinus: *Id est, cuius potestate atque dominatu factum est, ut ad hanc staturam corpus vestrum produceretur, eius providencia eciam vestiri potest: non autem cura vestra factum est, ut ad hanc staturam veniret corpus vestrum, ex hoc intelligi potest quod si curetis et velitis adicere cubitum unum huic stature vestre, non potestis. Illi ergo et tegendi corporis relinquite curam, cuius videtis cura factum esse, ut tante stature corpus habeatis. Dandum autem erat eciam documentum propter vestimentum, sicut datum est propter alimentum. Itaque sequitur et dicit: Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque nent: Dico autem vobis quia nec Salomon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur Deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei? Sed illa documenta non sic allegorice discucienda sunt, ut queramus quid significent aves celi aut lilia agri. Posita*

Augustine: He who made the body will provide for it.

We must not push allegory too far.

19. Codd.: *si enim*. 22. A in marg.: *Augustinus*. 37. A: *nec sic*.

14. Matth. VI, 27—39. 20. De sermone Domini in monte, l. c. p. 220.

Digitized by Google

sunt enim, ut de rebus minoribus maiora persuaderentur, sicut illud est de iudice qui nec Deum timebat nec hominem verebatur et tamen semet sepe interpellanti vidue cessit ut eius causam consideraret, non propter pietatem aut humanitatem sed ne tedium pateretur. Non enim illo modo ille iudex iniustus personam Dei allegorice sustinet, sed tamen quantum Deus, qui bonus et iustus est, curet deprecantes se, hinc convici Dominus voluit, quod nec homo iniustus eos qui illum precibus assiduis tundunt vel propter tedium, potest contemnere.

Chrysostom: God has given us all we have; we may trust Him for the rest.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Si,* inquit, *cogitando modicam partem corpori vestro addere non potestis, quomodo cogitando salvandi estis in toto. Deus qui te ex nichilo creavit in utero et de periculo et cum periculo nascentem de utero matris eripuit te non solum non cogitantem sed neque scientem, Deus qui per singulos dies incrementa corporis tui et sapiencie tue facit te non intelligente: Si ergo in te ipso cotidie providenciam operatur, quomodo in necessariis tuis cessabit.*

Considerate lilia agri, quomodo in tempore oportuno crescunt. Tempore statuto formantur in frondibus, vestiuntur candore, implentur odoribus, et quod terra radici non dederat neque radix illis Deus illis invisibili operacione largitur. Neque plus istis et minus aliis, sed in omnibus eadem providencie plenitudo servatur, ut non a se ipsis nata neque eventu facta putentur, sed Dei providencia intelligantur esse disposita. Numquid laborant? Numquid nent? Dicendo, non seminant, intelligit, viros confortat; dicendo autem, neque nent, intelligit mulieres, quoniam virorum vita seminacionibus, mulierum lanificio sustentatur.

Neque Salomon in omni gloria sua sic vestiebatur. Quia Salomon etsi non laborabat neque sollicitus erat quid vestiret, tamen vel iubebat vel disponebat vel sciebat. Ubi autem iussio et disposicio, illic et ministrancium offensa frequenter invenitur et iubentis iracundia frequenter excitatur. Hec autem nesciunt quomodo sic ornantur: Illi homines ministrabant, istis Deus.

1. A: *persuderentur.* 3. A: *reverabatur.* 6. A: *iudex et iustus.* 7. A: *qui sanus et iustus est.* 11. A in marg.: *Crisostomus.* 12. B: *adhibere.* 18. B: *continue providenciam.* 19. A: *cessabitur.* 23. A: *enim* deest. 29. B: *intelligit* deest. 35. A: *vel disposicio.* 36. A: *frequenter* after *iracundia* deest. 38. A: *Deus* deest.

2. Lucae XVIII, 2. 11. Op. Imp., p. 818.

Digitized by Google

Si enim fenum agri quod hodie est et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei? Si ergo floribus sic occurit, qui sic nati sunt, ut tantummodo videantur et pereant, homines negligit, quos sic
5 *creavit, ut non pro tempore videantur sed ut semper in tempore sint? Qui intelligit quid est homo, non desperat de Deo, qui autem desperat de Deo, nescit quid est homo, quoniam homo est et Deus in homine.* Hec Crisostomus.

Men's want of faith; how few act on these words of Christ.

Ex isto testimonio triplici scilicet Christi et sanctorum
10 duorum ipsum exponencium patet cum facto hominis et privatis verbis sensum facti sui exponentibus quod magna pars viancium in isto devio in fide deficiat, quia sollicitudo et vita hominum testantur, quod vel credunt, quod Deus in providencia sua dormiat vel quod
15 Christus in sensu isto ut delirus deficiat, quia connectendo totam fidem divine providencie et dicti Christi proposito manifeste convinceretur multitudo viancium ex errore. Ideo cum Christus nec ex divinitate nec ex humanitate isto docente potest deficere, manifeste con-
20 vincitur quod peccatum hominum est in causa quare deficiunt in ista sollicitudine circa mundana que videntur esse magis necessaria, cuiusmodi sunt cibaria et corporis tegumenta. Ideo cum Deus in providencia sua non potest deficere, necesse est quod peccatum viancium sit in

Daintiness and desire mislead us.

25 causa, quare tot sollicitudines sunt contra legem Domini usurpate; hominum ergo curiositas que sic abutitur bonis Dei et laboratorum desideria circa hec vescibilia
391[b] sunt in causa, quare | genus viancium est in tanta desperancia quoad corpus et animam in ista materia.

If necessaries fail us it is the result of sin.

30 Circa cuius consideracionem notandum quod temporalia necessaria nunquam deficiunt, nisi peccatum viancium qui usum temporalium haberent sit in causa; vel enim Deus in providendo deficeret vel homo peccando cui Deus talia provideret; defectum autem
35 non potest fidelis Deo imponere, cum sit omnipotens, omnisciens et omnivolus; ideo non superest, nisi ut tota culpa homini imponatur.

We waste God's gifts in our wantonness.

Duo ergo sunt peccata racione quorum homo est
40 taliter puniendus, primum quod homo nimis superflue et curiose abutitur bonis Dei, et secundum quod homo contra legem Domini in desideria volutatur; et sic

4. B: *et pareant.* 6. Recte: *in perpetuo sint.* 7. A: *qui autem desperat de Deo* deest. 25. A: *in lege D mini.* 29. A: *di temperancia.* 42. B: *desidia volutatur.*

Digitized by Google

considera in magnatibus, in clericis quoad temporalia superfluentibus et aliis mundi divitibus et ex alio latere in operariis ociantibus et aliis sectis preter legem Domini introductis; et illi sunt in causa quare multitudo viancium in istis tantam patitur discrasiam; et cum quasi tota multitudo viancium in istis eis participat ex consensu, non mirum si militans ecclesia in isto infideli participio puniatur.

Rulers and great men should not take more than God allows, and should not let the new orders plunder the poor.

Capiat ergo magnatum, clericorum et potencium multitudo de istis temporalibus secundum regulam legis Dei et destruatur superfluitas communitatum et specialiter religionum novarum per diabolum introducta Et staret multitudo viancium secundum quod expedit militantibus regulata in alimentis et tegumentis. Et hec racio quare clerus debet contra tales abusus in ecclesia acute invehere, et specialiter contra has sectas quatuor cum suis abusibus contra legem Domini introductas. Necesse quidem est quod ecclesia propter consensum in suis abusibus in temporalibus paciatur, ut consideremus quantum fratres, monachi, canonici et clerus cesarius consumunt de hiis temporalibus et quantum seculares domini et mundi divites ex sua superbia atque gula abutuntur hiis temporalibus supra moderanciam, et videbimus quod totus populus eis consenciens aliquo sex generum sit ex Dei providencia in istorum parcimonia racionabiliter puniendus. Relinquamus ergo hanc infidelitatem quod Deus non providet nisi forte generaliter viatoribus in hiis bonis; sed credamus quod iustissime subtrahit hominibus racione sui peccati secundum quod competit sapiencie infinite.

CAP. XXVII.

Sequitur in textu evangelii: *Nolite igitur solliciti esse dicentes: Quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia hiis omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis.*

14. A: *recta in.* 17. A in marg.: *Nota contra sectas privatas.* 21. A: *in hiis;* B correxit: *de his.* 32. B: *igitur* deest.

32. Matth. VI, 31—33.

Digitized by Google

Super quo Augustinus: *Hic autem manifestissime ostendit non hec esse appetenda tamquam alia bona nostra et propter ipsa debeamus bene facere quidquid facimus, sed tamen esse necessaria. Quid enim intersit inter bonum quod appetendum est et necessarium quod sumendum est, sentencia declarat, cum ait: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia apponentur vobis, quasi scilicet necessaria. Regnum igitur et iusticia Dei bonum nostrum est, et hoc supra omnia appetendum, et ibi finis noster constituendus propter quod omnia faciamus quecunque facimus. Sed quia in hac vita militamus, ut ad illud regnum per domini Dei nostri misericordiam graciosam et copiosissimam et eius misericordissimam graciam pervenire possimus, que vita sine hiis necessariis huius vite agi non potest: apponentur hec vobis, inquit, sed vos regnum Dei et iusticiam eius querite primum. Cum enim dixit illud 'primum', significavit quia hoc posterius est querendum non tempore, sed dignitate: illud tamquam bonum nostrum, hoc tamquam necessarium nostrum; necessarium autem propter illud bonum. Neque enim verbi gracia ideo debemus evangelizare ut manducemus, sed ideo manducare ut evangelizemus. Nam si propterea evangelizamus ut manducemus, vilius habemus evangelium quam cibum, et erit iam bonum nostrum in manducando, necessarium autem in evangelizando. Quod eciam Apostolus probat cum dicit: licere sibi quidem et permissum esse a Domino, ut qui evangelium annunciant de evangelio vivant, id est, de evangelio habeant ea que huic vite sunt necessaria; sed tamen se non esse abusum hac potestate. Erant enim multi qui occasionem habere cupiebant adquirendi et vendendi evangelium Jesu Christi, quibus eam volens amputare Apostolus manibus suis victum suum toleravit. De hiis enim alibi dicit: ut amputem occasionem eis qui querunt etc. Quamvis autem eciam sicut ceteri boni apostoli permissu Domini de evangelio viveret, non in victu constitueret finem evangelizandi sed magis ipsius victus finem in evangelio collocaret, id est, ut superius dixi, non ideo evangelizaret, ut ad cibum perveniret et*

Augustine: Food and covering must not be our chief care, yet they are necessary.

We must not evangelize to eat, but eat to evangelize. Example of St. Paul.

1. A in marg.: *Augustinus.* 2. A: *tanquam talia.* 19. A: *nostrum necessarium* deest. 33. A: *tolerant;* ib. B: *coloravit.* 34. A: *et* deest. 36. A: *constituerent.*

1. De sermone Domini in monte, l. c. p. 220. 25. I. Cor. IX, 14. 31. Act. XX, 34. 33. II. Cor. XI, 12.

Digitized by Google

si qua sunt alia necessaria, sed ideo ista sumeret, ut illud impleret, ne non volens, sed necessitate evangelizaret. Hoc enim improbat cum dicit: Nescitis quoniam qui in templo operantur que de templo sunt | edunt, et qui altari 391[a]
deserviunt, altari comparciuntur: sic et Dominus ordinavit 5
eis qui evangelium annunciant de evangelio vivere: ego autem nullius horum usus sum. Hic autem ostendit permissum esse, non iussum, alioquin contra preceptum Domini fecisset enebitur. Deinde sequitur et dicit: Non autem hec scripsi ut ita fiant in me. Bonum est mihi magis 10
mori quam ut gloriam meam quisquam faciat inanem. Hoc dixit quoniam statuerat propter quosdam occasionem querentes manibus suis victum transigere. Si enim evangelizavero, inquit, non mihi gloria, id est, si evangelizavero ut ista fiant in me, id est, si propterea evangelizavero 15
ut ad illa perveniam et finem evangelii in cibo et potu et vestitu collocavero. Sed quare non est ei gloria? Necessitas enim mihi incumbit, id est, ut ideo evangelizem, quia unde vivam non habeo, aut ut acquiram temporalem fructum de predicacione eternorum, sic enim iam necessitas 20
erat in evangelio, non voluntas. Ve enim mihi est, inquit, si non evangelizavero. Sed quomodo debet evangelizare? scilicet ut in ipso evangelio eciam in regno Dei ponat mercedem; ita enim potest non coactus evangelizare sed volens. Si enim volens, inquit, hoc facio mercedem habeo; 25
si autem invitus dispensacio mihi credita est, id est, si coactus inopia earum rerum que huic vite temporali sunt necessarie, predico evangelium, alii per me habebunt mercedem evangelii qui evangelium ipsum me predicante diligent: ego autem non habebo, quia non ipsum evan- 30
gelium diligo, sed tantum eius precium in illis temporalibus constitutum. Quod nefas est fieri, ut non tamquam filius ministrat quisque evangelium, sed tamquam servus cui dispensacio credita est, ut tamquam alienum eroget, nihil inde ipse accipiat preter cibaria que non de partici- 35
pacione regni, sed sustentaculum miserie servitutis dantur extrinsecus. Quam quamalio loco et dispensatorem se dicat, potest enim et servus in filiorum numerum adoptatus rem ipsam in qua coheredis sortem meruit, fideliter

3. B: *cum in.* 21. A: *est inquit* deest. 23. A: *et in regno.* 25. B: *enim* deest. 30. B: *ego vevo.* 31. B: *illis* deest. 35. B: *inde* deest; ib. B: *capiat.*

4. I. Cor. IX, 13. 9. ib. 15. 13. ib. 6. 25. ib. 17.

Digitized by Google

dispensare participibus suis. Sed nunc, ubi ait: Si autem invitus, dispensacio michi credita est, talem dispensatorem intelligi voluit, qui alienum dispensat unde ipse nichil accipiat.

The important thing is the end in view, which is always of more dignity than the means

5 *Ergo quecunque res propter aliud aliquid queritur, sine dubio inferior est quam id propter quod queritur. Et ideo illud primum est propter quod istam rem queris, non ista res quam propter illud queris. Quapropter si evangelium et regnum Dei propter cibum querimus priorem*
10 *facimus cibum et posterius evangelium, id est, regnum Dei, ita ut si non sit cibus, non queramus regnum Dei, hoc est, igitur primum querere cibum et deinde regnum Dei, id est, hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autem ideo queramus cibum, ut habeamus regnum*
15 *Dei, facimus quod dictum est: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia apponentur vobis. Querentibus enim primum regnum et iusticiam Dei, id est, hoc preponentibus ceteris rebus, ut propter hoc cetera queramus, non debet subesse sollicitudo ne illa desint*
20 *que huic vite propter regnum Dei sunt necessaria. Dixit enim superius: Scit pater vester quid vobis necesse fuerit et quia horum omnium indigetis. Et ideo cum dixisset: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius, non dixit deinde ista querite quamvis sint necessaria, sed ait: Hec*
25 *omnia apponentur vobis, id est consequenter si illa queratis sine ullo impedimento vestro, ne cum ista queritis illinc avertimini aut ne duos fines constituatis, ut et regnum Dei propter se appetatis, et ista necessaria sed hec pocius propter illud: Ista vobis non deerunt, quia non potestis*
30 *duobus dominis servire. Duobus autem dominis servire conatur qui et regnum Dei pro magno bono sicut et est appetit et hec temporalia. Non poterit autem simplicem habere oculum et uni domino Deo servire nisi quecunque sunt cetera si sint necessaria propter hoc unum assumat,*
35 *id est, propter regnum Dei. Sicut autem omnes militantes accipiunt annonam et stipendium, sic omnes evangelizantes accipiunt victum et tegumentum. Sed non omnes propter salutem reipublice militant, sed propter illa que accipiunt: sic non omnes propter salutem ecclesie ministrant Deo,*

14. A: *cibum* deest; B in marg. addit. 32. B: *poterat.* 34. B: *propter* correxit; *sed hoc unum.*

15. Matth. VI, 32.

Digitized by Google

We should not let any worldly lust mix with our desire for the kingdom of God.

sed propter hec temporalia que tamquam annonam et stipendia consecuntur aut eciam propter hoc et propter illud. Sed supra iam dictum est: Non potestis duobus dominis servire. Ergo simplici corde tantummodo propter regnum Dei debemus operari bonum ad omnes: non autem in hac operacione, vel solam, vel cum regno Dei mercedem temporalium cogitare. Quorum omnium temporalium nomine crastinum posuit, dicens: Nolite cogitare de crastino. Non enim dicitur crastinus dies nisi in tempore preterito succedit futurum. Ergo cum aliquid boni operamur, non temporalia sed eterna cogitemus. Tunc erit illud bonum et perfectum opus. Crastinus enim dies, inquit, sollicitus erit sibi ipsi, id est, ut cum oportuerit, sumas cibum et potum vel indumentum, cum ipsa scilicet necessitas urgere ceperit. Aderunt enim hec, quia novit Pater noster quod horum omnium indigetis. Hec Augustinus. |

CAP. XXVIII. 391[d]

God is a rewarder of adverbs.

Ex ista sentencia huius sancti cum fide evangelii quod allegat sunt multa notanda fidelibus tamquam fides, primum quod signum infidelitatis est appetere finaliter propter honorem vel lucrum mundanum statum ecclesiasticum vel officium clericale, quia secundum fidem evangelii homo debet primum querere regnum Dei. Et ex isto inferunt multa correlarie diversi artifices, ut logici et metaphisici dicunt, cum regnum Dei sit primum querendum sub pena dampnacionis vel casus in heresim, logica scripture usque ad adverbia est notanda. Et hinc dicunt quidam morales quod Deus est remunerator adverbiorum, cum Deus non solum curat quid homo agat sed qua intencione et quomodo illud agat et super regno Dei ac eius iusticia cadere debet sollicitudo viantis, non super temporalia, quamvis sint modo suo necessaria ad eadem. Secundo notat Augustinus quomodo est triplex bonum, scilicet bonum gracie quod est maximum, bonum nature quod est medium, et bonum fortune quod est minimum. Cum ergo in duobus bonis pocioribus Deus non potest deficere viatori, non potest deficere in

18. A in marg.: *1. Johannes.* 33. A in marg.: *Bonum 3x.* 34. A in marg.: *2.*

4. Matth. VI, 24. 8. ib. 34.

Digitized by Google

bono minimo. Ideo signanter notat Augustinus quomodo Christus dicit: *hec omnia apponentur vobis* vel ut textus noster habet *adicientur vobis,* Deus enim qui in substancia non potest deficere, non deficeret in accidente. 5 Quamvis enim color equi empti propter valorem venditi sit notandum, tamen emptor non debet super ipso proicere suam sollicitudinem sed super bonitate vel fine valido equi empti.

Et ex isto patet correlarie quod nemo debet accipere 10 statum evangelizandi propter lauticiam corporis vel commodum temporale; unde hoc dicit Augustinus expressius consequenter. Ideo dicit quod nota infidelitatis est evangelizare propter commodum temporale, sed econtra prandium et bonum temporale oportet capere 15 propter officium predicandi, sicut medici dicunt quod homines non debent vivere ut comedant sed econtra moderate comedere ut in moribus bene vivant. Videtur tamen quibusdam quod licet intencio sacerdotum in principio sit corrupta, tamen ex Dei gracia postmodum 20 est corrector, ideo signum cupiditatis vel infidelitatis est quod quicunque curatus simoniace intrans ecclesiasticam dignitatem, debet si salvari voluerit ipsam in manus pape resignare et postmodum ipsam emendo de manu sua recipere Nam rectificacio intencionis ex Dei gracia 25 cum bona vita est curato prestancior mille bullis papalibus.

No one should preach for the sake of gain.

A simoniac should repent, but not resign his office and buy it back of the Pope.

Tercio patet principaliter ex dictis huius sancti quod multa sunt licita et tamen fiunt propter defectum ordinis viciosa, ut licitum est capere temporalia moderate servata rectitudine intencionis in evangelizando; et tamen 30 ipsa capcio facta est perversa intencione capiencium venenosa, unde propter declinacionem talis capcionis venenose Apostolus laborabat manibus suis, sicut evangelizantes debent qui sunt proni ad perversionem huius capcionis. Et ex isto inferunt quidam correlarie ex 35 dictis sancti Apostoli et huius doctoris quod evangelizacio debet esse voluntaria et non necessitata per temporale stipendium tamquam finem, quia tunc perverso ordine plus appetitur temporale commodum quam merces evangelii quod est hereticum.

Many things right in themselves may easily be corrupted.

40 Et in isto possunt fideles perpendere si fratres tamquam heretici in hoc puncto deficiunt. Si enim captant

Faults of friars.

20. A: *cupiditatis infidelis.* 26. A in marg.: *3.* 40. A: *Et in ipso.*

Digitized by Google

sibi locum et gentem ut lucrum temporale copiosius sibi acquirant, quis dubitat quin tamquam heretici sint perversi? Tales enim negato illis temporali lucro ab evangelizacione se subtrahunt et arridente illis copia temporalis commodi ad evangelizandum illi loco et populo gratanter se offerunt. In cuius confirmacionem racione evangelizacionis statim vel paulo post predicacionem mendicant, quod est signum evidens intencionis perverse; unde sentenciam istam debent fideles cognoscere et propter bonum utriusque partis a tali retribucione mendicancium se catholice abstinere, nam tam conferentes quam mendicantes in tali sophisticacione elemosine edificant ad gehennam, quia manifestum videtur quod ponunt heretice finem sue evangelizacionis commodum temporale. Et illa est turpis mercacio simoniaca cum evangelizacione que inficit ambas partes, ut si vis videre securam evidenciam huius rei, subtrahe aut auge temporalia pro isto officio, et videbis proporcionaliter quod fratres in isto officio evangelizacionis subtrahunt vel adaugent. Ex quo patet evidencius quod finem sue evangelizacionis ponunt in commodo temporali, quia secundum hunc sensum Apostoli et Augustini est facinus manifestum, et cum secundum fidem Apostoli non solum qui talia agunt sed qui consenciunt agentibus incurrunt dampnacionis periculum, patet quod audientes evangelizacionem huiusmodi a tali collacione se ipsos propter periculum abstinerent. Et si fratres allegant quod habent multos confratres domi valde famelicos, notarent Apostolum, quomodo dicit quod melius esset sibi mori quam sic perdere gloriam suam propter intencionem perversam. Et concordat fidele principium quod nemo committeret peccatum minimum propter aliquod bonum mundi.

Men should not encourage them in their begging.

All who do so share their guilt.

The collecting of friars in convents is a cause of sin.

Et ex istis possunt fratres convincere quod globus fratrum talium sine causa, sicut non habent fundacionem a Domino sed eius oppositum, | trahit fratres ad peccatum 392a
sequens magnum. Utinam non ducat ipsos cecos et precipites ad infernum. Et ex isto notarent fideles ulterius quod si evangelizacio que est bona de genere sit propter perversam intencionem altrinsecus tam perversa quam dampnabilis foret iocacio ripinica ludicri

20. A: *et adaugent.* 22. B: *quod secundum;* ib. A: *Augustinus* 32. A: *peccatum vel minimum.* 37. A: *ipsos secos.* 41. B: *rithmica ludicri.* Cf. E. W. of W. 532.

Digitized by Google

sive mendacii aut alterius quod plus placeret populo pro temporali stipendio perquirendo, quia tam intencio quam talis sermocinacio est corrupta, et causa tocius huius mali est perversa introduccio istorum novorum ordinum non per Christum. Si enim quilibet horum fratrum foret contentatus de communi cibario et non expectaret stipendium vel (ut dicam verius) perniciosum fructum ad suum castrum Caymiticum, cessaret in ecclesia tale malum. Et hoc movet fideles evangelium a suo curatore devote audire et talia verba extraordinaria falsorum prophetarum contempnere et fundacionem sui ordinis vel alium punctum in quo errant querere.

Tickling people's ears for gain.

Et videtur Augustinus ulterius imponere heresim isti vie, cum non graditur oculo simplici sed duplici et servit duobus dominis, scilicet Deo et mammone, eo quod intencio illa corrupta non potest esse servituti Dei subordinata. Et talis viacio tam pertinaciter defensata est manifeste heretica. Et eadem consideracio est de monstruosa providencia temporalium in edificiis istorum ordinum. Non enim habent solum vescibilia pro die, sicut dicuntur in principio observasse, sed habent vescibilia pro multis annis et tegumenta cum thesauris propriis que indubie sunt contraria regule christiane. Nec mirum quia status secte christiane que fuit fundatus optime a puritate sui patroni infra tempus modicum decidebat; quid mirum si mardosa secta carens fundacione vel introitu per ostium a regula Domini sic declinet; et quamvis Christus canebat cum suis Apostolis de tali diuturna providencia, tamen licet modo cum levi culpa uti tali providencia moderata. Talia enim peccata levia in processu temporis peccata gravia introducunt, ut non est fundabile de lege gracie quod accepcio decime tam cupide sit exacta; sed tamen videtur quod de lege Domini sit permissa; quia decima est danda, sicut dabatur pro tempore legis et tempore ante legem, et curati debent tempore legis gracie habere vite necessaria. Ideo licet illis pro hoc tempore de oblacionibus et decimis ipsa recipere, cum hoc tamen quod ministrent fideliter et utantur istis elemosinis moderate; ista tamen parva declinacio a Christo et suis apostolis potest introducere delictum maximum quod

Excess of care in building and adorning their convents.

It is right to pay tithes which the curate must use rightly;

1. B: *placet.* 10. B: *de suo curatore.* 13. B: *Augustinum.*
26. A: *qui mirum.* 34. A: *sint permissa.*

Digitized by Google

but they must not be enforced as a debt.

curati securati de istis tamquam seculari stipendio deficiant in suo fideli servicio et extorqueant tam oblaciones quam decimas tamquam debitum seculare. Deus tamen ordinavit quod utrumque ministerium sit voluntarium et sic plus meritorium et sese respiciantur relative. Debemus ergo respicere ad nostrum principium et cavere ne ab ipso per nimiam negligenciam declinemus.

CAP. XXIX.

Chrysostom: Food is given for all; righteousness can be had only by those who desire it.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Deus enim hec in natura creavit quasi terre regulam mandans: Producat herbam pabuli: ideo vult aut non vult scilicet terra bonis et malis germinat, ministrare iussa est non iudicare. Bonum autem et malum non in natura creavit, sed in arbitrio nostro posuit, ut quod volumus simus. Ideo bonis palma proponitur, malis autem pena. Que est sapiencia de eo esse sollicitum quod, et si non fueris sollicitus, habebis. Et de illo non esse sollicitum de quo si sollicitus non fueris perdes. Nam escam etsi sollicitus non fueris de illa, invenies. Iusticiam autem nisi sollicitus fueris, non apprehendes.*

The Gentiles seek these things because they have not learned to trust in God.

Hec enim omnia gentes querunt, quia in rebus humanis fortunam esse credunt non providenciam neque iudicio Dei vitas suas gubernari estimant, sed incerto duci eventu; ideo merito timent, merito solliciti sunt et desperant quasi qui neminem habeant gubernantem. Qui autem credit se iudicio Dei gubernari non incerto duci eventu, escam quidem suam in manu Dei committit: sciens quia neminem sine voluntate et iudicio Dei fames et nuditas occidit. Cogitat autem de bono et malo sciens, quia nisi sollicitus fuerit, nec malum fugiet nisi bonum apprehendet. Ideo dicit: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius. Regnum Dei est retribucio bonorum operum et malorum. Iusticia autem est via pietatis per quam itur ad regnum. Si ergo die ac nocte cogitas qualis erit gloria sanctorum vel qualis erit interitus impiorum et peccatorum, necesse est ut aut propter timorem pene territus recedas a malo

10. A in marg.: *Crisostomus.* 12. B: *producant.* 13. A: *scilicet terra* deest. 15. A: *ut in quo.* 20, 21 A: *de illa — fueris* deest. 23. A: *fortuna* 27. A: *non inmerito duci.* 36. B: *et peccatorum* deest. 37. A: *pene* deest.

10. Op. Imp., l. c. p. 819. 12. Gen. I, 11.

Digitized by Google

aut propter desiderium glorie excitatus festines ad bonum. Et si cotidie cogitaveris que sit iusticia Dei et quid odit et quid amat, ipsa iusticia ostendit tibi vias suas. Nam iusticia sicut odientes se fugit, sic amantes se sequitur. Nec enim daturi sumus racionem utrum pauperes fuerimus aut divites, quia non fuit hoc in nostra potestate, sed si bene egimus aut male quod in nostro iacet arbitrio. Dictum est ad hominem: Maledicta terra in operibus 392b *tuis. Vide quia propter peccata hominum maledicitur | terra, ut non germinet. Bene dicitur autem, cum opera bona fecerimus. Tu ergo quere iusticiam et non tibi deerit panis, quoniam sicut propter mala opera fructus terre subducitur, sic propter bona opera habundat. Propterea dixit: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius et hec omnia apponentur vobis. Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Iam diximus quoniam qui dicit hodie, hoc solum signat quod habemus in vita nostra presenti. Quod autem dicit cras quod super necessitatem superfluum est ostendit. Nihil ergo curetis superfluum habere quam quod necessarium est vobis ad vitam cotidianam. Quod autem superfluum fuerit quod est cras, curabit esse. Ac si dicat: Superflua quantacunque congregaveris, illa se ipsa curabunt, te quidem eis non fruente. Ipsa autem invenient dominos multos qui ea procurent, sicut placuerit ipsis. Quid ergo curas de ipsis quorum potestatem aliis es dimissurus? Sufficit enim diei malicia sua. Ac si dicat: Sufficit tibi labor et miseria que pateris in vita propter usus cotidianos quos necessarios habes. Noli superflue pro superfluis laborare, ne labor quidem tuus fiat, fruicio autem alterius. Maliciam quidem diei ipsam affliccionem appellat sollicitudinum presencium et laborum. Non sicut Manichei dicunt maliciam esse ipsam creaturam Dei.* Hec Crisostomus.

It is useless to care about things which will be enjoyed by others.

Videtur istum sanctum sentire Augustino concorditer quod infidelitas est causa precipua quare circa nobis minus utilia plus curamus et circa ipsa sumus magis solliciti vel attenti quam circa nobis magis utilia. Fides enim est quod Deus curat de rebus proporcionaliter

God cares for all His creatures, but most for those that are most worthy.

2. B: *Dei quid odit, quid amat.* 13. A: *sicut per.* 20. A: *quod* deest. 24, 25. B: *ut placuerit.* 25. A: *de illis.* 29. A: *de superfluis.* 30. A: *quidem* deest. 34. A in marg.: *Johannes;* ib. A: *consentire.*

8. Gen. III, 17.

Digitized by Google

We must imitate God.

ut sunt magis bone. Nec potest deficere in cura alicuius creature. Ex quo videtur capiendum ulterius tamquam fides quod cum debemus imitari Deum quantum sufficimus, debemus plus curare de bonis virtutum que sunt bona anime et manerent nobiscum in fructu perpetuo quam de bonis corporis que oportet viantes in via relinquere. Hoc enim foret principium christiane religionis hominem esse sollicitum circa iusticiam et virtutes alias adquirendas, exercendas et continuandas et sollicitudinem circa temporalia ista relinquere. Nam quilibet diceret quod foret stulticia hominem esse sollicitum circa ortum solis vel occasum,

All things happen of necessity, but man's will is free.

quia Deus necessario motum eius determinat. Nec potest ad hoc sollicitudo hominis promovere, et sic non debet homo circa aliquid sollicitudinem appendere, cum omnia que evenient de necessitate evenient, nisi sollicitudo illa quoad virtutes suas posset proficere. Ex quo videtur quod ad bonum et malum que stant in libertate sui arbitrii debent diligenter attendere et ad bona fortune et alia cure sue minus utilia parva cura vel nulla respicere. Unde desperans de istis temporalibus dicit infideliter quod Deus non cogitat vel non curat de temporalibus sibi necessariis vel dicit infideliter cum Epicuriis quod beatitudo hominis consistit in illis; sed quid infidelius quam utrumque? Respiciat ergo fidelis ad sibi pertinencia et illa que sunt bona anime, ut iusticiam et adquisicionem beatitudinis magis curet et de bonis corporis parum curet citra sollicitudinem moderate. Et hoc principium diaboli facit multos mundanos a religione Domini deviare, cum cupidi clerici maiorem curam apponunt ad pingues dignitates ecclesiasticas adquirendas quam ad iusticiam docendam ecclesie vel beatitudinem propriam adquirendam. Sed que maior infidelitas? Religiosi eciam novelli maiorem curam apponunt ad continuacionem sui mardosi ordinis per mendacia et alias vias nefarias quam apponunt pro multiplicanda iusticia in ecclesia militante. Sed quid infidelius? Et si non fallor maior pars erroris militancium ab ipsa infidelitate capit originem ut tam clerus quam

3. A: *imitare.* 16. A in marg.: *Nota quod omnia que evenient de necessitate evenient.* 19. A: *secundum arbitrii.* 21. B: *hiis temporalibus.* 22, 23. A: *dicit infideliter — temporalibus* deest. 24. A: *Epicuris.* 25. A: *Respiccat.* 30. A: *ipsa* twice.

Digitized by Google

secularis timet dicere vel defendere veritatem, quia timet perdere beneficium ecclesiasticum, temporale beneficium vel favorem; sed ubi maior infidelitas quam preponderare hec temporalia eciam corpus vel vitam propriam supra iusticiam aut beatitudinem acquirendam? Nec moveat quod Joseph vidit caristiam futuram ex sterilitate septennii et ex hoc circa providenciam temporalium fuit sollicitus, tum quia assumitur culpabile non probatum, scilicet quod Joseph fuit circa ista sollicitus, tum eciam quia ponendo paria circa nos viantes scilicet quod Deus inspiret nos et necessitet ad taliter prophetandum propter causam consimilem, et tunc foret evidencia quod temporalia plus curemus sed nobis deficiunt ista paria. Numquid credimus has novas sectas quatuor habere inspiracionem a Domino, ut tantum sint sollicite circa mundialia et conservacionem eorum? Constat ex fide ista quod non, quia Deo est maior cura circa generalem ordinem christianum, et secundum curam Dei debet nostra intencio moderari. Sic ergo videtur tam Augustinum quam Crisostomum intelligere per diem crastinum attencionem circa superflua pro hac vita, et illam sollicitudinem debemus omnino dimittere, quia sufficit cuicunque tempori sua malicia, hoc est, satis magnum vel nimis magnum foret malum insurgens ex cura superflua talium temporalium, dum tempus affuerit, licet viator non sic illud tempus sollicite preveniret; et in isto peccant viantes singuli et specialiter iste quatuor nove secte. |

We refrain from speaking the truth for fear of temporal loss.

The sects show excessive solicitude for their convents.

392e

CAP. XXX.

Sequitur in textu evangelii: *Sufficit diei malicia sua.* Quem textum Augustinus sic exponit: *id est, sufficit quod ista sumere urgebit ipsa necessitas. Quam propterea maliciam nominatam esse arbitror, quia penalis est nobis; pertinet enim ad hanc fragilitatem et mortalitatem nostram quam peccando meruimus. Huic ergo pene temporalis necessitatis noli tu addere aliquid gravius ut non solum*

Augustine: Our needs and frailties are a punishment for sin and so an evil.

6. A in marg.: *Obieccio bona cum solucione.* 11. A: *inspiceret.* 21. A: *intencionem.* 28. A in marg.: *Augustinus.* Sequitur in textu evangelii: *Sufficit diei malicia sua. Quem textum Augustinus sic exponit.* 29. B: Numerus capituli deest. 32. A in marg.: *Augustinus.* 36. A: *tu* deest.

30. Matth. VI, 34. 31. De sermone Domini in monte, l. c. p. 222/3

Digitized by Google

paciaris harum rerum indigenciam sed eciam propter hanc explendam milites domino Deo tuo, cui servias in Spiritu Sancto cum gaudio.

We must not be hasty to judge others.

Hoc autem loco vehementer cavendum est ne forte cum viderimus aliquem servum Dei providere ne ista necessaria desint, vel sibi vel eis, quorum cura sibi commissa est, iudicemus eum contra preceptum Dei facere et de crastino esse sollicitum. Nam et ipse Dominus cui ministrant angeli tamen propter exemplum, ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquem servorum eius animadvertisset ista necessaria procurare, loculos habere dignatus est cum pecunia, unde usibus necessariis quidquid opus fuisset preberetur, quorum loculorum custos et fur, sicut scriptum est, Judas ille proditor fuit qui eum tradidit. Sic et apostolus Paulus potest videri de crastino cogitasse, cum dixit: De collectis autem in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galacie, ita et vos facite: secundum unam sabbati unusquisque vestrum apud se ponat, thesaurizans quod sibi placuerit, ut non cum venero, tunc fiant collecte. Cum autem venero, quoscunque probaveritis per epistolas, hos mittam perferre graciam vestram in Jerusalem, quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero; Macedoniam enim cum pertransiero, apud vos forsitan remanebo vel eciam hyemabo, ut vos me ducatis quocunque iero. Nolo enim vos nunc in transitu videre: Spero enim me aliquid temporis manere apud vos, si permiserit Dominus. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten.

Some provision for the future is allowed.

Item, in Actibus Apostolorum scriptum est, ea que ad victum sunt necessaria, esse procurata in futurum propter famem imminentem. Sic enim legimus: In illis autem diebus descenderunt ab Jerosolima prophete Antiochiam, eratque magna exultacio. Congregatis autem nobis surgens unus ex illis nomine Agabus, signabat per Spiritum famem magnam futuram in universo mundo, que et facta est sub Claudio cesare. Descendencium autem ut quisque abundabat, statuerunt unusquisque eorum in ministerium mittere presbyteris habitantibus in Judea fratribus, qui et

2. A: *tuo* deest. 2, 3. A: *cui servias — gaudio* deest. 5. A: *venerimus.* 17. A: *Galicie.* 22. A: *quasi dignum fuerit et.*

9. Matth. IV, 11. 14. Joh. XIII, 6. 16. I. Cor. XVI, 1. 31. Act. XI, 27.

Digitized by Google

miserunt per manus Barnabe et Sauli. Et cum naviganti eidem apostolo Paulo imposita sunt utensilia que offerebantur non ad unum tantum diem, videtur ille victus procuratus. Et quod idem scribit: Qui furabatur, iam
5 *non furetur: magis autem laboret manibus suis operando bonum, ut habeat unde tribuere cui opus est; quod bonum est. Male intelligentibus non videtur servare preceptum Domini qui ait: Respicite ad volatilia celi, quoniam non serunt neque metunt neque congregant in horrea; et:*
10 *Considerate lilia agri, quomodo crescunt, non laborant neque nent. Cum istis precipit ut laborent, operando manibus suis, ita ut habeant quod aliis eciam tribuere possint ad necessitatem. Et quod sepe de se ipso dicit quod manibus suis operatus est, ne quem gravaret.*
15 *De illo autem scriptum est quod committit se Aquile propter artis similitudinem, ut simul operarentur, unde victum transigerent, non videtur imitatus aves celi et lilia agri.*

What is forbidden is to make earthly goods our chief object.

His et huiusmodi scripturarum locis satis apparet
20 *Dominum nostrum non hoc improbare si quis humano more ista procuret, sed si quis propter ista Deo militet, ut in operibus suis non regnum Dei sed istorum adquisicionem intueatur. Ad hanc igitur regulam hoc totum preceptum redigitur, ut eciam in istorum provisione*
25 *regnum Dei cogitemus, in milicia vero regni Dei ista non cogitemus. Ita enim eciamsi aliquando defuerint, quod plerumque propter exercitacionem nostram Deus sinit, non solum non debilitant propositum nostrum sed eciam examinatum probatumque confirmant. Gloriamur,*
30 *inquit, in tribulacionibus, scientes quia tribulacio pacienciam operatur, paciencia probacionem, probacio vero spem, spes autem non confundit, quoniam caritas diffusa est in cordibus nostris per inhabitantem Spiritum Sanctum in nobis. In commemoracione autem tribulacionum, angustiarum,*
35 *dolorum, laborum suorum idem Apostolus non tantum in carceribus et naufragiis atque huiusmodi multis molestiis sed eciam in fame et siti et frigore ac nuditate se laborasse commemorat. Quod cum legimus, non estimemus*

3. B: *iste.* 12. A: *tribuere* deest. 13. A: *Et quo.* 16. B: *unde simul.* 17. Codd.: *transfigerent.*

1. Act. XXVIII, 10. 4. Eph. IV, 28. 8. Matth. VI, 26, 28. 11. I. Thess. II, 9. 13. II. Thess. III, 8. 15. Act. XVIII, 3. 29. Rom. V, 3. 36. II. Cor. XI, 25.

Digitized by Google

Domini nostri promissa titubasse, ut famem ac sitim et nuditatem pateretur Apostolus, querens regnum et iusticiam Dei, cum dictum sit nobis: Querite primum regnum Dei et iusticiam eius, et hec omnia apponentur vobis. Quandoquidem ista sicut adiutoria novit ille | 5 *medicus magister optimus, cui semel nos totos commisimus* 392[d] *et a quo nos habemus promissionem vite presentis et future, quando apponat, quando detrahat, sicut nobis viderit expedire, quos et consolandos et exercendos in hac vita et post hanc vitam in requie sempiterna* 10 *stabiliendos et gubernandos firmat et dirigit. Non enim et homo, cum plerumque iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua ac non pocius curando hoc facit.*

Et quoniam cum ista vel procurantur in futurum vel, 15 *si causa non est quare ille impendas, reservantur, incertum est quo animo fiat, cum possit simplici corde fieri, posset et duplici, optime hoc loco subiecit: Sic nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.* Hec Augustinus.

The friars go beyond Christ's ordinance in collecting alms.

Ex hiis dictis huius doctoris patet quod contingit 20 pro fratribus colligere annonam et pecuniam moderate. Sic enim fecerunt Christi discipuli, ut allegat Augustinus tam de Scarioth quam de aliis instructis prophetice. Sed in omnibus istis attendendum est quod homo perficiat moderate. Contingit enim cupidum gulose arguere 25 quod si ista cibacio in casu isto ut in tanta mensura mihi proficiat, tunc dupla cibacio mihi proficeret plus in duplo, et per istam gulosorum arguciam confunditur ordinacio Salvatoris, ut si Christus congregavit duodecim et Scarioth ordinavit ferre loculos, ergo licet istis novis 30 religionibus congregare quantumcunque plures duodecim et appropriare illis reditus et thesaurizare illis tam pecuniam quam sibi equivalens infinite. Et ista argucia gulosorum confundit ecclesiam militantem. Ex hoc enim a simplici christiana religione receditur ad novos ordines 35 infinitos, ut unus potentatus seculi volens magnificare nomen suum in terris, ordinem instituit a prioribus paululum variatum, et alius succedens dedignans novitatem de alio mendicare instituit ordinem novum alium, et sic de redditibus, de pecunia et de numero talis 40 ordinis adinventi.

1. A: *tutibasse.* 5. B: *sic; ut* deest. 18. A: *opportune.* 20. A in marg.: *Johannes.* 39. A: *medicare.*

Digitized by Google

Et ex istis novitatibus infundabilibus necesse est rempublicam deperire et religionem Christi ex cautela Antichristi deficere. Ex hoc enim est dampnabilis mendicacio introducta, ex hoc est redituum appropriacio indebite augmentata et ex hoc secularium et religiosorum commixtio indebite est confusa. Nam filii heredum ordines tales ditancium necessitantur cum istis ordinibus primo comedere et postmodum paulative sociari seculariter, conversari familiariter et dormire. Et sic ad ultimum tales novi ordines sunt magis secularibus insolentes. Et sic est de aliis declinacionibus a regula legis Dei. Diabolus enim ex innata cautela per declinaciones alias insensibiles delictum sensibile maximum introducit.

Evils springing from the orders: begging, appropriations, admission of lay people into the convents.

CAP. XXXI.

Sequitur principium textus Matthei VII sub hiis verbis: *Nolite iudicare, ut non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini, et in qua mensura mensi fueritis, remecietur vobis.* Super quo Augustinus: *Hoc loco nihil aliud nobis precipi existimo, nisi ut ea facta que dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretentur. Quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos, de manifestis dictum est que non possunt bono animo fieri: sicuti sunt stupra, blasphemie, furta, homicidia, ebrietates, et si qua sunt talia, de quibus nos iudicare permittitur dicente Apostolo: Quid enim mihi eos qui foris sunt iudicare? Nonne de hiis que intus sunt vos iudicatis? De genere vero ciborum, quia possunt bono animo et simplici corde sine vicio concupiscencie quicunque humani sibi indifferenter sumi, prohibet idem Apostolus iudicari eos qui carnibus vescebantur et vinum bibebant ab eis qui se ab huiusmodi alimentis temperabant: Qui manducat, inquit, non manducantem non spernat et qui non manducat, manducantem non iudicet. Ubi eciam ait: Tu quis es qui iudices alienum servum? Suo domino aut stat aut cadit. De talibus enim*

Augustine: Not to judge means that in all doubtful cases we are to suppose the best.

13. B: *insensibile.* 19. A in marg.: *t.* 25. A: *homicidia* deest. 33. A: *temporabant.* 35. A: *qui es;* ib. B: *iudicas.* 36. A: *id est, domino suo.*

16. Matth. VII, 1, 2. 22. ib. 16. 26. II. Cor. XI, 25. 33. Rom. XIV, 3, 4.

Digitized by Google

rebus que possunt bono et simplici corde et magno animo fieri, quamvis possint eciam non bono, volebant illi homines cum essent, in occulto cordis sentenciam ferre, de quibus solus Deus iudicat.

Ad hoc eciam pertinet illud quod alio loco dicit: 5 *Nolite ante tempus quidquam iudicare quoad usque veniat Dominus, sol iusticie, celum et terram penetrans luce claritatis et virtutis sue et illuminet abdita tenebrarum et que fiunt in cubiculis et manifestet cogitaciones cordis; et tunc laus erit unicuique a domino Deo. Sunt igitur* 10 *quedam facta media, que ignoramus quo animo fiant, quia et malo et bono fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condempnemus. Horum autem veniet tempus ut iudicentur, ut a lumine eterni et veri solis manifestentur | et Dominus virtute claritatis sue* 393a *illuminabit abscondita tenebrarum que fiunt in occultis et secretis et denudabit cogitaciones cordis, ut pateant omnibus.*

We should judge what is clear and leave the rest to God.

Item, alio loco dicit idem Apostolus: Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedencia ad iudicium, 20 *quedam autem et subsequuntur. Manifesta ea dicit de quibus clarum est quo animo fiant. Hec precedunt ad iudicium, id est, si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerarium. Subsecuntur autem ea que occulta sunt, quia nec ipsa latebunt tempore suo, quia a lumine reve-* 25 *lacionis manifestabuntur. Sic eciam de bonis factis intelligendum est. Nam ita subiungit: Similiter et facta bona manifesta sunt et que aliter se habent, abscondi non possunt. De manifestis igitur iudicemus, de occultis vero iudicium Deo relinquamus, Deo iudici vero et iusto, quia* 30 *et ipsa abscondi non possunt, sive bona sive mala, cum tempus advenerit ut manifestentur.*

Duo sunt autem in quibus temerarium iudicium cavere debemus, cum incertum sit quo animo quodque factum sit, vel cum incertum est qualis futurus sit, qui nunc vel 35 *malus vel bonus apparet. Si ergo quispiam verbi gracia conquestus de stomacho ieiunare noluerit, et tu non credens edacitatis vicio tribueris, temere iudicabis.*

1. A: *corde* deest. 6. B: *quidquam* deest. 8. A: *abscondita.* 13. B: *contempnemus.* 21. B: *enim dicit.* 23. A: *si fiunt.* 28. A: *manifestata.* 34. B: *incertum est.* 35. A: *quia nunc.* 37. A: *voluerit.*

5. I. Cor. IV, 5. 19. I. Tim. V, 24.

Digitized by Google

Item, si manifestam edacitatem ebriositatemque cognoveris et ita reprehenderis quasi nunquam ille possit corrigi atque mutari, nihilo minus temere iudicabis. Non ergo reprehendamus ea que nescimus quo animo fiant, neque itaque reprehendamus que manifesta sunt, ut desperemus sanitatem et vitabimus iudicium, de quo nunc agitur: Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis.

God will not judge rashly because we do so, but our rashness will bring a punishment.

Potest autem movere quod ait: In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis, et in qua mensura mensi fueritis, in ea remecietur vobis. Numquid enim si nos in temerario iudicio iudicaverimus, temere de vobis eciam Deus iudicabit? Aut numquid si in mensura iniqua mensi fuerimus, et apud Deum mensura iniqua est, unde nobis remecietur? Nam et mensure nomine ipsum iudicium signatum arbitror. Nullo modo temere Deus vel iudicat vel iniquam mensuram cuiquam rependit: sed hoc dictum est quoniam temeritas qua punis alium eadem ipsa ut te puniat necesse est. Nisi forte arbitrandum est quod iniquitas ei noceat aliquid in quem procedit, ei autem nihil a quo procedit, immo vero sepe nihil nocet ei qui patitur iniuriam, ei autem qui facit necesse est ut noceat. Quid enim nocuit martiribus iniquitas persequencium? Ipsis autem persecutoribus plurimum. Quia etsi aliqui eorum correcti sunt, eo tamen tempore quo persequebantur excecabat eos malicia eorum. Sic et temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temere iudicatur: ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat. Ista regula eciam illud dictum arbitror: Omnis qui percusserit gladio morietur gladio. Quam multi enim gladio percuciunt, nec tamen gladio moriuntur, sicut neque ipse Petrus. Sed ne ipsum venia peccatorum talem penam evasisse quis putet, quamquam nihil absurdius, quam ut maiorem putet gladii penam esse potuisse, que Petro non accidit, quam crucis que accidit. Quid tamen de latronibus dicturus est, qui cum Domino crucifixi sunt, et ille qui meruit veniam, posteaquam crucifixus est meruit, et alter omnino non meruit? An forte omnes quos occiderant crucifixerunt et propterea hoc eciam ipsi pati meruerunt? Ridiculum est hoc putare. Quid ergo aliud dictum est: Omnis qui gladio percusserit,

29. A: *Petrus gladio* after *morietur.*

29. Matth. XXVI, 52. 34. Lucae XXII, 32.

Digitized by Google

gladio morietur, nisi quia ipso peccato anima moritur, quodcunque commiserit?

Et quoniam de temerario et iniquo iudicio nos hoc loco Dominus monet, vult enim ut simplici corde et in unum Deum pure intento faciamus quecunque facimus; et multa incertum est quo corde fiant, de quibus iudicare temerarium est. Maxime autem hi temere iudicant de incertis et facile reprehendunt, qui magis amant vituperare et dampnare quam corripere et emendare; quod vicium vel superbie est vel invidie. Hec Augustinus.

The whole difficulty is to decide between rash judgment and just judgment.

Videtur istum sanctum signanter ponderare et discutere iusticiam et temeritatem humani iudicii. Non loquitur autem de quolibet humano iudicio sed de illo iudicio quod est hominis discrecio, de moribus vel viciis sui ipsius vel fratris. Iudicant enim clerici de veritatibus mathematicis et de questionibus aliis demonstrativis cum suis oppositis. Sed tale iudicium non pertinet moribus pro hoc loco. Videtur ergo hunc sanctum intelligere quod Christus prohibet tantum temerarium iudicium et iustum iudicium approbat atque mandat, cum Johannis VII, 24 precipit: *Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate.* Tota ergo difficultas est bene discernere inter iudicium temerarium atque iustum. Et videtur Augustinum intendere, quod iudicium temerarium est hominem diffinire de statu sui vel fratris, dum tamen diffinitum fuerit sibi incognitum et iudicium iustum est, dum homo moderate discernit secundum limites sue noticie ad utili | tatem ecclesie 393[b] moventibus regulis caritatis.

Judgment may be rash in different ways.

Et patet ex dictis Augustini, quod multipliciter contingit esse iudicium temerarium, de presenti, de preterito et futuro. Contingit enim hominem iudicare de se vel proximo quod opus suum est vel fuit bonum moraliter, dum tamen intencio vel disposicio ab ipso fuerit ignorata, et sic de malicia morali hominis iudicata. Tale autem iudicium est temerarium, quia quid prodest hominem fratrem suum discernere in hiis quorum intencio ignoratur? Videtur autem esse presumpcio temeraria et sic tale iudicium condempnandum.

11. A in marg.: *Johannes.* 24. A in marg.: *Iudicium duplex. 1.* 26. A in marg.: *2.* 30. A: *ut patet.* 31. A: *essit* 32. A in marg.: *Iudicium temerarium triplex. 1.* 39, 40. B: *contempnendum.*

Digitized by Google

Et eodem modo de iudicio futurorum, que sunt iudicanti incognita et noticia eorum est Deo propria, ut quod talis condempnabitur aut quod ille salvabitur: et sic de similibus ambiguis de futuro.

A judgment is rash when it is given unnecessarily.

5 Sed tercio modo abscondito contingit esse iudicium temerarium, dum tamen ipsum iudicatum fuerit iudicanti sciencia communi cognitum, sed occupacio circa tale iudicium est utrique parti inutilis, et sic sepe contingit loquentes superflue de hominibus iudicare.

10

CAP. XXXII.

Prelates judge laymen rashly, while they try to fetter the judgment of laymen.

Ex istis infertur communiter temeritas iudicii prelatorum qui assumunt tamquam principium quod laicus vel subditus non debet iudicare de ipsis quicquid fecerint, sed ipsi econtra debent tam de subditis quam
15 de laicis quomodocunque voluerint iudicare. Et ista incarceracio iudicii laicalis proprii est indubie originata ex heresi Antichristi. Quis enim dubitat quin licet laicis iudicare de questionibus mathematicis, ymmo de questionibus practicis, ut patet de seculari brachio,
20 quod suspendit et aliter occidit et cruciat tam laicos quam presbyteros, quos ex suis operibus iudicat esse reos. Immo tercio populus necessitatur per curatos superiores iudicare tam laicos quam presbyteros esse adulteros et aliter criminosos, sicut quandoque episcopus
25 necessitat prodere ipsos sibi. Quis ergo diceret quod episcopus cogit plebem iudicare de presbytero contra legem? Et quarto necessitantur fideles de proprio reatu iudicare et immunitate in confessionibus, immo quod sacerdotes sui sunt digni vel indigni accipere ab
30 ipsis stipendium quod doctrina sua est sana vel stulta, et generaliter quod patronus vel frater suus peccans in ipsum vel sibi dicens legem Christi a lege sua deviat vel docet semitam veritatis. Et breviter sunt mille casus in quibus necessitatur populus de sacerdotibus
35 tam maioribus quam minoribus iudicare, cum papa et episcopi vendicant quod quicquid in literis vel bullis mandaverint, populus debet credere esse iustum. Cum ergo Christus, Deus et homo mandavit populum de

1. A in marg.: *2*. 5. A in marg.: *3*. 17. A in marg.: *1*. 19. A in marg.: 2. 22. A in marg.: *3*. 26, 27. A: *de presbytero — fideles* deest. 28. A: *reatu eciam immunitate*. 32. A: *in ipsum* deest.

Digitized by Google

suis operibus iudicare, quis Antichristus est ille qui non sineret populum iudicare de suis operibus, dum notorie sint perversa. Idem enim esset prelatum vendicare hoc privilegium et innuere quod ipsemet sit dyabolus induratus et non christianus corrigibilis per correpcionem fraternam, sed quod sit exemptus et privilegiatus a diabolo ad trahendum subiectos suos quomodocunque voluerit ad infernum. Licet ergo populo subiecto iudicare tam de bonitate quam malicia sui prelati, licet in cathedra iudiciali tamquam Pilatus non sedeat.

A good prelate will desire to be judged, since to judge leads to imitate what is good.

Conceditur tamen quod contingit subditos de suis prelatis temere iudicare, et tale iudicium solummodo prohibetur; et de tali iudicio arguet Christus mundum in finali iudicio, quando *princeps mundi iudicatus est*, ut dicitur Joh. XVI, 11. Opera ergo prelati debent esse ita notoria atque bona, quod debet instar Christi appetere quod populus de ipsis iudicet et trahat in exemplum imitatorium et fugiat iudicium temerarium, quia aliter innuendo quod populus non iudicet de suis operibus, dicit tacite quod populus non debet ipsum in moribus imitari, quia concessa imitacione concedi oportet iudicium imitantis quod incedit per viam rectam ad patriam, immo etsi dicit in facto quod ipsemet sit diabolus a cunctis fidelibus fugiendus, adhuc debet dicere quod populus iudicet de suis malis operibus, ne ab ipsis exemplariter sit seductus. Multa autem sunt exempla que sonant in istam sentenciam, ut Matthei VII, 15, dicit Christus: *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.* Et Joh. XVIII, 23 precepit Dominus de se ipso: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo.* Et Act. XXV, 10 dicit Paulus Festo iudici seculari: *Ad tribunal cesaris sto, ubi oportet me iudicari. Judeis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori.* Quomodo igitur renueret papa vel prelatus aliquis iudicari per iudicem secularem, cum Vas eleccionis instar magistri sui Christi iudicari sic eligentis appeciit se taliter iudicari. Et sic in finali iudicio non

Paul appealed to lay judgment.

1. B: *iudicare* deest. 4. A: *pravilegium.* 7. A: *pravilegiatus diabolo.* 8. B: *voluerint.* 24, 25. B: *a cuntis.* 29. A: *que veniunt.* 35, 36. A: *sicut — nocui* deest. 40. A: *appetit.*

Digitized by Google

solum summus iudex sed electi sedebunt cum eo iudicantes duodecim tribus Israel et specialiter pseudoprelatos tales qui renuunt hic tam sophistice iudicari. Sancti enim vincentes diabolos et iusti vincentes homines perversos, ipsos in finali iudicio iudicabunt, iuxta illud I Cor. VI, 3: *Nescitis*, inquit, *quoniam angelos iudi-*
393c *cabimus;* | nec ergo racione dignitatis status taliter iudicati nec racione indignitatis iudicii est tale discretum iudicium fugiendum, cum asina Balaam ipsum repre-
10 hendit, ut patet Numeri XXII, 30.

Objection. If laymen judge the clergy, canon and civil law will be confused.

Sed moveri potest ulterius si secularis populus debet de prelato huiusmodi iudicare, nam sic liceret sibi ipsum deponere et decimas ac oblaciones suas subtrahere; sed tunc forent forum ecclesiasticum et seculare
15 iudicium commixta ad invicem et confusa. Sed contra istud militant multe leges.

Answer: It is the kings business to repress crime and especially in prelates.

Sed hic videtur multis quod rex cuius interest pacificare rempublicam debet impedire adulteria, furta et alia crimina sed specialiter in prelatis, cum ipsa pre-
20 cipue perturbant rempublicam. Et patet exemplum III Reg. II de Salomone. Et Augustinus declarat diffuse in libello suo De duodecim abusionibus abusione nona. Nec aliter foret rex vicarius deitatis. Immo videtur multis probabile quod pauperes subditi debent de suis
25 prelatis perversis, subtrahendo oblaciones et decimas cum aliis stipendiis ac ministeriis iudicare, quia aliter videtur quod consentirent suo facinori ipsos ad proprium dispendium nutriendo; et tamen scitur ex vivaci fide scripture quod tales pseudoprelati apud divinum iudicium
30 sunt indigni non solum tale stipendium recipere sed eciam vivere. Quis ergo gratis causaret recepcionem tam dampnabilem contra caput proprium tam detestandum facinus nutriendo? Nec videtur quod expectandum sit seculare iudicium in foro contencioso per falsos
35 testes contra prelatum taliter delinquentem, quia contingit ex corrupcione talium testium dimissa notorietate operum tale facinus deperire et falsum contra Dei iudicium iudicari. Sic enim iudicata est Susanna per duos falsarios sacerdotes, immo cum testes falsi con-

Even the poor should judge by withdrawing support from wicked priests.

They should not wait for a legal decision, which is often wrong from false witness.

11. A in marg.: *Dubium.* 13. A: *et oblaciones.* 14. A: *forus ecclesiasticus.* 17. A in marg.: *Responsio.* 23. A in marg. inf. Fol. 393c *quod rex sit vicarius Dei. Contra iudicium temerarium quasi per totum.*

Digitized by Google

ducendi in falsitatis testimonium sint tam multi, sicut contigit tempore Helie de sacerdotibus Baal, contingeret Antichristi discipulos manifestam falsitatem modo suo probare et vicissim probare contradictoria in contrarium vertitatis. Sed maledicta talis probacio in quam Deus non potest propter suam maliciam, ut adducantur quotlibet testes et una medietas consenciat veritati et altera consenciat falsitati, unus falsus testis consenciens parti false habet tantum robur secundum leges hominum quod facit totam multitudinem testificancium contra Deum et angelos, immo contra quotquot testes privatos, qui omnes testantur veritatem plenam fidem iudici, ut iudicet partem falsam; sed non dubium quin maledicta sit talis lex secundum quam habet vox unius mali spiritus tantum robor, immo non posset patencius iustificari iudicium Pilati contra Dominum in iudicando ipsum ad mortem, quia certum est quod pontifices potuerunt habere ad libitum falsos testes. Nam Matthei XXVI, 60 scribitur: *Venerunt duo falsi testes dicentes: Audivimus eum dicentem: Possum destruere templum hoc et in tribus diebus reedificare illud.* Testes autem moderni falsificantes iudicium plus discrepant a veritate quoad Deum, quia isti licet false testificati fuerint, tamen in verbis cum veritate aliqualiter concordabant. Cum igitur sit per se notum fidelibus quod non, si isti testes sic asserunt, ergo verum. Illa est maledicta lex que necessitat iudicio huic impossibili consentire et formare suum iudicium secundum tam patens mendacium Antichristi.

Bad rules of evidence.

Immo videtur quibusdam fidelibus quod omne iudicium viatoris secundum leges humanas post publicacionem evangelii legis Christi de sermone Domini in monte sit iudicium temerarium, sive fuerit secundum leges papales sive secundum leges imperiales, sive secundum leges provinciales, quia stante parte duplici quarum una est securior et undiquaque melior, est temerarium eligere minus bonum. Sed iuxta fidem Matthei V, 10 est melius et securius *pati iniurias* et gratis remittere quodcunque delictum factum in hominem eciam usque ad mortem, sicut fecit Dominus; ergo intendere tali iudicio foret temerarium.

Since Christ's law was given in the sermon on the Mount, all legal judgments are rash.

5. A: *in qua.* 19. A: *Reverterunt.* 27. A: *iudicem;* B correxit.
30. A in marg.: *Nota conclusionem.*

Digitized by Google

Ex quo videtur quod omnes leges tales superfluunt. Debet ergo fidelis habere mentis iudicium ad paciendum et consensum vel auxilium reprobis subtrahendum; nec dubium quin secundum istam legem stante diligencia evangelizancium et sacerdotum legem Christi in facto exemplancium, longe plus pacificaretur respublica quam est modo, et latrones, homicide et scelerati plus destruerentur ab ecclesia quam sunt modo. Potest ergo fidelis testificari veritatem fidei, non ut ipsam probet, sed ut ipsam enucleet et pro ipsa mortem si oporteat paciatur. Pars autem iudicialis legis veteris cessare debuit, que capta fuit per testes vel confessiones reorum, quia quantumcunque verum nunc dixerint tales testes, dimittitur lex misericordior et meritorior quam Christus hic precipit. Ideo cum Matthei VII, 21 prohibet Christus *iudicium temerarium*, ut asserit Augustinus, et precipit *pati iniurias* Matthei V, 10, manifeste videtur quod omnes tales leges persequentes ad penam tempore veteris testamenti modo cessare debuerant, cum nunc sit tam temerarium illis uti, ideo dictum est communiter quod 393[4] iudicialia et cerimonialia legis veter | is testamenti cessare debuerant, sed moralia debent stare; nec cessarent leges regales de vindicta malefactorum, quia magna vindicta est secundum sensus iudicium ipsos capere in reatu et postea mittere eos in exilium et subtrahere ab ipsis temporale auxilium et communicacionem.

The faithful should witness to the truth.

CAP. XXXIII.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Quidam hunc locum secundum huiusmodi sensum exponunt, dicentes quod Dominus hoc mandato non prohibet christianos ex benevolencia corripere alios christianos dignos correpcione, sed ne aut per iactanciam iusticie sue christianos despiciant peccatores, derogantes frequenter de multis et ex solis frequenter suspicionibus odientes ceteros et condempnantes et sub specie pietatis proprium odium exequentes, et ut ne sic quidem christianos corripiant*

Chrysostom: This is not a warning against due reproof but against self-righteousness and spite.

3, 4. A: *ne dubium.* 11. A: *cassare.* 22 A: *se moralia;* ib. A: *cassarent.* 28 B in marg.: *XXXII;* A in marg.: *Crisostomus.* 29. B: *secundum huius sensum.* 31. A: *alios* deest.

28. Op. Imp., l. c. p. 819.

Digitized by Google

christiani, convenit sermo qui dicit: Nolite iudicare. Si autem non corripiunt, utrum conveniat illud quod dicit, ut non iudicemini, nescio. Numquid propter illud solum, si non sic corripuerint, peccatores consequentur indulgenciam peccatorum suorum secundum quod dictum est: Non iudicabimini? Si enim iudicantes, sicut non decet iudicare, et male faciunt, sine dubio non iudicantes veniam peccatorum priorum suorum ex hoc non consequentur, quia non iudicaverunt male. Quis enim consequitur indulgenciam mali sui prioris, quia non addidit et alterum malum? Certe si in se peccantes non iudicaverint, nec ipsi iudicabuntur a Deo pro suo peccato.

This text is spoken of those who sin against us, not of sinners against God.

Hec diximus, volentes ostendere quia hic sermo non est positus de proximis non iudicandis qui peccant in Deum sed de eis qui in nos peccant. Quid ergo est? Usque nunc exposuit consequenciam ad iusticiam elemosine pertinentem: nunc autem incipit exponere consequenciam, ad iusticiam oracionis respicientem. Et est hec doctrina quodammodo ipsius pars oracionis, ut sit talis ordo narracionis: Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptacionem sed libera nos a malo. Nolite iudicare, ut non iudicemini; qui enim non iudicat proximum suum propter peccatum quod fecit in ipsum, illum nec Deus iudicat propter peccatum quod fecit in ipsum, sed dimittit Deus debitum eius, sicut et ipse dimisit debitoribus suis. Sicut autem mandavit cetera universa mandata generaliter cunctis tam sacerdotibus quam laicis: precipue tamen doctoribus, quia quanto maiores sunt in ordine, tanto perfecciores debent esse in disciplina: sic et hoc mandatum de proximis non iudicandis ad omnes quidem pertinet, precipue tamen ad doctores. Unde mandatorum Christi quedam sunt que si diligenter aspicias pene nec conveniunt laicis, nisi forte per vim, doctoribus autem conveniunt quale est hoc ipsum quod sequitur: Quid autem vides festucam etc. Hec Crisostomus.

This prohibition of invoking the law

Iste sanctus videtur concordare cum sentencia supradicta, scilicet quod cuncti viatores simpliciter non iudi-

1. A: *Nolite* twice. 8. A: *suorum* deest; ib. B: *consequentur*. 22. A: *nos* deest. 24. A: *in eum*. 28. A: *tam* deest. 30. A in marg.: *Nota*. 33. A: *non conveniunt*. 34. A: *forte parum*. 37. A in marg.: *Johannes*.

5. Lucae VI, 37.

Digitized by Google

cent nec per se nec per iudices mundanos quoad penam inferendam iniuriantibus propter iniuriam sibi factam; et concordat factum Christi et Pauli sui apostoli, immo lex Christi quam precipit in hoc loco de paciendo et remittendo iniurias. Sed constat quod tres leges predicte, scilicet lex papalis, imperialis et regalis cum execucione communi isti sentencie contradicunt; immo dictum est sepius quod iste leges sunt acceptande a fidelibus, de quanto consonant legi Dei. Ex equo videtur quod sunt aliqualiter iuste et consone legi Dei, immo si principes seculi non habent leges aliquas mundanas, videtur quod non debent seculariter principari. Ideo in ista materia oportet prudenter procedere, quia videtur Augustinum et alios sanctos penas legiorum regibus sepe concedere, ut licet eis incarcerare, decapitare, suspendere, trahere et cremare legios suos tranquillitatem sui populi perturbantes. Ideo ita hic dicta non sunt nimis toti populo declaranda.

against those who offendus contradicts the canon and civil law.

(Need of care in speaking to the people.)

Sed videndum est cum prudencia quid evangelium illud sentit. Et videtur quibusdam quod evangelium istud sentit sentenciam supradictam. Videtur eciam eis ulterius quod principes seculi possunt seculariter dominari, licet non exercuerint aliquas tales leges, quia possunt secundum ordinaciones humanas stare arbitrio iudicum, accipere stipendia necessaria suo officio de populo subiecto suo imperio et econtra punire populum exilio vel alia pena evangelica legi Christi conformi, licet malefactores secundum nullum predictorum modorum per tales principes seculi sint puniti.

The Gospel does not forbid princes to rule.

Dicit ista sentencia tercio quod lex Christi foret per se sufficiens ad totam militantem ecclesiam regulandam melius quam regitur per tradiciones hominum introductas. Sed creditur quod necesse est quod veniant scandala ex istis tradicionibus hominum adinventis. Nam fideles capiunt tamquam propinquum fidei quod populus Hebreus in lege veteri fuit optime pure secundum legem Domini regulatus; nam ante legis dacionem patriarche sicut Adam, Seth, Noe, Abraham, Ysaac et Jacob cum ceteris fuerunt per legem nature impressam in cordibus suis optime regulati, et quiditatem illius

Christ's law is enough to govern the world, if people would only obey it.

14. A in marg.: *Augustinus.* 19. A in marg.: *1.* 21. A in marg.: *2.* 30. A in marg. fol. int. 303d: *Quod lex Christi sine alia est sufficiens ad regimen tocius ecclesie militantis.* 37. A: *legis diacionem.*

Digitized by Google

legis Paulus exprimens Rom. II, 14 dicit quod *illi patres sibi ipsi sunt lex*, quia secundum veritatem Apostoli qualitas nec aliud accidens dicit aliquam aliam essenciam quam subiecti; et cum tota personalitas hominis consistit in spiritu, subtiliter dicit Apostolus quod *sibi ipsi sunt lex*. Postmodum autem post dacionem legis in monte Synay fuit populus Hebreus | regulatus 394a per iudices a Moyse usque ad Samuel, et pro illo tempore fuit populus per puram legem Domini egregie regulatus. A tempore autem Saulis usque ad transmigracionem Babylonis fuit populus bene regulatus per reges, sed paulo minus idonee quam per ante mixtim per tradiciones hominum regulatus. Sed pessime fuit populus a transmigracione usque ad occisionem Domini sub sacerdotibus regulatus, et sic in tempore legis gracie apostoli et puri sequaces eorum fuerunt pura lege evangelii regulati.

We might be governed perfectly by the Sermon on the Mount.

Nec dubium quin ipsi regulabantur melius et statui innocencie similius quam leges papales vel imperiales populum regulabant; et sic subducta cura mundana statum innocencie culpabiliter excludente foret populus statui innocencie similius pura lege evangelii regulatus; *et sic sufficeret eciam sermo Domini in monte regulare perfecte sine tradicione humana quotlibet viatores.*

Supponitur tamen specialiter propter desidiam sacerdotum legem evangelii servancium tam in personis propriis quam doctrina quod necesse est tradiciones hominum ad puniendum malefactores crudelius introduci, iuxta illud quod prophetatum est Psalmo IX°, 21: *Constitue Domine legislatorem super eos, sciant gentes quoniam homines sunt.* Quod Augustinus exponit de Antichristo qui post dacionem evangelii est dampnabilis legislator. Et sic secundum istam sentenciam honorificencius publicaretur et servaretur evangelium et reges forent statui innocencie et legi Domini plus conformes. Modo autem magis declinant ad seculum et humanas tradiciones et sic ex cautela diaboli est evangelium remissius observatum.

Laws are allowable that agree with God's law.

Dictum est autem quod leges humane sunt admittende a doctoribus de quanto consonant legi Dei et in fructu

3. A in marg. inf. fol. 393d: *Quod tota personalitas hominis consistit in spiritu 2.* 13. A: *tradicionem.* 20. A: *subiecta cura.* 22. B: *evangelii rectus.* 23. A: *sufficit.* 30. A: *gentes* deest. 39. A in marg.: *Conclusio.*

Digitized by Google

consonant castigando peccata, licet omnes leges ille in forma et natura propria sint extincte. Nam in statu innocencie non fuerunt et non erunt post diem iudicii, quando ecclesia erit optime regulata; et tunc cessabit humanum imperium, quando tota ecclesia in virtutibus et beatitudine capiti suo Christo domino est subiecta; et nunc veritates, quas homines tunc cognoscent in beatitudine, iam non audent mundi principibus detegere pre timore.

CAP. XXXIV.

Sequitur in textu evangelii: *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui et trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo: Frater, sine, eiciam festucam de oculo tuo: Et ecce, trabes est in oculo tuo: Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.* Super quo Augustinus: *Ut si forte verbi gracia ira ille peccavit et tu odio reprehendas, quantum autem inter festucam et trabem, quasi tantum inter iram distat et odium. Odium autem est ira inveterata quasi que vetustate ipsa tantum robur acceperat, ut merito appelletur trabes. Fieri autem potest, ut si irascaris homini velis eum corrigi: Si vero oderis eum, non poteris eum velle corrigere. Quomodo enim dicis fratri tuo: Sine, eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabes est in oculo tuo, eice primum trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui, hoc est, primum abs te expelle odium et deinde poteris iam eum quem diligis emendare. Et bene ait: Ypocrita. Accusare vicia enim officium est bonorum virorum et benevolorum, quod cum mali faciunt, alienas partes agunt, sicut ypocrite qui tegunt sub ovina pelle rabiem lupinam, qui tegunt sub persona quod sunt et ostentant in persona quod non sunt.*

Augustine: Hate may be the beam in our eye that unfits us to reprove another.

Ypocritarum igitur nomine simulatores et fictos et falsos fratres accipe et parietes dealbatos. Et est vere multum cavendum et molestum genus simulatorum qui

5. A: *humanum imperpetuum.* 6. B: *beatitudini* 7. Codd.: *et tunc.* 11. B in marg.: *XXXIII.* 13. A: *Frater* deest. 16. A in marg.: *Augustinus.* 17. A: *et* deest. 35. A: *accipere.*

11. Matth. VII, 3—5. 16. De sermone Domini in monte, l. c. p. 226.

Digitized by Google

cum omnium viciorum accusaciones odio et livore suscipiant, eciam consultores videri se volunt. Et ideo pie cauteque vigilandum est, ut cum aliquem reprehendere vel obiurgare nos cogit fraterna necessitas, primum cogitemus utrum tale sit vicium quod numquam habuimus vel quo iam caruimus, et si numquam habuimus, cogitemus et nos homines esse et habere potuisse tale quod arguimus in fratre, si vero aliquando habuimus et iam non habemus tangat memoriam communis infirmitas humana quam sit ad malum prona, quam ad bonum tarda, nisi adiuverit misericors gracia Dei nostri, ut illam reprehensionem aut obiurgacionem non odium sed misericordia precedat, ut sive ad correccionem eius, propter quem illud facimus, sive ad perversionem valuerit (nam incertus est exitus), nos tamen de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nosmet ipsos invenerimus in eo vicio esse, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tantum congemiscamus et illi et nobis, et non illum ad obtemperandum nobis sed ad pariter conandum invitemus.

We must be all things to all men; by love, not by hypocrisy.

Nam et illud quod dicit Apostolus: Factus sum Judeis tamquam Judeus, ut ipsos lucrifacerem, et eis qui sub lege sunt quasi sub lege essem, cum non sim sub lege, ut eos qui sub lege erant lucrifacerem, hiis qui sine lege sunt quasi sine lege, cum sine lege Dei non sim, sed sim in lege Christi, ut lucrifacerem eos qui sine lege sunt, factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrarer: omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem. Non utique simulacione faciebat, quem | admodum quidam in- 394b telligi volunt, ut eorum simulacio detestanda tanti exempli auctoritate muniatur; sed hoc faciebat caritate qua eius infirmitatem, cui volebat subvenire, tamquam suam cogitabat. Hoc enim et prescivit dicendo: Cum enim liber sum ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem. Quod ut intelligas non simulacione sed caritate fieri qua infirmis hominibus tamquam nos simus compatimur, ita monet alio loco, dicens: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per caritatem servite invicem. Quod fieri non potest

4. A: *primo cogemus.* 6. A in marg.: *De correpcione fraterna.* 14. Codd.: *quam incertus.* 17. A: *que reprehendere.* 18. B: *congemescamus.* 22. A: *ut Judeos.* 28. B: *lucrifaciam.* 31. A: *et hoc.*

21. I. Cor. IX, 20. 33. ib. 19. 37. Gal. V, 13.

Digitized by Google

nisi alterius infirmitatem quisque habeat quasi suam, ut eam equanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille, cuius curat salutem.

Raro igitur et in magna necessitate obiurgaciones sunt adhibende, ita tamen ut eciam in hiis ipsis non nobis, sed Deo ut serviatur, instemus. Ipse est enim finis, ut nihil duplici corde faciamus, auferentes trabem de oculo cordis nostri, scilicet invidencie et malicie, vel palliate simulacionis que Deo est contraria ut ipsi homini noxia, ut videamus eicere festucam de oculo fratris quem reprehendimus. Videbimus enim eam oculis columbe quales in sponsa Christi predicantur, quam sibi elegit Deus gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, id est, mundam et simplicem, qualem docet Christi sponsam.

Giving what is holy to the dogs.

Sed quia potest nonnullos Dei preceptis obtemperare cupientes nomen sancte simplicitatis decipere, ut sic putent viciosum esse aliquando verum occultare, quomodo viciosum, est aliquando falsum dicere, et hoc modo cupiendo ea que illi quibus aperiuntur sustinere non possunt, amplius noceant quam si ea penitus semperque occultarent, rectissime subiungit, cum dicit: Nolite sanctum dare canibus. Hec Augustinus.

Videtur istum sanctum ex fide scripture elicere formam correpcionis fraterne que cum diligencia fidelibus est notanda. Primo autem videtur cum hoc dicto Christi intendere quod fratrem corripiens de quocunque crimine debet primum secundum ordinem caritatis a se ipso incipere et diligenter cavere ne sit reus in eodem crimine quod arguit vel maiori, quia, cum omnia debent in caritate fieri et talis sic reus astringitur crimine quod accusat, patet quod corripit extra ordinem caritatis, et cum false in verbo simulat quod de tali crimine quod arguit sit immunis, patet quod ostendit se esse ypocritam, et peccatum quod prius fuit festuca vel virga gracilis, est factum trabes per duplicacionem ypocrisis; et istud notarent cuncti qui arguunt peccata hominum, quia non dubium quin illi sunt indispositi ut fratres suos de crimine tali corripiant, quia cum factum docentis et vita monent forcius verbis suis

Those who would rebuke must begin at home.

Force of example.

1. B: *alternis.* 4. A in marg.: *Nota Augustinum.* 7. A: *auferentem;* B correxit. 15. *potest.* Adde: *esse.* 17. 18. A: *verum — aliquando* deest. 23. A in marg.: *Johannes. 1.* 35. A: *duplicita.*

21. Matth. VII, 6.

Digitized by Google

obiurgati crimine dicunt implicite quod talis in opere et propria vita docet quod illud quod in me tam acute arguit non est a Deo ponderandum, cum ipse in consimili sit tam reus. Et hec racio quare Christus qui peccare non potuit fuit tam ydoneus correptor peccarorum et post Christum apostoli. Et hec fuit magna racio quare peccatores tam efficaciter convertebant, quia necesse est ut argutor sceleris qui in verbis et operibus propriis sibimet contradicit inhabilitet se in hoc ut sit fraterni criminis efficax redargutor.

The sin of our modern clergy makes them inefficient.

Ex quo convincitur quod causa quare moderni prelati et evangelizantes non docent et convertunt populum tam efficaciter sicut fecerunt apostoli est quia reatus proprius et verba quibus hortantur populum culpabiliter contradicunt; et talis servus est inhabilis ut sit redargutor et preco simplicis veritatis. Patet ulterius quod maior pars fratrum arguencium sunt racione istius criminis in persona propria primo rei, ut communitas hominum imponit fideli heresim ex hoc quod acute redarguit peccata maiorum et illi qui calumpniantur sic fideles de heresi, sunt communiter heresi eiusdem articuli irretiti, ut religiosi et prelati inscii imponunt heresim fidelibus quia dicunt quod hostia consecrata est quodammodo corpus Christi et naturaliter verus panis (ut dicit evangelium), et tamen omnes illi maculati sunt trabe heresis in hoc puncto, ideo nimis parum attendunt ad preceptum Domini, quando dicit: *Ypocrita, eice primo trabem de oculo, deinde festucam que est in oculo fratris tui potes eicere.*

CAP. XXXV.

Defects in friars, collegiate clergy and prelates.

Ex istis verbis Augustini cum fide scripture potest elici quam inepti sunt fratres et capitulares clerici et prelati ad crimina populi subditi corrigendum; fratres quidem, quia pro maiori parte sunt ypocrite et per consequens falsi in verbis et opere, Apostolus tamen et socii sui facti sunt *omnia omnibus*, ut plures lucri-

11. A in marg. inf. fol. 394b: *De correpcione fraterna quasi per totum.* 2. 16. A in marg.: *3.* 17. A: *fratres.* 23. A: *quia dicunt* deest. 24. A in marg: *De eucharistia.* 25. A in marg. inf. fol. 394b: *De hostia consecrata* in fine capituli.

36. Col. III, 11.

Digitized by Google

facerent, quod non erant mendaces, ut quidam dicunt de fratribus, sed quod ipsis confitentibus fragilitatem et peccatum proprium dixerunt vere et humiliter quod erant peccatores tales, a qualibus peccatis voluerunt fratres suos eripere. Nullus enim sanctorum, ab Evangelista usque ad minimum confessorem est omnino immunis a peccato, cum Johannes dicat I Joh. I, 8: *Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est.* Sic ergo dixit Apostolus 394[c] quod peccavit taliter | qualiter communitas peccavit Judeorum, defecit in Dei servicio, sicut in oracione et devocione deficit communitas laborancium, et sic breviter non est aliquis status laudabilis quin Apostolus vere dixit quod est peccator quoad Deum, sicut sunt homines in hoc statu. Et ita intencio correpcionis Pauli non fuit ad ostendendum suam sanctitatem, ut fit per ypocritas, sed ut lucrifaciat sanctitatem populo cum quo ad illud propositum conversatur. Fratres autem dicuntur inhabilitare se ipsos ut vere induant tales status et (sicut false dicunt ac ypocritice) sunt in statu perfecciori quam erant apostoli, et fideles sunt indigni ut recipiant tales in socios aut edificati ex vita eorum militent Deo devocius aut per gradum eis similem sunt conversi; et totum hoc sonat in ypocrisim atque mendacium immo in heresim. Ideo bene dicit Augustinus, licet non locutus fuerit ad hunc sensum quod falsi fratres ypocrite et simulatores regulariter convertuntur; sive ergo Fratres fuerint in tempore Augustini (ut false fingunt) sive sub Dominico longe postmodum inceperunt: vera videtur Augustini sentencia de convertibilitate ad sensum pertinentem horum trium terminorum. Sunt enim falsi, ut patet de iniciis et laudibus suorum ordinum, de heresi consecrate hostie et aliis heresibus quibus sunt pertinaciter involuti, et sunt Fratres ut concedunt pompatice de se ipsis, ideo sunt in sensu composito falsi fratres. Absit enim ut sequatur a disiuncto ad sensum compositum, isti se simulant esse fratres in Domino et sunt falsi, ergo sunt falsi fratres, et hoc non sequitur de falsioribus fratribus in diebus novissimis introductis.

Friars' false claims for their order.

4. Codd.: *a qualibet peccatis.* Hic locus haud dubie corruptus est. 6. Codd.: *est omnis.* 11. B: *deficit;* ib. A in marg.: *Johannes.* 22. B: *militant.* 23. A: *ad gradum.* 25. A in marg. inf. fol. 394[c]: *Quod falsi fratres ypocrite et simulatores regulariter convertuntur.* 33. A: *consecracione hostie;* ib. A: *herisibus.* 36. B: *sequantur.* 37. A: *simulant* twice.

Digitized by Google

Isti ergo qui querunt principaliter temporale commodum et non lucrum anime et ad hoc aptant suos sermones ac modum conversandi, non mirum si radix ista infecta impediat ipsos proficere ad hunc finem.

Luxury of prelates, especially deans.

Et idem videtur iudicium de episcopis et prelatis inferioribus qui vel mutescunt quoad evangelizacionem vel vita sua est contraria verbis Christi. Dicitur enim non esse magis luxuriosos in mundo quam sunt decani capitulares; et sic est de prelatis aliis usque ad episcopos qui plus venantur lucrum commodi temporalis quam salutem anime subditorum. Quomodo ergo possunt tales infecti prodesse quoad lucrum anime subditorum quos false visitant? Et de papa (si fas est dicere) videtur quod ipse sit radix huius ypocrisis.

We must not say an untruth, but we may sometimes leave a truth unspoken.

Augustinus autem vere dicit quod prelatus debet vere et humiliter confiteri fragilitatem propriam et misericorditer subditis condescendere non ad suum temporale commodum sed ad bonum virtutis ut verificetur illud Apostoli de ipsis: *Non quero vestra sed vos.* Sed pseudo sunt qui pervertunt totam fidem scripture et aliam scripturam Antichristi falsificant de se ipsis.

Augustinus tamen videtur innuere quod non sit peccatum prudenter tacere veritatem dicere, sicut semper est peccatum asserere falsitatem; ideo cum Christus magister noster quandoque tacuit veritatem, ut patet in tercia responsione qua Pilatus quesivit *quid sit veritas*, et aliis casibus generaliter in quibus tacuit veritatem, videndum est sagaciter quando veritas est tacenda et quando populo predicanda. Et videtur multis quod ad hoc supponenda est vite sanctitas et communis discrecio. Quando scilicet veritatis promulgacio sortiretur effectum que veritas sit cum datis paribus auditorio dato utilior et omnino requiritur tercium commune principium, scilicet quod evangelizans veritatem talem a Sancto Spiritu sit edoctus, et cum Spiritus Sanctus discipline effugiet fictum, non mirum si non cooperatur cum istis ypocritis. Nam fratres et tres secte alie querunt communiter in sua visitacione lucrum proprium, non salutem

3. B: *non mirum* deest. 7. A: *verbis suis.* 9. A: *est* deest. 22. A in marg.: *Quod prudenter tacere veritatem non sit peccatum, sed asserere falsitatem semper est peccatum.* 25, 26. A: *ut patet de III responsione.* 28. Codd.: *est dicenda et.* 30. B: *discrescio.* 31. A: *sortiret.*

19. II. Cor. XII, 14. 26. Joh. XVIII, 38.

Digitized by Google

anime, ideo prudencia foret cum cautela evangelica excludere taliter visitantes.

Ideo quidam utuntur ista prudencia querere de fratribus articulum fidei scripture in quo est illis cognitum quod oberrant. Et conformiter de prelatis cesariis visitantibus. Quidam autem dicunt quod fuerunt hoc anno per regis milites visitati; qui milites pascebant eos tum corporaliter quam spiritualiter longe melius quam pasceret eos episcopus sive papa. Quia ipsi visitant communiter ut rapiant et pascantur. Unde obiurgacio quam Augustinus dicit quandoque esse licitam nunc vertitur in rapinam et pastus spiritualis subditi vertitur in pastum corporalem et sumptuosum prelati ad quem requiritur spoliacio pauperis populi qui a curatis dupliciter pascerentur. Nec audet curatus simplex contra prelatos tales cesareos secundum legem Domini rebellare; ideo videtur multis probabile quod ista taciturnitas sit consensus, et iste subtilis consensus ex timore servili per diabolum introductus inficit multum populum, cum curatus cuius res sic agitur dum videt Dei tam manifestam iniuriam secundum legem Christi contra Antichristi discipulos loqueretur. Pena autem qua prelati cesarii ipsum percuterent stat in tribus, scilicet in excommunicacione vel in suspensione, in
394[d] beneficii privacione et in corporis | extinccione. Quoad primum dictum est sepius quod sicut Antichristus pervertit legem Domini, sic stante virtuosa constancia curati malediccio talis prelati est in benediccione Domini convertenda. Et quantum ad suspensionem secundum Apostolum verbum Domini non est alligatum et evangelizacio talis verbi est preciosior quam ministracio alicuius ecclesiastici sacramenti. Et quantum ad beneficii privacionem circumspectus satis cognosceret quod beneficii talis privacio foret utilis sic ligato, quia et verbum Dei posset tunc predicare liberius et onus civile quo se stulte obligaverat disrumpere posset evidencius; et sic utrobique cederet ad libertatem ecclesie, quod non foret aliqua talis privata institucio sacerdotis, nec foret ille vel perfunctorie christianus qui de alimento

More to be learned from knights than from prelates.

The prelates rob the people.

A true priest should be willing to confront excommunication.

Preaching of more importance than dispensing the sacraments.

17. B: *debellare.* 21. A in marg.: *Nota tria.* 24. A: *vel suspensione.* 24, 25. B: *suspensione beneficii.* 26. A in marg.: *1.* 28, 29. A: *curati — convertenda* deest. 30. B: *allegatum.* 32. A in marg.: *2.*

Digitized by Google

et tegumento corporis desperaret. Et hoc sufficeret eciam Apostolo, ut patet I Tim. VI, 7 et Matthei VI, 26 probat Christus, quod Deus ex sua omnipotencia ac misericordia non potest servo suo in istis deficere, quia non potest deficere volucribus vel liliis agri, quomodo ergo posset servo suo deficere magis digno?

We should be ready to face death.

Et quoad tercium scilicet corporis extinccionem patet quod fidelis non posset mori iocundius. Necesse quidem est omnem hominem talem mori et vivendo quantumcunque voluptuose ac congregando divicias faciliter mori posset ex crapula vel occidi a latronibus racione sue pecunie congregate. Occisus autem in caritate ex huiusmodi causa Dei foret gloriosus martyr et sic per mortem laudabilem transiret ad beatitudinem. Sed quis nisi infidelis hoc non appeteret? Et sic vere exanimata infidelitate vel heresi, patet quod servilis vecordia dampnat plures curatos quoad divinum iudicium, quia secundum testimonium Christi *qui plus dilexerit creaturam aliquam, eciam vitam propriam quam Deum, non est ipso dignus*, ut dicitur Matthei X, 37. *Nec homo potest duobus dominis capitalibus sic servire*, ut dicitur Matthei VI, 24. Tales ergo raciones convincent in die iudicii plurimos viatores.

CAP. XXXVI.

Chrysostom: This text specially addressed to divines.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Videre enim festucam in oculo fratris tui et eicere illam posse non est omnium sed doctorum tantum qui per doctrinam vel increpacionem secundum Deum possunt eicere de mente fratris sui peccatum vel magnum vel modicum. Nolite*, inquit, *sanctum dare canibus neque margaritas vestras miseritis ante porcos. Habere enim vel sancta vel margaritas et posse dispensare vel bona vel mala et discernere qui hominum sunt canes vel porci, non est omnium hominum sed sanctorum. Vult ergo dominus doctores christianorum sicut in omni iusticia sic et in hoc primum facere, dein edocere ut bonam doctrinam suam per meliorem vitam commendent, ut*

7. A in marg.: *3;* ib. A: *quo* deest. 19. B: *aliquam* deest. 25. A in marg.: *Crisostomus.* 31, 32. A: *enim sancta.*

25. Op. Imp., l. c. p. 820.

Digitized by Google

bene docendo scienciam inferant; melius autem vivendo timorem, quia sales sunt terre, condientes homines vite sue exemplo et luces sunt, doctrinis illuminantes. Quis autem audiat illum docentem: Qui se ipsum non audit? Ideo dicit ad omnes precipue tamen ad doctores: Nolite iudicare, ut non iudicemini; quoniam si doctor memor sit iniurie et doloris et memoriam malicie servet in anima, solvitur totus ecclesie status, sive ad tempus respicias apostolorum sive ad Deum. Tunc enim (sicut legimus) difficile aliquos convertebant ad fidem Christi, nisi multa paterentur ab ipsis. Nam quasi lassato diabolo et devicto per sufferenciam eorum nimiam usque ad mortem et relinquente corda fidelium, et iam non habente virtutem amplius eos armare, accedente gracia Dei convertebantur ad Christum.

If the apostles had kept a grudge against their persecutors they could not have won them to the Faith.

Si ergo memores fuissent iniuriarum quas fuerant passi ab eis, numquam eos postmodum in caritate docuissent, numquam eos libenter ad fidem Christi postmodum recepissent. Sed et nunc cum frequenter doctores offendantur a laicis sive iuste sive iniuste, diabolo seminante occasiones si memores sint iniurie et doloris totam solvunt ecclesiam. Nam ubi recordacio iniurie aut doloris in medio est, non doctor benevolenter docet laicum nec libenter eum laicus auscultat. Et doctor forsitan vel invitus aperit os suum ad docendum, laicus cum sit omnino sine Dei timore nec usque ad finem contentus est eum audire, sed converso egreditur dorso et se et illum spernens et se amplius quam alium, sed non sentit anime sue dispendium efferatus sicut nec bestia irritata vulnus in se fixum.

Hoc capitulum Lucas Evangelista late prosequitur, dicens: Nolite iudicare et non iudicabimini; nolite condempnare et non condempnabimini; dimittite et dimittemini, date et dabitur vobis; mensuram bonam et confertam et coagitatam commotam supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem mensura qua mensi fueritis, remecietur vobis. Et quis sit ille qui non iudicat, quis autem qui

2, 3. A: *homines — illuminantes* deest. 9—11. Codd.: *Tunc enim — ipsis* deest. Addidi. 12. A: *devincto.* 12, 13. B: *usque ad mortem* deest. 13. A: *infidelium.* 19. B: *et* deest. 21, 22. A: *totam — doloris* deest; B in marg. addit. 23. B: *benevolenter.* 24. B: *ascultat.* 27. B: *et se* deest. 28. A: *et esse amplius.* 33. A: *Dimitte et.* 34, 35. A: *et coagitatam* deest. 35. B: *superfluentem.* 36, 37. B: *mecietur vobis.*

31. Luc. VI, 37, 38.

Digitized by Google

iudicat quidem et non condempnat? Et quis est qui condempnat quidem et tamen dimittit? Et quis est qui, dat exposuimus ibi. Et quemadmodum superflua quidem mensura, datur ei qui nec iudicat, commota autem ei qui iudicat, non autem condempnat, bona autem ei qui condempnat sed dimittit, quoniam sicut maior est superflua mensura, quam commota et commota maior est quam bona et iusta, sic perfeccior est ille, qui nec iudicat, quam ille qui iudicat et non condempnat, et ille qui nunc iudicat sed non condempnat, melior est illo qui condempnat et dimittit.

Matthew more concise than Luke.

Hic autem Mattheus omnia illa brevi sermone conclusit, dicens: Nolite iudicare ut non iudicemini. In quocunque enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis, | intelligens quòniam iudicii sermo ad omnia pertinet illa. 395a. *Nam qui iudicat tantum peccantem in se et non condempnat, iudicat, et qui non solum iudicat sed eciam condempnat, iudicat. Hoc ipsum enim condempnare iudicare est. Ergo pro illo quod Lucas dixit: Nolite iudicare aut iudicantes nolite condempnare, ille dixit: In quocunque iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis, id est, si iudicaveritis et non condempnaveritis, simili iudicio et vos quidem iudicabimini a Deo, sed non condempnabimini. Si autem et iudicantes condempnaveritis, simili iudicio vos iudicabimini et condempnabimini. Et quod ille dixit: Dimittite et dimittemini, date et dabitur vobis, iste dixit: In qua mensura mensi fueritis, mecietur vobis. Hoc est, si non rogati dimiseritis peccatum proximis vestris sed solo Dei respectu, et Deus ex se priusquam rogetur a vobis dimittet vobis. Si autem rogati veniam dederitis et Deus tunc vobis dabit veniam, cum dignis precibus et congrua lamentacione eum rogaveritis. Quoniam ergo dixerat precipue, sicut dixit doctoribus: Nolite iudicare et non iudicemini, convenienter addit et dicit: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? ut quid vides festucam in oculo fratris tui? Ac si dicat: Melius est nec docere nec reprehendere laicum quam docere et te ipsum in reprehensione consistere, quoniam talis doctrina non est audibilis sed derisibilis. Propter quod omnis sacerdos si vult docere populum prius se ipsum doceat; si autem se*

3. B: *tibi.* 8, 9. A: *quam ille qui iudicat* deest. 25. A: *ille.* 36. A in marg.: *Nota.* 36, 37. A: *vel reprehendere.* 39. A: *desiderabilis.*

Digitized by Google

ipsum non vult docere esse quod docet nec se ipsum arguere de omni quod arguit, nec alios doceat nec arguat quemquam, ut si iudicium Dei non evadit vel hominum opprobrium non paciatur.

How trust a teacher who does not follow his own teaching.

5 *Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine, eiciam festucam de oculo tuo, et ecce trabes in oculo tuo? cum qua facie arguas peccatum laici fratris tui, ipse in eodem aut in maiori consistens? Non times ne audias ex diverso: Medice cura te ipsum. Si medico opprobrium est qui*
10 *nec alterius sanitatem habet in potestate sua nec suam, si alios curare velit et ipse debilis sit, quia testimonium impericie sue portat in corpore suo propriam passionem. Quomodo doctori non sit opprobrium alios velle eruere a peccato et ipsum in maioribus esse peccatis dum possit*
15 *amplius se ipsum eruere a peccato quam alios? Aut ita: Quomodo dicis fratri tuo, id est, quo proposito putas? ex caritate cordis dicis, ut salves proximum tuum? Non, sed ut te simules iustum. Si autem vere ex caritate cordis argueres proximum tuum ut salvares, te ipsum*
20 *salvares. Numquid possibile est ut benevolencior alteri sis quam tibi? Ut qui te ipsum nolis salvare, alium velis? Omnis ergo doctor qui alium in qualicunque reprehendit delicto et ipse in eo constitutus non se prius expurgat, certum est, quia alloquens in ecclesia non alios vult*
25 *salvare sed per bonam doctrinam malos actus suos celare et sciencie laudem ab omnibus querit, non edificacionis mercedem a Deo et est ypocrita. Ideo competenter addit et dicit: Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Ypo-*
30 *crita enim est omnis doctor qui non prius facit bona et postea docet. Dum enim docet bona, profitetur se iustum coram hominibus; dum autem mala agit peccatorem se constituit infra se. Hoc ergo dicit: Vis libere et fiducialiter reprehendere laicum et eicere de oculo mentis eius*
35 *peccatum, prius tuam ipsius mentem purga ab omni malo, ut cum argueris laicum pro peccatis eius, ex diverso laicus non habeat unde redarguat te pro peccato tuo. Nam incipiet te timere in se, cum non invenerit quid contempnat in te. Omne autem peccatum non secundum*
40 *actum suum diiudicatur utrum modicum sit an magnum, sed secundum peccantis personam. Laicus autem etsi*

11. A: *sed alios.* 12. A: *importat.* 19, 20. A: *te ipsum salvares* deest. 39. B: *quod contempnat.*

Digitized by Google

magnum fecerit peccatum, modicum est, et festuca est quantum ad sacerdotis peccatum dico, quia laicus est; doctor autem etsi modicum fecerit peccatum, magnum est et trabs est, quantum ad laici dico peccatum, quia doctor est. Hec Crisostomus. 5

CAP. XXXVII.

The command not to judge forbids recourse to law.

Videtur istum sanctum in dicto isto intendere quod cuncti fideles debent simpliciter delictum fratris sui commissum in eis dimittere et non prosequi secundum leges hominum contra ipsum, quia evangelium dicit 10 expresse: *Nolite iudicari ut non iudicemini.* Nec dubium secundum istos sanctos quin loquitur de iudicio temerario cuiusmodi est quantumcunque iudicium contenciosum, cum Christus precipit generaliter debita dimittere; nec dubium quin eque prohibet iudicium 15 secundum leges humanas iudicis secularis, sicut prohibet tale iudicium personale, quia illud est peius et procedit ex pleno consensu.

The Pope sets up his will against Christ's law.

Ex quo videtur, cum omnis lex humana sit contenciosa vel uno modo vel alio pro debito exigendo quod 20 Christus prohibet hic tacite omnem legem exerceri. Cum enim lex Dei per se plus sufficit, videtur temerarium intendere legi tam frivole dimissa lege inculpabili, et licet multi viantes sint in isto delicto, papa tamen specialiter qui dimissa lege Domini legem suam 25 pure exequitur vel dampnabilius propriam voluntatem.

In his foundation and support of the orders he shews himself a heresiarch.

Et videtur ex dicto huius sancti et fide evangelii quod papa iudicans secundum | legem suam ut sic 395b incurrit ypocrisim et per consequens non debet taliter iudicare. Nam primo debet trabem huius peccati 30 secundum iudicium legis humane a se exuere et postmodum purgatus ab hoc crimine posset secundum legem Dei inculpate procedere. Et ex hoc patet particularius quod papa dispensans cum religiosis quod possent unum ordinem dimittere et alium forsitan 35 peiorem accipere, incurrit hanc dampnacionem huius evangelii, quia eiceret primo trabem magnam de suo oculo, cum sit heresiarcha fundans et auctorizans tales

7. A in marg.: *Johannes.* 11. A in marg.: *Quod quodlibet iudicium contenciosum est iudicium temerarium.* 17. A: *papale.* 19 A in marg.: *1.* 19, 20. A: *contenciosa uno modo vel.* 33. A in marg.: *3.* 35. A: *ordinem suum.*

Digitized by Google

novos ordines contra Christum. Deberet ergo primo a se ipso incipere et a suo oculo evellere talem trabem sed extollencia mundana atque cupiditas faciunt trabem; in oculo proprio inexpugnabilem et sic ipsum insolu-
5 biliter Antichristum. Et iuxta sentenciam huius sancti mirum foret quod Deus cooperaretur cum tali in dispensacionibus frivolis quas intendit; nam si dispensacio sit racionabilis, non oportet iudicium vel consilium suum expetere, cum Deus eo ipso dispensat atque
10 licenciat ut homo irracionabilem partem dimittat et alteram partem accipiat. Papa ergo non dispensat cum simonia vel voto temerario, cum ipse sit capitalis simoniacus et vovens temerarie servare statum summe dampnabilem hic in vita, ideo (ut dicit Crisostomus)
15 non sic dispensat propter caritatem sed propter ypocrisim sue extollencie vel lucrum temporalium adquirendum. Nam caritas ordinata primo inciperet a se ipsa. Et sic primo dimitteret statum istum tam excelsum et ypocriticum et se ipsum instar Petri ac
20 ceterorum fidelium humiliaret et Christo in exemplato ministerio humiliter deserviret sed *si superbia eorum qui te oderunt ascendit semper et inimici domini mox ut honorificati fuerint et exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient*, credibile est quod ille status
25 in propinquo fumaliter evanescet. Deficit autem audax doctor sentencia publicans ypocrisim istam ecclesie, ne seductus populus pedibus talis ypocrite appropinquet. Si enim peticio sua sit racionabilis, Deus domi, immo infra conscienciam, hanc concedit. Si autem peticio sit
30 irracionabilis, foret summa demencia credere quod talis refuga hanc concedit.

Vanity of his dispensations,

which are given for pride or gain.

If petitions are reasonable, God will grant them; if not, the pope cannot grant them.

Objectus tamen est communiter ventilatus quod Deus potest eciam per diabolum vel quemcunque malum ministrum virtualiter operari. Quid ergo obest quin
35 talis ypocrita possit absolvere et multa privilegia concedere, dum tamen concessioni divine fuerit conformatus? et si quis crederet alicui superstiti, potissime crederet sibi et suis cardinalibus in hiis que dicit se ipsum accipere a summi pontificis voluntate.

Objection: A wicked minister may declare God's will rightly.

7. A in marg.: *De dispensacione.* 13. A: *et vonens.* 25. B: *finaliter;* ib. B: *evanesset.* 27. A: *appropinquent.* 28. *domi;* B: *denu.* 30. A: *irracionabilia.* 32. A in marg.: *Obieccio.* 33. A: *quantumcunque malum.*

21. Ps. LXXIII, 23. 22. Ps. XXXVI, 20.

Digitized by Google

Answer: Not a pope's bulls, but a good conscience must justify us in the last judgment.

Tales sunt multi obiectus de pape operibus iustificandis qui apud fidelem sciolum non forent digni memoria. Ideo cum secundum fidem evangelii *generacio adultera signa querit*, fidelis non crederet bullis talibus scriptis signis ypocriticis vel sigillis sed cognosceret quod in sinceritate consciencie purgabitur in die iudicii, non per bullas. Unde (ut quidam innuunt) bulle tales non valent si non dampnabiliter ad hec duo scilicet ad subversionem evangelii et ad extollenciam Antichristi. Ad subversionem quidem evangelii, quia Christus mandat tam divinitus quam humanitus quod fidelis credat vivis fratris sui operibus iuxta illud Johannis X, 38: *Operibus credite*. Antichristus innuit quod dimissis operibus fidelis pastoris laicus debet ad bullas tales per se intendere, cum ille bulle per se sufficiunt et opera quantumcunque evangelica non proficiunt sine bullis, sed quomodo cassaretur testificacio operis quam Christus ordinavit divinitus et mandacio istius verbi evangelici quod precepit humanitus si non per talem extollenciam Antichristi. Sed quomodocunque Antichristus locutus fuerit, opera evangelica valent ad regnum celorum adquirendum et nude bulle mortue cum frigidis imaginibus Petri et Pauli valent communiter ad penam tartari perpetuam acquirendam; ideo habent fideles hanc consuetudinem quod, visa vita clerici expresse contraria legi Christi vel deficiente vita eciam cardinalium quos papa instituit pecunie collectores, audacter exponunt bullas tales igni tamquam hereticas contra fidem. Et licet papa precipiat communiter in hiis bullis quod *nulli hominum liceat paginam istam infringere sed eo ipso quod hoc presumpserit incurrat excommunicacionem Dei et apostolorum Petri et Pauli*, tales combustores non curant hec verba pompatica atque falsa, quia sciunt quod hic refuga non est ille qui *dixit et facta sunt, mandavit et creata sunt*, sed mendax sibi contrarius, cum quantum in ipso est falsificare evangelium Christi nititur et applaudit preconizantibus evangelium istud esse falsissimum; ideo videtur multis quod pecunia et propria extollencia faciunt quod sic magnificat istas bullas, immo verisimile est quod omnes sancti in celo

These bulls with their images of Peter and Paul should be thrown into the fire.

1. A in marg.: *Responsio.* 5. A in marg.: *De bullis.* 14. A: *per se* deest. 22. A: *frigidibus.*

3. Matth. XII, 39. 34. Psalm. CXLVIII, 15.

Digitized by Google

non excommunicarent fideles propter hoc quod com-
395° burunt | vel infringunt munimenta talium trutannorum.
Immo videtur quod est contra eternum iudicium sancti
sanctorum quod talis inhabilis tali populo taliter pre-
5 feratur, cum dicit expresse Matthei V quod si *sal evanuerit ad nihil valet ultra nisi mittatur foras et conculcetur ab hominibus.* Et multo minus valent tales bulle heretice quas discolus talis apportat de illo nido ad populum spoliandum; immo cum sit presumptum
10 peccatum clericos sic preficere propter pecuniam, quando nescitur si ad hoc sint habiles vel si illud sit Deo beneplacitum et papa communiter in preficiendo tales prelatos est in isto capitulo, videtur quod graviter ut sic peccat, verumptamen hoc peccatum verificat illud dictum
15 Apostoli Thess. II, 4 quod Antichristus *extollitur super omne quod dicitur Deus.* Christus enim quod est *omne quod dicitur Deus* non potest quicquam facere nisi quod patrem viderit facientem, ut ipsemet confitetur Joh. V. Sed papa audet multa concedere et tamquam
20 leges instituere que Christus non videt nec membra Christi fideliter credunt hunc dominum facientem. Quomodo ergo non extollitur hic refuga tam in scriptis quam opere super Christum. Nam Christus numquam audebat scribere talem paginam, sicut nec sui apostoli,
25 immo nec Judas Simonis Scariothis. Nec Deus vult talem quem prefert propter pecuniam in pastorali officio confirmare. Multa sunt dicta istius sancti doctoris Greci que testantur cum racione patule contra istam ypocritam Antichristum.

The pope is Antichrist setting himself up above God.

30

CAP. XXXVIII.

Sequitur in textu evangelii: *Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et canes conversi disrumpant vos.* Super quo Augustinus: *Quia et Dominus quamvis*
35 *nihil mentitus est, vera tamen aliqua occultare se ostendit, dicens: Adhuc habeo multa vobis dicere, sed adhuc non potestis ea portare. Et apostolus ait Paulus: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus,*

Augustine: Christ sometimes kept back truth.

19. B: *tamquam eciam.* 24. B: *paginem.* 31. A in marg.: *37.* 36. A in marg.: *Augustinus.*

5. Matth. V, 13. 31. Matth. VII, 6. 35. De sermone Domini in monte, l. c. p. 227. 36. Joh. XVI, 12. 37. I. Cor. III, 1.

Digitized by Google

tamquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, neque enim poteratis, sed neque nunc potestis; adhuc enim estis carnales.

How pearls are like spiritual gifts of great value.

In hoc autem precepto quo prohibemur sanctum dare canibus et mittere ante porcos margaritas nostras diligenter querendum est quid sit sanctum, quid margarite, quid canes, quid porci. Sanctum est quod violare atque corrumpere nefas est; cuius utique sceleris conatus et voluntas tenetur rea, quamvis illud sanctum natura inviolabile atque incorruptibile maneat. Margarite autem, quecumque spiritualia magna estimanda sunt, quia in abdito latent, tamquam de profundo eruuntur et allegoriarum in tegumentis quasi apertis conchis inveniuntur. Intelligi licet itaque quod una eademque res et sanctum et margarita dici posset, sed sanctum ex eo quod non debet corrumpi, margaritam ex eo quod non debet contempni. Conatur autem quisque corrumpere quod non vult esse integrum: contempnit vero quod vile dicit et quasi infra se esse existimat et ideo calcari dicitur quidquid contempnitur.

Dogs are they that declaim against truth, pigs they that scorn it.

Quapropter canes quoniam insiliunt ad dilacerandum, quod autem lacerant integrum esse non sinunt: Nolite inquit, *sanctum dare canibus, quia etsi dilacerari et corrumpi non potest et manet integrum atque inviolabile: illi tamen quid velint cogitandum est, quod alacriter atque inimicissime resistunt et quantum in ipsis est, si fieri posset, conantur perimere veritatem. Porci vero quamvis non ita ut canes morsu appetant, passim tamen calcando coinquinant. Ne igitur miseritis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi disrumpant vos. Canes igitur pro oppugnatoribus veritatis, porcos autem pro contemptoribus positos non incongruenter existimo.*

Quod autem ait: conversi disrumpant vos, non ait ipsas margaritas disrumpant. Illas enim conculcando, eciam cum convertuntur, ut adhuc aliquid audiant, dirumpunt tamen eum a quo iam missas margaritas conculcaverunt. Non enim facile inveneris quid ei gratum esse possit, qui margaritas calcaverit, id est, cum magno

1. A: *parvulus;* ib. B: *lac* deest. 6. B in marg.: *Sanctum.* 9, 10. B: *natura que inviolabile et.* 10. A in marg.: *Margarite.* 15. B: *posse.* 16. A: *in margaritam.* 21. A in marg: *Canes.* 22. A: *sinant.* 27. A: *possit;* A in marg.: *Porci.* 30. B: *contraversi.* 32. A: *autem* deest. 34. Codd.: *ait* deest. Addidi.

Digitized by Google

labore divina inventa contempserit. Qui autem tales docet, quomodo non disrumpantur, indignando et stomachando, non video. Utrumque autem animal immundum est, et canis et porcus. Cavendum est ergo, ne quid aperiatur
5 *ei qui non capit; melius enim querit quod clausum est, quam id quod apertum est aut infamat aut negligit. Neque enim alia causa reperitur, cur ea que manifesta et magna sunt, non accipiant preter odium et contemptum, quorum propter unum canes, propter alterum porci sunt*
10 *nominati. Que tamen omnis inmundicia rerum temporalium delectacione concipitur, id est, delectacione seductrice huius seculi, cui iubemur renunciare, ut mundi possimus esse. Qui igitur simplex et mundum cor habere appetit, non debet sibi reus videri, si aliquid occultat quod ille*
15 *cui occultat capere non potest. Nec ex eo arbitrandum est licere mentiri: Non enim est consequens, ut cum verum occultatur, falsum dicatur. Agendum ergo est primum, ut impedimenta detrahantur, quibus efficitur ut non capiat: quia utique si propter sordes quibus involvitur non capit |*
395d *mundandus est vel opere vel verbo, quantum fieri a nobis potest.*

Christ did not deprive true hearers because others were present.

Quod autem Dominus et magister noster quedam dixisse invenitur, que multi qui aderant vel resistendo vel contempnendo non acceperunt, non putandus est sanctum dare canibus aut margaritas misisse ante porcos:
25 *Non enim eis dedit qui capere non poterant, sed eis qui poterant et simul aderant; quos propter aliorum inmundiciam negligi non oportebat. Et cum eum temptatores interrogabant, solebat eis respondere, ita ut quid contradicerent non haberent, quamvis venenis suis contabescerent*
30 *pocius, quam cibo illius saturarentur: alii tamen qui poterant capere ex illorum occasione multa utiliter capiebant vel audiebant. Hoc dixi, ne quis forte, cum interroganti respondere non potuerit, hac sentencia sibi excusatus videatur, si dicat se nolle sanctum dare*
35 *canibus, vel aute porcos mittere margaritas. Qui enim novit quid respondeat, debet respondere, vel propter alios quibus desperacio suboriretur, si questionem propositam solvi non posse crediderunt. Et hoc de rebus utilibus et ad instruccionem salutis pertinentibus. Multa sunt enim*
40 *que inquiri ab ociosis possunt supervacua et inania et*

7. A in marg.: *Nota.* 8 A: *accipiantur.* 17. A: *sibi primo.* 21. A: *et magister* deest. 26. A: *quo.* 27. A: *cum eo* 28. A: *quod* deest. 32. A: *capiebant vel* deest. 33. B: *hec sentencia;* ib. B: *sibi* deest. 35. A in marg.: *Nota.* 40. A: *inquiri de occisis.*

Digitized by Google

plerumque noxia, de quibus tamen nonnichil dicendum est: sed hoc ipsum aperiendum et explicandum, ut inquiri talia non oporteat. De rebus vero utilibus aliquando ad id respondendum est quod interrogamur: sicut Dominus fecit, cum eum Sadducei de muliere interrogassent, que septem viros habuit, cuius eorum in resurreccione futura esset. Respondit eis quod in resurreccione illi neque nubent neque uxores ducent sed erunt sicut angeli in celis, ubi lux et pax et gaudium, eternitas, securitas, beata felicitas. Aliquando autem ille qui interrogat, interrogandus est aliud, quod tamen si dixerit, ipse sibi ad id quod interrogavit, respondeat. Si autem dicere noluerit, non videtur eis qui adsunt iniustum, si et ipse quod interrogavit non audiat. Nam et illi qui interrogaverunt, temptantes utrum reddendum esset tributum, interrogati sunt aliud, id est, cuius haberet nummus imaginem, qui ab ipsis prolatus est: et quia dixerunt quod interrogati erant, id est, Cesaris imaginem habere nummum, ipsi quoque sibi ipsi quodammodo responderunt id quod Dominum interrogaverant; itaque ille ex eorum responsione ita conclusit dicens: Reddite ergo Cesari quod eius est et Deo quod eius est. Cum autem princeps sacerdotum et seniores populi interrogassent, in qua potestate illa faceret, interrogavit eos de baptismate Johannis; et cum nollent dicere, quod contra se dici videbant, de Johanne autem nihil mali dicere auderent propter circumstantes: Nec ego, vobis dicam, inquit, in qua potestate hec facio, quod iustissimum apparuit circumstantibus. Hoc enim se nescire dixerunt, quod non nesciebant, sed dicere nolebant. Et revera iustum erat, ut qui sibi volebant responderi quod interrogaverant, prius ipsi facerent quod erga se fieri postulabant. Quod si fecissent, ipsi sibi utique respondissent. Ipsi enim miserant ad Johannem querentes quis esset, vel pocius ipsi missi erant sacerdotes et Levite, putantes quod ipse esset Christus, cum ille negavit se esse et Domino testimonium perhibuit, de quo testimonio si confiteri vellent, ipsi se docerent in qua potestate illa faceret Christus: quod quasi nescientes interrogaverant, ut calumpniandi aditum reperirent.

Christ's dealing with questioners.

2. Recte: *cur inquiri.* 4. A: *interrogam* 7. A: *illi* deest. 14. A: *audeat.* 19. A: *ipsi* omitted. 20. A: *illi.* 36. B: *et dicere.*

5. Matth. XXII, 23. Mar. XII. 19. Luc. XX, 28. 14. Matth. XXII, 16. 21. ib. 21. 23. Matth XXI, 23. 27. ib. 27. 33. Joh. I, 19.

Digitized by Google

Cum igitur preceptum esset, ne sanctum canibus detur et margarite ante porcos mittantur, potuit auditor occurrere et discere conscius ignorancie atque infirmitatis sue et audiens precipi sibi ne daret, quod seipsum nondum accepisse senciebat. Potuit ergo occurrere ac dicere: Quod sanctum me dare canibus et quas margaritas me mittere ante porcos vetas, cum adhuc ea me habere non videam? oportunissime subiecit: Petite et accipietis etc. Hec Augustinus.

CAP. XXXIX.

We may withhold truth, but may not lie.

Videtur istum sanctum non tam diffuse declarare hoc verbum evangelii sine causa. Inculcat enim multas notabiles veritates, primo quod Deus exemplavit fidelibus prudenter veritates abscondere, sed numquam exemplavit hominibus propositum menciendi. Et patet quod blasphemi sunt illi heretici qui dicunt quod Christus sepe in evangelio est mentitus vel (quod in idem sonat) quod verbum Domini est communiter nimis falsum; cuius evidencia stat in isto: Ipsi male et false intelligunt verbum Christi, oportet concedere esse falsum, ac si sic arguerent: Ipsi false intelligunt solem, astra vel eciam deitatem; ergo illa faciunt esse falsa propter tales canes vel porcos in moribus.

We should avoid preaching to the contentious who wrest God's word from its true sense,

Dat Christus secundo doctrinam evangelicam, cum sic dicit: *Nolite sanctum dare canibus* etc., ubi secundo notandum est quod duo genera peccatorum cavenda sunt, ne illis imprudenter veritas evangelica predicetur. Nam veritas evangelica est sanctum incorruptibile propter canes et margarita tamquam medicina cordialis consolativa fidelium contra porcos. Quidam enim sunt qui audiunt verbum evangelicum sed ad capcionem verbi et eius laceracionem rixantur ut canes nec eius sentenciam plus attendunt. Et in isto casu sunt Fratres et multi alii qui circa textum scripture diffuse et inutiliter alter-
396* cantur, nitentes integritatem sensus Christi dirumpere et suum sensum sepe hereticum sive inutilem dentibus caninis imprimere, sicut multi sunt | voluptuosi viventes bestialiter tanquam porci, qui non sapiunt subtilitatem

1. Codd.: *daretur.* 3. Codd.: *dicere.* 7. B: *mea me.* 10. A in marg.: *Johannes;* B in marg.: *38.* 13. A in marg.: *1.* 24. A in marg.: *2.* 26. A: *quod* twice. 28. A: *et sanctum;* B correxit.

Digitized by Google

or to those who live as mere sensualists.

veritatis evangelice que confortaret cor suum ad Dominum sed propter ineptitudinem sui ingenii et involucionem in crimine parvipendunt. Priores sunt salivantes ut canes rabidi et multos communicantes cum eis mordent; ideo sunt specialiter fugiendi et breviter tota proprietas canum huiusmodi est talibus applicanda, sicut tota proprietas porcorum qui quantumcunque preciosum cibarium pedibus lacerant et evertunt est secundis indispositis applicanda.

But we must not refrain from preaching because such are among our audience.

Tercia nota ex verbis Augustini est ista quod non propter tales canes et porcos commixtos cum auditorio bono sunt sancte margarite evangelice simpliciter reticende, cum Christus habuit auditorium ex talibus sic commixtum et tamen seminavit auditorio tales evangelicas margaritas, ut patet Joh. VI, 53, quando dixit: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Sed (ut Augustinus asserit) Christus non predicavit talibus canibus sive porcis sed capaci auditorio, ut ecclesia per hoc postmodum spiritualiter edificetur et inhabiles racionabilius condempnentur. Et patet quod in predicantibus requiritur regula divine prudencie, ut quantitas, qualitas, diuturnitas et cetere circumstancie verbi evangelici auditorio coaptentur, quia (ut fidem capimus) Christus nunquam predicavit, opposuit, respondit vel tacuit, nisi quando notabiles et sancte circumstancie concurrebant, ut Augustinus explicat de quibusdam.

We should enquire of prelates and friars what is the catholic faith.

Et ex illo exemplo triplici Augustini capiunt quidam fideles modum querendi fidem catholicam a suis episcopis, a fratribus et prelatis, quando ab eis querunt, ut debitum aliquod temporale, asserentes primo quod non minus tenentur episcopi dicere illis racionem verbi fidei quam illi tenentur reddere suis episcopis debitum temporale; et communiter dicunt fratribus quod dicant eis sub sigillo suo generali fidem suam de quiditate hostie consecrate, quia in isto sunt suspecti de heresi. Et tales peccantes tripliciter secundum sensum evangelii debent renui tamquam ethnici et publicani, cum secundum doctrinam Christi in Johanne *Ave non debeat eis dici;* et Apostolus mandat Tit. ultimo: *Hereticum hominem*

9. B: *amplicanda.* 1. A in marg.: *3.* 23. B: *adiutorio.* 30, 31. A: *vel debitum.* 32. A: *racione.* 30. A: *debeant;* B: *debeatur.*

39. II. Joh. 10. 40. Tit. III, 10.

Digitized by Google

post primam et secundam correpcionem devita; et per tales confessiones si Deus voluerit discetur ab insciis fides catholica et erit generalius populo predicata, quia quibusdam videtur quod heresis de hostia consecrata est abhominacio desolacionis, de qua Christus loquitur Matthei XXIV et Daniel XI prophetavit.

Transubstantiation is the abomination of desolation.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Cum supra dedisset Dominus mandatum omnibus, precipue autem doctoribus, ut diligerent inimicos suos et benefacerent eis, item paulo ante ut ne iudicarent eos qui peccant in eis, considerans quoniam qui persequuntur sacerdotes aut iniuriantur eis aut ledunt plerumque aut infideles sunt, quales sunt gentiles aut heretici, aut (si christiani sunt) sordidi sunt et insensati, qui nec considerant nec intelligunt sacerdotes Christi vicarios esse Christi, et quoniam qui honorat sacerdotem Christi honorat Christum, et qui iniuriat sacerdotem Christi iniuriat et Christum. Ne forte consequenter cogitantes intra se sacerdotes dicant, si iubemur diligere inimicos nostros et benefacere eis: si iubemur nec iudicare eos peccatores qui peccant in nos, sine dubio sicut debemus diligere eos et benefacere eis: sic non debemus iudicare eos peccatores, ut non solum nostrum sed eciam que propria Dei sunt eis communicemus, ut sit plena nostra misericordia sicut et Dei; ideo talem estimacionem eorum provido sermone compescuit, dicens: Nolite sanctum dare canibus et margaritas vestras nolite mittere ante porcos. Ac si dicat: Mandavi vobis diligere inimicos vestros et non iudicare eos, ut vos exhibeam misericordes ad illos, ut benefaciatis eis de corporalibus vestris bonis, non de meis spiritualibus passim, quoniam in natura vobis communes sunt et in fide mandavi vobis ut non iudicetis eos, qui in vobis peccaverunt, non ut ministeriorum meorum secreta pandatis eis, qui nolentes me scire blasphemant et spernunt me. Videte patrem vestrum Deum ad cuius exemplum volui vos esse misericordes. Carnalia beneficia dignis et non dignis similiter prestat. Numquid graciam spiritualem? Nec enim dixi vobis de illo quia Spiritum Sanctum iubet descendere super gratos et super ingratos et dat bene-*

Chrysostom: Christ while bidding us do good to our enemies warns us against lavishness in spiritual things.

1. A: *deinpta* before *et per*. 10, 11. B: *in ipsis*. 15, 16. A: *qui honorant*. 17. A: *iniuriatur et Christum*. 25. A: *non talem*. 32, 33. A: *iudicetis — secreta* deest. 33, 34. A: *impandatis*.

7. Op. Imp., l. c. p. 821.

Digitized by Google

dicciones suas super iustos et iniustos, propter quod in vestris quidem estote simplices et benigni, in meis autem prudentes et cauti.

Si tu vestiarium et studiosum, clavicularium cellarii tui fidelem tibi requiris, quanto magis Deus talem dispensatorem requirit graciarum suarum, qui bene tractando gracias eius faciat eas graciores, non male eciam dispensando reddat ingratas. Si enim canibus dederis sanctum aut porcis margaritis, nec sanctum canes sanctificat, nec margarite nutriunt porcos, sed econtra canes inquinant sanctum et porci margaritas sordidant vel confringunt. Ita si hominibus caninos vel porcinos mores habentibus sanctum dederis aut misteria secreta credideris: nec sanctum illos sanctificat nec misteria veritatis eos illuminant, sed econtra ipsi sanctum coinquinant et misteria veritatis blasphemant. Canis et porcus ambo quidem immunda animalia sunt, sed canis ex omni parte immundus est. Nam nec ruminat nec ungulam habet fissam; porcus autem ex parte | immundus est, 396b *nam quoniam ungulam habet fissam, mundus est; quoniam autem non ruminat, immundus habetur. Propter quod puto canes intelligendos gentiles vel hereticos omnino immundos. Nam et si propter actus suos malos immundi sunt et propter perfidiam suam vel idolatriam amplius sunt immundi.*

Dogs and swine get no good from what is wasted on them.

Porcos autem christianos carnalibus et immundis voluptatibus deditos qui propter fidem suam quidem mundi sunt, propter actus autem suos sordidos habentur inmundi. Hec Crisostomus.

CAP. XL.

Properties of dogs and swine.

Prosequitur autem iste sanctus secundum sensum evangelii in hec verba: *Aut canes quidem gentiles, porcos autem hereticos, propter aliquid eorum modicum mundum, vel quia nomen Domini invocare videntur, sed ex moribus eorum intelligis qui sunt canes vel qui sunt porci. Canis naturale est improbum esse, numquam vocem alteram emittere propter aliquam causam, sicut cetera animalia*

4. A: *instudiosum; et* deest; ib. A: *cellarium.* 13. A: *eos secrete.* 15. A: *illuminat.* 16. A: *blasphemat.* 23 B: *si* deest. 30. B: Numerus capituli deest. 33. B: *mundum* deest. 34. D: *nomen Dei;* ib. A: *sex ex.* 36, 37. A: *nunquam vocem mittere.*

Digitized by Google

nisi ad abigendos supervenientes. Interdum autem et de superfluo in aerem latrat. Tales sunt omnes gentiles vel heretici inaprobabiles latrantes plerumque adversus servos Dei, aliquando adversus Deum blasphemiis, ululantes aperte et nunquam os suum aperientes ad bonum sed semper ad malum.

Item, porci proprium est in ceno se volutare, nunquam celum aspicere nec querere dominum suum nisi cum esurierit. Tales eciam sunt christiani qui in carnalibus inmundiciis delectantur nec aspiciunt aliquando celos nec querunt Dominum suum nisi cum necessitas eis advenerit. Et illi quidem evomunt malum qui bene iudicant de malo, revertuntur autem ad vomitum malum, sicut canes quoniam nichilominus agunt malum. Et isti emittunt et proiciunt stercora peccatorum suorum, quando penitent: revertuntur autem ad stercora sicut porci, quando omissam repetunt vitam.

What is holy? 1. The sacraments,

Nunc videamus que sunt sancta et que margarite. Non enim distinxit quid sit sanctum dare et quid non dare, cum sit inter sanctum et sanctum differencia sanctitatis; sed generaliter omne quod sanctum est vetuit dare. Ergo sanctum est baptismum et propterea non est dandum nisi iam habentibus fidem. Sancta est gracia corporis Christi; propterea illis solis danda est qui iam per baptismum sancti sunt filii Dei et per imposicionem manus. Benedictus panis dictus est, propterea illis porrigendus est, qui capaces facti sunt benediccionis per fidem.

2. the mysteries of the truth.

Item, misteria veritatis margarite sunt, quia sicut margarite incluse cocleis posite sunt in profundum maris, sic et misteria et divina in verbis inclusa posita sunt in altitudinem sensuum scripturarum sanctarum. Et sicut non omnis homo potest se mergere et de profundis tollere margaritas, nisi artifex qui habeat usum illius rei, sic non omnis homo potest descendere in altitudinem sensuum et illic invenire misteriorum absconditas margaritas nisi vir spiritualis qui habet exercitacionem spiritualium narracionum Dei. Propterea margarite non sunt dande nisi desiderantibus veritatem et cum racione humana viventibus. Si ergo talibus porcis secretorum misteriorum miseris margaritas cenose vite delectacione mente gravati

11. A: *eius.* 12. A: *males malum.* 12—13. A: *qui — malum* deest.
15. A: *suorum* deest. 19. A: *et* deest. 20. A: *et sanctum* deest.
32. B: *homo* deest. 35. B: *illic* deest; ib. A: *ministeriorum nam.*

Digitized by Google

non intelligunt preciositatem earum, sed estimantes eas similes esse ceteris fabulis mundialibus, similiter et carnalibus actibus conculcant et postmodum conversi per inobedienciam eciam rumpunt prebitores earum; frequenter autem et scandalizati in eis calumniantur expositores earum, quasi dogmatum novorum seminatores. Et si talibus canibus qualibus diximus dederis sancta, suscipiunt quasi canes sine discrecione et sub sordidis actibus suis conculcant ea et pro nihilo estimantes que acceperunt, conversi disputacionibus suis quasi latratibus irracionabilibus rumpunt veritatis predicatorem.

Et puto non sine racionabili differencia sanctum quidem canibus vetuit dare solis, margaritas autem precipit non dare porcis. Et de margaritis quidem possumus dicere, quia si porcis mitti vetantur minus inmundis, quanto magis canibus plus inmundis? Quid est enim? Si plus inmundis dare non convenit, minus autem inmundis oportet, idcirco neque vetitum intelligimus neque mandatum, forte quia frequenter et manum imponimus et benediccionem damus eciam porcorum more viventibus christianis, non quia illi merentur accipere sed nos ex nobis contra iusticiam dare usurpamus, ne forte plenius scandalizati desperent; ideo iussum non est, quod iniustum est: vetitum autem non est, quia infirmitati fuerat ignoscendum.

Difference between sanctification and being sanctified.

Sed quia de sanctis cepimus dicere, non est tacendum quoniam aliud est sanctificacio, aliud est sanctificatum. Sanctificacio enim est quod alterum sanctificat, sanctificatum autem alterum sanctificare non potest, quamvis ipsum sit sanctum, ut puta signas panem tuum quem manducas, sicut ait Apostolus: Sanctificatur enim per verbum Dei et oracionem: sanctificasti eum, non fecisti sanctificacionem. Quod autem sacerdos sanctificatum de manu sua dat non solum sanctificatum est sed eciam sanctificacio est, quoniam non solum hoc datur quod videtur sed illud quod intelligitur.

De sanctificato ergo pane licet et animalibus iactare et infidelibus dare, quia | non sanctificat accipientem. Si 396a
autem tale esset quod de manu sacerdotis accipitur, quale est quod de mensa manducatur, omnes de mensa

3. B: *actubus.* 20. A: *et porcorum.* 22. A: *usurparemus.* 32. A: *sanctificatum* deest. 33. A: *sed et.* 37. A: *non* deest.

30. I Tim. IV, 5.

Digitized by Google

manducarent, et nemo de manu sacerdotis acciperet. Unde et Dominus non solum in via benedixit panem sed de manu sua dedit Cleophe et socio eius. Et Paulus navigans non solum benedixit panem sed de manu sua porrexit Luce ceterisque discipulis suis; quod autem de manu sua porrigitur nec animalibus dandum est nec infidelibus porrigendum est, quia non solum sanctificatum sed eciam sanctificacio est et sanctificat accipientem. Hec Crisostomus.

Augustine and Chrysostom agree.

Videtur istum sanctum concorditer cum Augustino esse quandam fistulam, Spiritus Sancti sentenciam licet in lingua dispari conformiter sencientem. Ideo non intelligo quod ipse velit cuncta bona temporalia fidelibus et istis canibus generaliter esse communia sed quod in necessitate ultima assistente evidencia quod volunt esse christiani fideles debent eis temporalia impertiri; et ad hoc vadit exemplum Christi de pluvia, de solis illustracione et ceteris evidenciis sane captis; non debet autem fidelis cum sophista de fide contendere sed tamquam fidelis pincerna fideliter poculum quibus expedit ministrare. Et sic dicit Augustinus cum aliis doctoribus multas sentencias de canibus atque porcis, ut cani ex stulticia sua est proprium latrare contra rotas molendini et contra lunam. Sic quidam sunt contenciosi et garruli qui latrant contra veritatem necessariam scripture, et tamen oportet quod ipsa in cursu et ordinacione Dei immobili habeat motum suum; ideo talis latratus est superfluus a fidelibus deridendus.

Adults should be instructed before baptism.

Secundo patet ex dictis huius sancti quod adultis habentibus discrecionem laxatam, id est, in actu, non est baptizacio ministranda, nisi prius catecismo in fide ecclesie sint instructi; et eodem modo dicitur de ministracione eukaristie, quam videtur istum doctorem vocare panem benedictum.

Double meaning of 'consecrated'.

Ulterius videtur istum sanctum in fine dicere quod sanctificatum potest dupliciter supponere. Scilicet concretive pro sanctificata, sicut est panis qui in furno pinsitur, et illud secundum esse suum materiale nihil sanctificat vel potest supponere simpliciter et ita

10. A in marg.: *Johannes. 1.* 21. A: *ministracio.* 29. A in marg.: 2. 36, 37. A: *consecrative et pro.*

3. Lucae XIV; ib. Act. XXVII.

Digitized by Google

secundum esse suum spirituale, hoc est, secundum racionem qua a Deo sanctificatur aliquid devote ipsum accipiens sanctificat. Et ita concedi debet quod unus panem comedens qui est realiter corpus Christi non comedit corpus Christi, licet comedat illud quod de facto est corpus Christi, quia non comedit illud secundum racionem qua est corpus Christi, quia istud fideli est proprium et bestiis que a fide deficiunt non potest competere.

Si autem papa vel curia cardinalium istud negaverint, non est credendum illis in isto nec in aliquo alio, nisi de quanto in fide scripture se fundaverint vel eciam racione. Patet autem iste modus loquendi de intellectu terminorum concretorum in sensu composito vel diviso ex modo loquendi Aristotelis et aliorum doctorum Grecorum, quorum modum loquendi hunc doctorem Grecum in proposito supponitur acceptasse, cum Anselmum in libello suo de Grammatica in ista equivocacione creditur laborasse.

CAP. XLI.

We ask for strength to do right, we seek to know what is right, we knock to obtain possession.

Prosequitur in textu evangelii: *Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, et qui querit invenit et pulsanti aperietur.* Super quo Augustinus: *Peticio pertinet ad impetrandum sanitatem firmitatemque animi, ut ea que precipiuntur implere possimus: inquisicio autem ad inveniendam veritatem. Cum enim beata illa vita accione, cognicione et dileccione compleatur, accio facultatem rerum vel virium, contemplacio rerum manifestacionem desiderat, horum igitur primum petendum est, secundum querendum est, ut illud detur et hoc inveniatur. Sed cognicio in hac vie vita prius quam ipsius possessio est. Sed cum quisque veram viam invenerit, perveniet ad ipsam possessionem, que tamen pulsanti aperietur.*

Ut igitur tria ista; id est, peticio, inquisicio, pulsacio fiant manifesta, sub aliquo exemplo ponamus, aliquem

12. B: *de fide.* 14. A: *decretorum in seosu.* 18. B: *de libello.* 22. B in marg.: *39.* 24. A: *quo* deest; ib. A in marg.: *Augustinus.* 25. A: *animi quia.* 26. A: *inquisicio* twice. 27. B: *ista.* 28. A: *et dileccione:* B: *impleatur.* 35. A: *id est* deest. 36. A in marg.: *1.*

21. Matth. VII, 7, 8 24. De sermone Domini in monte, l. c. p. 229.

Digitized by Google

pedibus infirmis ambulare non posse: prius igitur sanandus et firmandus est ad ambulandum; et ad hoc pertinet quod dixit: Petite.

Quid autem prodest quod ambulare iam vel eciam currere potest, si per devia itinera erraverit? Secundum igitur est ut inveniat viam que ducit eo quo vult pervenire, quam cum tenuerit et peregerit eum ipsum locum, ubi vult habitare, si clausum invenerit neque ambulare potuisse neque ambulasse ac pervenisse profuerit nisi aperiatur: ad hoc pertinet quod dictum est: Pulsate.

Need of perseverance to obtain the promise.

Magnam autem spem dedit ille qui promittendo non decipit, quia verax est. Ait enim: Omnis qui petit accipit et qui querit invenit et pulsanti aperietur. Ergo perseverancia opus est, ut accipiamus quod petimus et inveniamus quod querimus et quod pulsamus ut aperiatur nobis.
396[a] *Quemadmodum enim egit | de volatilibus celi et de liliis agri, ne victum vestitumque ad futurum desperaremus, ut spes a minoribus ad maiora consurgeret, ita et hoc loco: Aut quis est, inquit Christus, ex vobis homo, quem si pecierit filius eius panem, numquid porriget ei lapidem? Aut si piscem pecierit, numquid dabit ei serpentem? Si ergo vos cum mali sitis, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester celestis dabit vobis petentibus se? Quomodo mali dant bona? Si malos appellavit dilectores adhuc huius seculi et peccatores. Bona vero que dant secundum sensum eorum bona dicenda sunt, quia hec pro bonis habent, quamquam et in rerum natura bona ista sunt, sed temporalia et caduca et ad istam vitam infirmam pertinencia; et quisquis ea aliis dat, non de suo dat, Domini enim est terra et plenitudo eius qui fecit celum et terram, mare et omnia que in eis sunt. Quantum igitur sperandum est daturum Deum nobis bona petentibus, nec nos posse decipi, ut accipiamus aliud pro alia, cum ab ipso petimus, quando nos eciam cum simus mali, novimus id dare quod petimur? Non enim decipimus filios nostros et qualiacunque bona damus non de nostro sed de ipsius damus.*

Firmitas autem et valencia quedam ambulandi per sapiencie viam in bonis moribus constituta est qui perdu-

3. B: *iam* deest. 5. A in marg.: 2. 11. A: *autem* deest. 14. A: *ut* deest. 21. A: *piscem* twice. 25. B: *dilecciores*. 28. A: *et caduca* deest. 29. A: *quisque*. 30. A: *dat* deest; ib. A: *enim* deest

19. Matth. VII, 9—11. 30. Ps. XXXI, 1; CXLV, 6.

Digitized by Google

cuntur usque ad mundacionem simplicitatemque cordis, qualem dominus Deus amat. Hec Augustinus.

Like the man who fell among thieves, we cannot go on without help.

Videtur istum sanctum dicere quod tota natura humana sit homo ille qui descendit ab Jerusalem in Jericho et incidit in latrones, qui despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto, et sic nisi ex gracia Samaritani factus est impotens ambulare ad patriam; et ita quilibet christianus necesse habet primo petere graciam sanacionis et virtutem ad celestia gradiendi, ideo signanter premittit Christus: *Petite et accipietis.*

We need instruction as to our way.

Secundo dispositus ad viandum ignorans rectum tramitem necesse habet querere rectam viam; sed cum Christus dicit: *Ego sum via,* Joh. XIV, 6 patet quod quilibet christianus necesse habet in moribus sequi Christum. Ideo signanter secundo dicit: *Querite et invenietis.*

And when we know it, we must knock, by prayer.

Sed tercio dum venerit fidelis per ianuam ad viam hanc rectam ducentem ad patriam, necesse habet pulsare ad ostium per oracionem dominicam et tunc in viacionis termino exaudiri. Ideo dicit Christus tercio: *Pulsate et aperietur vobis.* Et ista sentencia est satis catholica atque plana. Sed verba sequencia videntur aliquibus plus obscura, specialiter cum Luce XI, 5—13 dicit textus: *Quis vestrum habebit amicum et ibit ad illum media nocte et dicet illi: Amice, commoda michi tres panes, quoniam amicus meus venit ad me de via et non habeo quod ponam ante illum; et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse; iam ostium clausum est, et pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere et dare tibi. Et si ille perseveraverit pulsans, dico vobis: Etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus sit, tamen propter improbitatem eius surget et dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis: Petite et dabitur vobis, querite et invenietis, pulsate et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit et qui querit invenit et pulsanti aperietur. Quis ergo ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut si pecierit piscem, numquid pro pisce serpentem dabit? aut si pecierit ovum, numquid porrigit illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali,*

2. B: *non amat.* 3. A in marg.: *Johannes. 1.* 12. A in marg.: 2. 18. A in marg.: 3; ib. B: *ad ianuam per viam.* 26. B: *dicat;* ib. B: *Accomodo michi.* 33. A: *quotus et habet.*

Digitized by Google

nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de celo dabit spiritum bonum petentibus se.

Ubi fideles notant ex libro beati Augustini de concordia tria ad evangelia concordandum, primum oportet intelligere verba evangelica catholice secundum sensum quem Spiritus Sanctus ipsis dedit; et hoc est quasi fundamentum necessarium ad catholice procedendum.

We must take the Gospels in their true meaning.

Secundo notant quod sufficit sensus evangelii, licet evangelia in verbis aliqualiter discordarunt. Sic enim servatur eadem veritas evangelica, licet in linguis disparibus fuerit promulgata.

We must attend to the sense, not dwelling on verbal differences.

Et tercio notant quod Evangeliste non discordant sed sunt consoni, licet unus sensum unum inserat quem alius simpliciter pretermittit, cum discordia requirit coexistenciam extremorum. Sic ergo Johannes narrat theologiam Domini in decem sermonibus quam sic explicare alii pretermittunt. Et sic invenies in quolibet quatuor Evangelistarum ex voluntate Domini sensum unum insertum quem alius pretermittit. Ex quo patet quod omnes hii quatuor sunt necessarii ad fidem evangelicam publicandam; ideo non est repugnancia quod Lucas aliquem sensum inseruit quem Mattheus ex causa tacuit; et sic tenendum est quasi principium fidei quod ista quatuor evangelia non repugnant, quia tunc (ut Antichristus arguit) evangelium foret falsum.

We must bear in mind that the gospels are complementary.

CAP. XLII.

Fideles autem communiter intelligunt textum Luce: Hoc, inquiunt, evangelium docet fideles formam orandi et declarat parabolice per locum a maiori quod nemo potest ab oracionis fructu deficere, nisi ipsemet sit in causa. Prima autem racio parabolica stat in isto: Patet de racione amici quod in necessitate amicus visitans eum media nocte pro accomodandis tribus panibus
397* quibus cibaret amicum reliquum tamquam | hospitem venientem deficiente prandio proprio, primus amicus habens sufficienciam panum vel prandii dabit illi in tanta necessitate specialiter amico medio perseverante

If we lose the fruit of prayer it is our own fault.

4. A in marg.: *1.* 8. A in marg.: *2.* 12. A in marg.: *3.*
22. A: *inserit inseruit.* 28. A in marg.: *Johannes;* B in marg.: *38.*
31. A in marg.: *1. racio.* 32. B: *de necessitate.*

3. S. Augustini De consensu Evang. lib. II, cap. XLVII et seqq.

Digitized by Google

in pulsacione continua. Ergo per locum a maiori sic erit in oracione Deo debite porrigenda.

The first friend is the God-man.

Primus autem amicus mistice est Deus et homo, iuxta illud Joh. XV, 15: *Iam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia quecunque audivi a patre meo nota feci vobis.*

The second the personality of the man.

Amicus autem medius est integra personalitas hominis ex corpore et anima constituta.

The third friend is the mind of man, returning from its wandering after earthly things.

Sed tercius amicus est animus eiusdem hominis a temporalibus rediens quibus afficitur ad corpus proprium querens locum in valle solida, ubi olim fuerat requiescens. Quando enim anima evagatur circa temporalia et querens in eis requiem, non invenit sed laborem, querit persona hominis integra a Deo per quod medium et quibus panibus pasceret spiritum sic vagantem; et media nocte, hoc est, in medio tenebre talis revolucionis anime, quando sol iusticie maxime distat ab homine et refrigescente hominis caritate in tenebra peccatorum abscondita sic redibit. Homo autem integer non habet amicum nisi Deum, cuius auxilium in tali casu postulet, ut pro amico tercio, id est, spiritu evagante cibum habeat recreantem.

Only God can give what this guest needs.

The three loaves are the three theological virtues.

Tres autem panes possunt dici racionabiliter tres virtutes theologice, que spiritualiter pascunt mentem et in personarum trinitate per ordinem sunt fundate. Quamvis autem Christus dicat viantibus quod iam sint in beatitudine, et pueri sui, id est, beati secum in beatitudine conquiescunt, et sic non potest iterato viantes viva voce instruere et humanum genus paciendo redimere; tamen si amicus ille medius perseveraverit, deprecando pro cibo amici tercii venientis, quis dubitat quin amicus primus fidentissimus et graciosissimus surget effectualiter, resuscitando graciam et panes spirituales quotquot habet necessarios ministrabit? Sicut enim panis corporalis est substancia corporei alimenti, sic virtus theologica est substancia anime nutriende; nec est possibile quod racionalis necessitas secundi amici imminear et quod primus amicus Deus in racionali petito deficiat.

3. A in marg.: *Tres amici. a.* 5. A: *facit.* 8. A in marg.: *b.* 10. A in marg.: *c.* 14. A: *et non invenit.* 19. A: *in tenebra* deest. 24. A in marg.: *Tres panes.* 27. A: *iam sit.* 39, 40. B: *Deus irracionalis peticio deficiat.*

Digitized by Google

Et hic dicitur communiter atque catholice quod ad rectitudinem oracionis requiritur quod oretur instanter prudenter et indefectibiliter in nomine Trinitatis, sic quod oracionis instancia correspondeat Deo patri, cui appropriatur originalis eternitas, oracionis prudencia correspondeat verbo Dei, sic videlicet quod a tanto Domino petatur beatitudo a Deo racionabiliter concedenda. Joh. XVI°, 23 scribitur: *Si quid pecieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Indefectibilitas autem non ponens obicem peccando in Spiritum Sanctum correspondeat bonitati; et patet quod non deficiet viatoris peticio nisi forte defectus fuerit in petente vel racione indignitatis petentis vel racione irracionabilitatis petiti vel racione negligencie in petendo. Et istis correspondent hec tria verba: *Petite, querite et pulsate.*

Prayer should be made in the name of the Trinity.

Et patet quomodo oracio debita predestinati est infinitum melior quam oracio presciti, cum Deus qui errare non potest in suo iudicio, acceptat primam ut infinitum melius quam secundam; et hanc credunt pii esse racionem quare Deus voluit predestinacionem et prescienciam esse nobis absconditas hic in via, ut fugiamus mercari cum deprecacionibus sacerdotum. Si enim conducens presbyterum sit predestinatus et ille presbyter curatus vel prelatus sit prescitus, infinitum plus valet meritum et oracio conducentis quam valet meritum aut oracio huiusmodi sacerdotis. Quis ergo prudens tam stolide mercaretur?

We should not buy the prayers of priests.

Secunda pars evangelii addidit fidelibus racionem aliam parabolicam, monens ipsos ut de oracionibus debitis plus confidant, addens triplicem parabolam quomodo filius Dei non porriget lapidem fratri suo, panem pro cibario postulanti; nec dabit serpentem pro pisce nec pro ovo petito pro edulio scorpionem. Sic enim faciens foret filius Belial derisivus. Si igitur filii Dei viantes volunt ex bonitate quodammodo naturali dare fratribus suis petentibus huiusmodi bona data, ergo multo magis fons bonitatis Deus dabit creaturis suis ipsum digne petentibus pociora. Patet consequencia

Encouragement to prayer.

4. A: *instancia* twice; A in marg. inf.: *Quod orandum est instanter prudenter et indefectibiliter in nomine Trinitatis.* 6. A: *quod videlicet quod.* 8. A: *Joh. X.* 12. B: *defectus defuerit.* 16. B in marg.: *Quod oracio debita predestinati est infinitum melior quam oracio presciti.* 18. Codd.: *ad infinitum.* 22. B: *deprecacionibus cum deprecacionibus;* A in marg.: *Nota.* 28. A in marg.: *Secunda racio.*

Digitized by Google

quia bonitas et caritas necessitant ad taliter faciendum. Ubi est ergo minera bonitatis huiusmodi, dabit digne petentibus meliora. Et hec racio quare Christus docet nos petere spiritualia atque magna, quia non decet Deum magnificum dare temporalia, cum communiter forent toxica postulanti, sicut non decet regem copiosum dare quadrantem ad miserum relevandum. Et conformiter Deus dat bona spiritualia suis fidelibus, ut fidem et virtutes alias tamquam panem et scienciam tamquam piscem. Cum enim *sciencia inflat*, non est virtuti theologice moraliter coequata. Ovum autem ad Trinitatis similitudinem signat racionem fidei quam Deus quandoque graciose viatoribus suis donat; et ista secundum racionem variam vocari potest aqua sapiencie; et patet in parte quomodo Deus pascit spiritualiter viatores.

Mystical meaning of bread, fish and egg.

Catholici autem intelligunt per panem, piscem et ovum Trinitatem increatam et per lapidem, serpentem et scorpionem tres maneries peccati vel maligni spiritus contrarias Trinitati, ita quod per panem intelligatur Deus pater vel eius graciosa noticia, quia sicut panis est fundamentum cibacionis hominis, sic patris noticia est origo tocius humane noticie. Lapis autem huic pani oppositus est infidelitas | negans patrem esse in- 397b genitum vel prolificum, vel diabolus excitans peccatores, ut in ista heresi indurentur. Per piscem autem quidam intelligunt secundam personam que est sapiencia Dei patris, quia aqua in qua pisces degunt signat sapienciam in scriptura; et ille serpens huic pisci contrarius est ipse sathanas vel infidelitas ad quam temptat. Ovum autem intelligatur persona tercia que trinitatem per se et incommensurabiliter coequat; et per scorpionem intelligitur Sathan invidus vel sua invidia. Quando ergo fidelis petit influenciam vel graciam alicuius harum trium personarum, petit et operacionem cuiuslibet, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Deus autem non potest pie petenti ista tria mala porrigere. Quod autem quidam per ovum intelligunt Christum verum Deum et hominem, non obviat istis dictis. Sicut, inquiunt, in ovo sunt tres substancie, scilicet testa, albumen et vitellus, sic in Jesu Christo sunt tres substancie, scilicet natura sua corporea tamquam testa, suus impeccabilis

33. A: *fideles*. 41. A: *impietabilis*.

10. I. Cor. VIII, 1.

Digitized by Google

spiritus ut albumen, et natura sua divina que est summe nutritiva hominis ut vitellus; et sic prima persona movet petere, media persona movet querere et tercia persona movet hominem ad pulsandum.

Heresy as to the eucharist.

5 Et potest applicari hereticorum sentencia in hoc dictum. Quando enim fidelis communicandus panem postulat, scilicet eukaristiam que est panis supersubstancialis, ut hic ex fide supponitur, hereticus porrigit sibi (ut false fingit) peius quam lapidem, quia accidens 10 sine subiecto vel unum aliud sibi incognitum sive nihil, et peius in calice quam serpentem vel venenum aliquod assignandum. Sed laus sit Deo, hereticus iste non potest mutare creaturas, sicut verbaliter false fingit; et sicut fratres pascunt populum, qui illis credunt cum tali 15 lapide et tali toxico serpentino quia cum heresi, ut patet de triplici blasphemia fratrum, de preeminencia oracionis specialis supra oracionem dominicam, de fide ecclesie sancte catholice cum ceteris heresibus quibus pascunt simplices, sic quantum ad edulium pascunt 20 eos cum mendaciis, ludicriis et aliis fabulis per artem diaboli machinatis. Et ista est subtilior cautela diaboli introducta, quia per hoc sunt homines qui forent filii Dei tamquam membra diaboli intoxicati et verificatur hoc metricum:

25 *Toxica verborum perdit mentes populorum.*

Fictions of the friars as to the pope.

Fingunt enim tamquam fidem catholicam quod papa suus sit caput universalis ecclesie et ipsi singuli vel saltem sua medietas eius membra, et cum nec sciunt fundare hanc esse fidem ecclesie, cum a probabili sit falsum, 30 nec in ista infidelitate monstruosa ab aliquo est sperandum et forte ex involucione sua in crimine tamquam diabolus nunc desperat ille qui dicitur communiter esse papa: ille ergo frater qui seminat istos nedum lapides sed venena, videtur esse peior quam homines quos alloquitur 35 hic Christus, cum Christus supponit quod nollent fratrem suum in isto temporali cibario defraudare. Sed isti non timent in spirituali cibo anime ducente ad diabolum decipere fratres suos, nec potest Deus fideli in ista iusta peticione deficere, quia, ut Christus arguit 40 Matthei VI, 28, per locum a maiori quod si *Deus non*

1. B: *et albumen.* 5. A in marg.: *Nota de Eucharistia.* 21. A: *ista est* deest. 25. A in marg.: *Versus.* 27. A: *capit caput;* ib. A: *qui singuli.* 35. A: *hic* deest.

Digitized by Google

potest deficere volucribus neque liliis in pastu vel vestibus, multo magis non potest deesse hominibus, quia ut principium fidei per se notum est quod oportet Deum habere maiorem curam de hiis generaliter que sunt naturaliter meliora. Et sic arguit Christus in proposito quod si homo commodat pociora suo filio, per locum a maiori hoc est consonum Deo nostro.

CAP. XLIII.

Chrysostom: The law that Christ imposes on us is such that we cannot fulfil it without His help.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Transitum consequentem de capitulo ad capitulum invenire difficile est, ideo diversa proponimus secundum diversas estimaciones interpretum. Sciens Dominus quoniam, quecunque mandaverat supra, hominibus impossibilia erant, et quantum ad naturam humanam, supra naturam; nam qui se non abstinet a cedibus, quomodo se potest abstinere ab ira? Qui se non abstinet a fornicacione, quomodo se abstineat a concupiscencia? Qui non abstineat a periurio, quomodo se abstineat a iuramento? Qui alios ferire non cessat, quomodo se prebeat feriendum! Qui nec amicum sincere diligit quomodo diligat inimicum? Quid autem sic impossibile est quomodo elemosynas facere vel orare vel ieiunare et nolle hominibus apparere? Quid autem difficilius quam non iudicare et videre peccantem in se, aut nihil sanctum vel secretum dicere aut dare indignis? Necesse est enim, ut et multos sibi faciat inimicos. Quoniam igitur maiora erant mandata quam virtus humana est, transmittit eos ad Deum, cuius gracie nihil est impossibile, dicens: Petite et dabitur vobis, ut quod ex vobis hominibus consumari non potest, per graciam Dei adimpleatur. Omnem creaturam sensibilem Deus armatam et munitam creavit. Alias enim munivit veloci pedum cursu, alias armavit unguibus, alias velocibus pennis, alias dentibus, alias cornibus. Hominem autem solum sic disposuit ut virtus illius sit ipse, scilicet Christus. Et in eo quod infirmiorem eum fecit omnibus, in ipso*

2. B: *ut* deest. 6. B: *homo concedit.* 8. B: Numerus capituli deest. 9. A in marg.: *Crisostomus.* 12. A: *interpretati.* 17, 18. A: *concupiscencia — abstineat* deest. 24. B: *aut in sanctum.* 25. A: *enim* deest. 29. B: *vobis* deest. 33. A: *hominem* twice. 35. B: *Et eo quod.*

9. Op. Imp., l. c. p. 823.

Digitized by Google

forciorem eum voluit esse in se, id est, in Christo. Nam sciens Deus quia cognoscere et colere Deum vita eterna est, ignorare autem eum et contempnere perdicio sempiterna, ideo nec ita infirmum eum creavit, ut omnino
397ᵃ *nichil boni facere possit | neque ut ille quem super omnia et propter quem omnia fecerat omnibus inveniretur esse deterior, nec ita potentem eum creavit, ut sine Dei auxilio ex se ipso facere posset quod vult, ut infirmitatis sue necessitate coactus semper necessarium habeat dominum*
10 *Deum suum. Et vere iustissima res est ut factura necessarium habeat suum factorem. Si enim omnis virtus hominis in Deo est, et tamen contempnit omnium bonorum suorum auctorem, quanto magis negligeret Deum, si potencia eius cesset in ipso? Aut ita: Quoniam ad*
15 *sanctificandam oracionem quedam dederat eis observande bonitatis mandata dicens: Nolite iudicare ut non iudicemini, competenter addidit: Petite et dabitur vobis, tamquam si dicat: Si hanc clemenciam servaveritis ad inimicos quam mandavi vobis, quicquid vultis, petite et dabitur vobis*
20 *et quicquid desideratis invenire, querite et invenietis. Et quidquid clausum vobis videtur, pulsate et aperietur vobis, gracia vos prosequente, petite precibus die ac nocte orantes; quod si misericordiam suam protraxerit Deus ad tempus volens temptare constanciam fidei tue, tu a*
25 *peticionibus tuis non recedas. Sicut enim qui vere esurit, tam diu petit cibum, donec impleat necessitatem corporis sui nec potest cessare: necessitas enim urget eum, quia sine cibo vivere non potest; ita et qui vere desiderat graciam Dei cessare non potest, sciens quia salvus fieri*
30 *non potest sine gracia Dei.*

God's incitement to prayer.

Aut querite interrogantes sacerdotes ceterosque habentes scripturarum spiritualium scienciam, sicut precepit lex, interroga patrem tuum et dicet tibi; seniores tuos et annunciabunt tibi. Querite studio et labore legentes
35 *scripturas legis et prophetarum. Nam Deus ita nos disposuit esse, ut studentes et laborantes circa scripturas non adquiramus salutem sciencie sine gracia Dei, ut ne nobis imputemus quod scimus, nec tamen graciam ad-*

We must seek by enquiring of those who know God's law.

2. A in marg. inf. fol. 397ᵇ: *Quod cognoscere et colere Deum est vita eterna, ignorare itaque Deum et contempnere est perdicio sempiterna.* 10, 11. A: *factorem scilicet omnis.* 27. A: *eum* deest. 29. B: *gloriam Dei.* 35. A in marg.: *Nota istum possum* (sic). 37. A: *non* deest.

33. Deut. XXXII, 7.

Digitized by Google

Grace is given only to those who seek it.

quiramus, nisi studuerimus et laboraverimus circa scripturas, ne donum Dei negligentibus detur. Gracia enim adiutorium est infirmitatis humane, adiutorium autem non dormientibus datur sed festinantibus et non prevalentibus. Sicut enim in bello non omnis qui pugnat vincit, nemo tamen vincere potest, nisi qui pugnaverit, sic non omnes qui student et legunt adquirunt scienciam spiritualem, nemo tamen adquirere potest, nisi aut qui studiosus fuerit ad legendum aut assiduus ad audiendum. Et infideles quidem et non timentes Deum inveniunt scienciam, studendo et legendo; sed non illam que est ex Deo que per Spiritum Sanctum datur, sed hanc que est ex natura carnali que per exercitacionem carnis adquiritur, quam habuerunt et gentilium studiosi.

Spiritual knowledge must be not only of the intelligence, but of the heart.

Multa est differencia inter sciencias illas. Qui enim oracionibus non instat nec operibus bonis sed per solum studium factus est sciens, quando aliis predicat, ipse sibi non sentit quod predicat. Si de ira Dei loquitur, alios forsitan terret, ipse autem non timet, si de misericordia, alios quidem forsitan consolatur, ipse autem non gaudet; alios ammonet credere et ipse non credit eis que dicit. Sed quando alios docet, ab intus consciencia eius ridet sibi de verbis suis, quia sciencia que ex solis diccionibus est ex ore procedit, que autem de Spiritu Sancto est de corde profertur; et ideo spiritualis sciencia non solum dicitur sed et sentitur, non tantum in scripturis legitur sed ex corde suggeritur; et ideo si alios terret ipse amplius timet, si alios consolatur, ipse melius gaudet, quoniam omne quod loquitur non tantum legit sed experimento probavit. Ideo ergo petamus Deum et operemur bona, ut non carnalem sed spiritualem scienciam mereamur. Et hoc est quod dicit: Pulsate et aperietur vobis. Pulsat enim Deum qui facit opera bona ante Deum oracione, ieiuniis et elemosinis. Sicut enim qui pulsat hostium, non tantum voce clamat sed et manu, sic et qui bona opera facit quasi qui manu pulsat operibus bonis ore clamat oracionibus. Scriptum est enim: Concupiscens sapienciam serva iusticiam et Deus prebet eam tibi.

5. A: *tamen* deest. 6. A: *qui* deest. 15. B: *istas*. 24. B: *precedit*. 26. A: *non tamen*. 32. A: *Pulsant* after *vobis*. 35. A *et* after *sic* deest.

37. Eccli. I, 33.

Digitized by Google

Sed quid dicis: hoc ipsum peto ut sciam et faciam et quomodo possum facere priusquam accipiam. Etiam quod potes fac ut amplius possis et quod scis serva ut amplius scias. Iusticia enim ipsa se operatur, et ipsa se manifestat. Quomodo? Dum tu iusticiam operaris in te, iusticia te operatur in se. Nam omne artificium se ipsum operatur, ut puta, operaris vineam, colligis fructum eius et delectatus in eis melius operaris. Vides quia ipsa se colit, fructificando tibi, dum colitur? Sic et ex diverso qui opus peccati exequitur, ipsum peccatum, cum sit spiritus inmundus, operatur in eo delectacionem peccandi, ut dum delectatur circa peccatum amplius peccet. Sic et qui iusticiam operatur, cum sit ipsa iusticia eciam Spiritus Sanctus, operatur in eo delectacionem iusticie faciende, ut delectatus circa iusticiam amplius faciat. Tale est quod dicit Sapiencia: Cogitatum habe in preceptis Dei et in mandatis eius meditare semper, et ipse confirmabit cor tuum, et concupiscenciam sapiencie tibi dabit. Vides quia iusticia ipsa se operatur? Te tantummodo inchoante et laborante? Sed ipsa se adaperit, dum colitur. Sicut enim

In doing right we gain more power to do right.

397[d] *qui peccat, dum peccat, magis atque magis te | nebrescit mens eius et a luce veritatis recedit, ita ut nulla sciencia salutaris remaneat in eo, nisi sola malignitas, de qua dicit Salomon: Sapiencia impiorum nequicia est sciencie. Sic et qui iusticiam operatur, dum operatur, magis ac magis clarescit meus eius et ad noticiam sapiencie maioris ascendit, et ipsa se iusticia quasi speculum offert ante oculos cordis ipsius; deinde si opera iusticie non facis, id est, si non pulsas, nec orare ex fide potes. Nam virtus oracionis est opus iusticie, oracio autem quasi odor suavitatis est operis boni. Sicut ergo res aliqua sine odore potest, odor autem sine aliqua re esse non potest sic opus sine oracione aliquid est, oracio autem sine opere bono nihil est; et si oras, non ex fide oras. Nam sicut lucerna non quidem ex oleo accenditur sed per oleum nutritur, sic fides non quidem ex opere nascitur, sed per opera enutritur.* Hec Crisostomus.

Prayer without good works is nothing.

4. B: *Iusticie enim de se operatur.* 8. A in marg.: *Nota;* ib. B: *quoniam ipsa.* 9. B: *et* deest. 12. A: *petet;* ib. A: *et* deest. 13. A: *eciam* deest. 17. Codd.: *meditare* deest. Addidi. 21. A: *qui* deest.

16. Eccli. VI, 37. 24. Eccli. XIX, 19.

Digitized by Google

CAP. XLIV.

Every man who understands these words of Chrysostom must enjoy them.

Qui non delectatur in hiis verbis huius sancti atque subtilis philosophi et eximii atque profundi theologi, ostendit quod non sensum suum concipit. Nam in principio huius capituli docet clarius quomodo homo excellitur a bestiis in corporeis virtutibus et quod tota virtus sua consistens in anima substancialiter est Deus. Et per hanc homo excedit quodammodo infinite quascunque bestias in virtute, et quod totum hoc est ad bonum hominis ut homo virtuti cordis sui, hoc est Deo humiliter continue innitatur, quia aliter non habet virtutem illam sic super bestias informantem, sed desertus a Deo est peior bestiis a sensu et creaturis corporeis superatus et nullus dissentit isti sentencie, nisi agrestis fuerit ut bestia carens experiencia notabili et patule infidelis. Et ex isto convincitur quod quidquid Deus ordinaverit in natura est ex racione manifestissima et ad utilitatem hominis si velit concipere. Ideo dicta sequencia que iste sanctus exponendo hunc textum evangelii exequitur sunt notanda:

Aut ita, inquit, *cum supra mandasset omnibus, precipue doctoribus ut diligerent inimicos suos et non iudicarent quasi peccatores offendentes in se, consequens erat, sicut iam diximus, ne forte sub obtentu dileccionis et bonitatis eciam sancta Dei et secreta eis communicarent. Ideo constituit ne faciant hoc, dicens: Nolite sanctum dare canibus. Nunc autem dat eis consilium bonum, ut si diligunt inimicos suos quasi Dei benigni imitatores et volunt eos et secundum Deum salvare, petant Deum pro illis et dabitur eis, querant eos qui perierunt in peccatis et invenient eos Dei gracia demonstrante, pulsent eos qui in erroribus sunt conclusi et aperiet eis Deus, ut habeat sermo eorum ad animas ipsorum ingressum. Ac si dicat de christianis qui porcorum more viventes perdiderunt se secundum imaginem Dei et cadentes ab homine porci facti sunt et perierunt: Querite eos, ammonendo benivole, promittendo eis misericordiam Dei et in spem eos adducendo. Sic enim et Paulus eum qui quasi porcus et non homo in-*

2. A in marg.: *Johannes.* 6. A: *quod* deest. 21. A in marg.: *Crisostomus.* 25. B: *sciencia Dei.* 34. Codd.: *christianus.*

21. Op. Imp., l. c. p. 824.

Digitized by Google

differenter coniugium maculaverat patris, misericordiam quesivit et per graciam Dei invenit.

Et hic patet ex dictis Crisostomi quod contingit fidelem tam ab amico quam inimico quem diligit tam bona maiora quam minora subtrahere, quia bonum maius, id est sanctum et margarita, subtrahi debet a canibus, ut Christus precipit, quia canibus et porcis non proficeret sed magis inficeret et (quod preponderancius est) ecclesie militanti noceret, et conforme est iudicium de bonis minimis; nam ipsa donata sepe inimicos Christi et sue ecclesie excitarent ad maius facinus perpetrandum. Ideo regula debet esse catholico quod nichil det amico vel inimico nisi quod ad salutem anime foret sibi utile et prodesset ecclesie, unde utilis tribucio negacionis prudentis qua fidelis tribueret tali privacionem, ne noceret ecclesie, foret tribucio evangelica quibusdam prudenter cum paribus coaptanda. Et patet quod mandatum evangelicum Matthei V: *Omni petenti te tribue*, non est contrarium huic vie.

We may have to keep back good things even from our friends.

We should give to each only what may profit his soul and not harm the Church.

Sequitur in litera Crisostomi: *Gentiles autem vel hereticos qui verisimilibus persuasionibus mendaciorum circumsepti sunt et conclusi in claustro perfidie, pulsate eos doctrinis assiduis et aperiet eis Deus solvens claustra perfidie; et habebitis in eos ingressum, sicut et Christus dicit in Revelacione Johannis: Ecce ego sto ad hostium et pulso et qui aperuerit mihi, intrabo ad illum et cenabo cum eo et ille mecum. Ergo non temerando sancta Dei vel peccatores vel gentiles vel hereticos debemus velle salvare sub obtentu misericordie; hoc enim temeritatis est, non bonitatis, sed Deum quidem petendo pro eis, ipsos autem vel querendo si perierunt vel pulsando si clausi sunt. Et tunc nos si digne petimus et illi sanabiles sunt ex canibus et porcis immundis reformati efficientur homines sancti, et sic iuste et digne sancta participabunt et audient secreta misteria.*

We must help heretics and heathen by prayer to God for them.

Ista verba Crisostomi possunt nobis a vinculo diabolico liberis coaptari; sic enim debemus tractare claustrales in hiis novis ordinibus vinculatos. Unde consequenter dicit Crisostomus: *Omnis qui petit accipit et qui querit*

Chrysostom's words teach us how to treat the claustral orders.

1. A: *misericordiam* deest; B in marg. addit. 3. A in marg.: *Johannes.* 35. A: *ministeria.* 36. A in marg.: *Johannes.* 39. A in marg.: *Crisostomus.*

3. I. Cor. V. 25. Apoc. III, 20.

Digitized by Google

God grants righteousness to all who seek for it.

invenit et pulsanti aperietur. Quoniam dixerat: Petite, querite et pulsate, ne forte aliqui peccatorum audientes dicant eciam. Ista facere dignos hortatur; nos autem indigni et si petiverimus non accipiemus et si querimus non inveniemus et si pulsaverimus, non nobis aperietur. Vide quomodo eandem clausulam repetendo tam iustis quam peccatoribus | misericordiam Dei commendat dicens: 398 Omnis qui petit, id est, sive iustus sit sive peccator, tamen petere non dubitet, querere non negligat, pulsare non cesset, ut constet neminem sperni, nisi qui petere dubitaverit a Deo, querere neglexerit, pulsare cessaverit. Ut autem cognoscamus bonitatem Dei, dicamus de Deo, sicut Christus dixit de nobis. Dicit enim supra: Diligite inimicos vestros et cetera huiusmodi; et addit: Si autem diligitis diligentes vos, quam mercedem habebitis? Nonne gentiles hoc faciunt? Nos ergo dicamus de Deo: Si Deus tantummodo iustos et amicos suos exaudit et adiuvat, quam laudem bonitatis meretur? Nonne et homines, cum mali sint, amicos suos rogantes se audiunt et beneficia eis prestant? Vides ergo quoniam Dominus dicit: Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est, qui solem suum oriri iubet super iustos et iniustos et dat pluviam super gratos et ingratos. Bonitatem Dei voluit demonstrare, quia tam iustis quam peccatoribus parata est bonitas eius. Nec enim credibile est ut opus benignitatis hominibus quidem iniungat in malis constitutis, ipse autem non faciat, cum sit bonus. Ergo omnis qui non habet iusticiam ut aut credat de regno celesti aut facere valeat iusticiam, aut certe iusticiam non petivit fideliter aut non quesivit studio et labore aut non pulsavit operibus bonis, et ideo non est duricia Dei non prestantis sed culpa hominis negligentis.*

Trust in His goodness should outweigh despair at our own unworthiness.

Quis vestrum habens filium et si petat ab eo panem, numquid lapidem porriget ei? Videte quomodo nos ad spem divine bonitatis inclinat, ne forte aliquis considerans quanta est differencia inter Deum et hominem et ponderans peccata sua, dum non sperat impetrare nec incipiat petere, ideo patrum et filiorum similitudinem introducit, ut et si propter peccata nostra desperamus propter propriam bonitatem Dei speremus.

4. B: *et* deest. 13. A: *dicit de nobis.* 24. A: *volunt.* 38. A: *eciam si.*

13. Matth. V, 44—47. 21. Lucae VI, 36; Matth. V, 45.

Digitized by Google

Panis est verbum de noticia Dei patris. Lapis est omne mendacium et quicquid illud habet in se scandalum offensionis ad animam, unde dicit propheta ad iustum: In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Omnis enim iustus custoditur ab angelis, ne forte ad occasionem offensionis occurrat pes conversacionis illius. Piscem autem possumus intelligere verbum de Christo, serpentem autem ipsum diabolum. Ut ergo impetremus quod desideramus, duo hec convenire debent, unum quidem ut petas oracione et queras studio et pulses operibus tuis, alterum autem ut sit panis vel piscis quod petis. Si autem que non expediunt petis, hoc est, carnalia que nocent anime tue, quasi lapis aut serpens, non tibi prestat, eciamsi petis, quia pater benignus est, alioquin eciam si prestat nociva petenti non est pater sed inimicus.

We must be careful what we ask.

Si vos cum sitis mali, scitis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in celis est dabit spiritum bonum petentibus se; non quia apostoli erant mali, sed quantum ad comparacionem Dei qui solus singulariter est bonus, omnes mali videntur, sicut ad comparacionem nivis aut solis omne mundum sordidum videtur et omne lucidum obscurum, et vere, cum omnes patres mali sint preter Deum, ecce si hodie pater iniuriam paciatur a filio, statim affectus illius mutatur in odium et irascitur illi, et forsitan castigat, non quia ille faciens iniuriam patri peccavit ante Deum, ideo pater suus illi irascitur, sed quia illi fecit iniuriam. Alioquin si pater iniuriam passus est, non propter suam iniuriam irascitur filio, sed propter illius peccatum, in omni peccato filiorum similiter irasceretur. Nunc autem quando ipsi iniuriam paciuntur, scilicet patres a filiis, ideo dolent et fremunt, quando autem adhuc filii eorum peccaverint in Deum nec curant. Deus autem offensus ab homine non ideo irascitur, quia ipse, cum esset Deus constitutus, ab homine est contemptus, sed ille offendens Deum perdidit animam suam. Vere ergo non irascitur de sua iniuria sed dolet de perdicione humana et castigat, ut non suam iniuriam vindicet sed ut illum corrigat ad salutem. Audi enim

Earthly fathers are moved by personal resentment.

God regards only the good of His children.

11. A: *tuis* deest. 28. A: *sed* deest. 33. A: *adhoc*. 35. A: *est* deest.

4. Psalm. XC, 12. 39. Psalm. LXXXVIII, 31—34.

Digitized by Google

prophetam dicentem: Et si dereliquerint filii eius legem meam, visitabo in virga iniusticias eorum. Misericordiam vero meam non dispergam ab eis etc. Quoniam autem non omnia petentibus prestat sed bona tantum, ideo non dixit quanto magis pater vester dabit petentibus se, sed addidit: Bona petentibus se. Hec Crisostomus.

CAP. XLV.

We should not quarrel with the orders, but pray for them.

Ex isto capitulo huius sancti fideles quidam pie eliciunt quod christiani de sincera secta Christi non debent contra has sectas quatuor refugas noviter introductas contenciose procedere, sed ex fide, spe et caritate primo Deum pro ipsis petere et orare, ut convertantur ad sinceram fidem ecclesie et sectam liberam Jesu Christi. Secundo debent sperare in Domino quod doctis illis de secta facili et meritoria domini Jesu Christi converti possent multi eorum secundum graciam Domini ad eandem. Et tercio pulsare debent secundum evidencias fidei scripture, ut consenciant secte Christi. Ipsa enim habet patronum infinitum plus pium quam est aliquis fictus patronus alicuius talis secte, quia patronus noster est ex fide Deus et homo; qui infinitum superat singulos christianos. Regula autem huius secte ad sub isto patrono libere, suaviter et meritorie militandum est fides scripture domini Jesu Christi, et milites eiusdem secte sunt apostoli quos oportet credere de ecclesia triumphante, et in hiis tribus omnes hee secte quatuor infinite | quodammodo superantur. Quis 398[b]
ergo haberet conscienciam omnes istas frivolas sectas relinquere et sectam liberam Jesu Christi tam excellentem accipere? Revera infidelis signum foret licenciam pape vel cuiuscunque alterius pro isto accipere, quia in hoc videretur homo petere licenciam de illo ab Antichristo, quod generaliter conceditur discipulis Jesu Christi. Non tamen legi quod Christus petivit licenciam a templi pontifice vel Pilato ad faciendum quicquam quod fecerat, et sic de quolibet christicola non errante.

The orders need no license from the pope to return to Christ's freedom.

8. A in marg.: *Johannes. 1;* ib. B in marg.: *42.* 12. A: *primum.* 14. A in marg.: *2.* 16, 17. A: *multi — debent* deest. 20. A: *aliquis* deest; B in marg. addit. 22. B: *omnes christianos.* 23. B: *ad* deest. 31. A: *qui in.* 34. B: *lego.*

1. Ps. LXXXVIII, 31—33.

Digitized by Google

Scarioth autem accepit ministros a pontificibus, ut Christum traderet, et Paulus accepit epistolas a principibus sacerdotum, ut christianos vinctos produceret Jerusalem, ut patet Jo. XVIII, 5 et Act. IX. Sed non
5 lego quod hoc factum fuerat a christiano aliquo non errante. Licet autem christiano fideliter monere reliquum, ut ad illud quod scit esse licitum consulat atque consenciat, ut sit sibi magis meritorium, ut patet in epistola ad Philemonem. Sed cavere debet in talibus,
10 ne aliquis creaturam preponderet ante dominum Jesum Christum.

Augustine: We are to do for others only such good things as we desire for ourselves.

Sequitur in textu evangelii: *Omnia ergo quecunque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis. Hec est enim lex et prophete.* Augustinus autem sic
15 habet: *Omnia ergo quecunque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis. Hec est enim lex et prophete. In exemplaribus,* inquit, *Grecis sic invenimus: Omnia igitur quecunque vultis ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis. Sed ad manifestacionem sentencie*
20 *puto a Latinis additum esse 'bona'. Occurebat enim quod si quisquam flagiciose aliquid erga se fieri velit, et ad hoc referat istam sentenciam, veluti si velit aliquis provocari, ut immoderate bibat et se ingurgitet poculis et hoc prior faciat a quo sibi fieri cupit, ridiculum est*
25 *hunc putare istam implevisse sentenciam. Cum hoc igitur moverit (ut arbitror), additum est ad manifestacionem rei unum verbum, ut postea quam dictum est: Omnia quecunque vultis ut faciant vobis homines, adderetur bona. Quod si deest et in exemplaribus Grecis, eciam*
30 *illa sunt emendanda; sed quis hoc audeat? Intelligendum est igitur, plenam esse sentenciam et omnino perfectam, eciamsi hoc verbum non addatur. Id enim quod dictum est: Omnia quecunque vultis, non usitate ac passim sed proprie dictum accipi oportet. Voluntas namque*
35 *non est nisi in bonis; nam in malis factis flagiciosisque operibus cupiditas proprie dicitur, non voluntas. Non quia sic semper proprie loquuntur scripture, sed ubi oportet ita omnino proprium verbum tenent, ut non aliud sinant intelligi.*

14. A in marg.: *Augustinus.* 24. B: *hec.* 30, 31. A: *audiatur. Intelligendum.* 34. A in marg. inf.: *Quod voluntas non est nisi in hominis factis proprie, in malis autem factis sine operibus cupiditas proprie dicitur, non voluntas.*

12. Matth. VII, 12. 14. De sermone Domini in monte, l. c. p. 230.

Digitized by Google

This rule is specially directed to the love of our neighbour.

Videtur autem hoc preceptum ad dileccionem proximi pertinère, non eciam ad Dei, cum alio loco duo precepta esse dicat, in quibus tota lex pendet et prophete. Nam si dixisset: Omnia quecunque vultis fieri vobis, hec et vos facite, hac una sentencia utrumque illud preceptum complexus esset, cito enim diceretur, diligi se velle unumquemque et a Deo et a hominibus: itaque cum et hoc preciperetur, ut quod sibi vellet fieri, hoc faceret, id utique preciperetur, ut diligeret Deum et homines. Cum vero expressius de hominibus dictum est: Omnia igitur quecunque vultis, ut faciant vobis homines, ita et vos facite illis, nihil aliud dictum videtur quam: Diliges proximum sicut te ipsum. Sed non est negligenter addendum quod hic subicit: Hec est enim lex et prophete. In illis autem duobus mandatis non tantum ait: Lex pendet et prophete, sed addidit, tota lex et omnes prophete, pro eo quod est omnis prophecia; quod cum hic non addidit, servavit locum alteri precepto, quod ad dileccionem Dei pertinet. Hic autem quoniam precepta simplicis cordis exequitur et erga eos metuendum est ne habeat quisque cor duplex, quibus occultari cor potest, id est erga homines, id ipsum fuit precipiendum. Nemo enim fere est qui velit quemdam corde duplici secum agere. Id autem fieri non potest, id est, ut simplici corde aliquid homo homini tribuat, nisi ita tribuat, ut nullum ab eo temporale commodum expectet et ea intencione faciat, de qua superius satis tractavimus, cum de oculo simplici loqueremur.

Mundatus ergo oculus ab omni malicia simplexque redditus, aptus erit et idoneus ad intuendam et contemplandam interiorem lucem suam, creatorem suum, redemptorem, consolatorem, doctorem, visitatorem, roboratorem, nutritorem, calefactorem, confirmatorem, iustificatorem, salvatorem. Iste enim oculus cordis est. Hunc enim oculum talem habet ille qui finem bonorum operum suorum, ut vere bona opera sint, non in eo bona constituit, ut hominibus placeat, sed eciam si pervenerit, ut eis placeat, ad eorum salutem pocius hoc referat et ad gloriam Dei, non ad inanem iactanciam suam, neque propterea boni aliquid ad salutem proximi operatur, ut ex eo comparet

4, 5. B: *hec et vobis facite.* 5. A: *hac vana.* 13. B: *tamquam te ipsum.* 15. A: *totum lex.* 28. A: *mundatis ergo oculis.* 35. A: *bona* deest. 39. B: *operetur.*

3. Matth. XXII, 40. 14. Matth. VII, 12.

Digitized by Google

ea que huic vite transigende sunt necessaria, neque temere animum hominis voluntatemque condempnat in eo facto, in quo non apparet quomodo animo et voluntate sit factum; et quidquid officiorum exhibet homini, hac in-
5 *tencione exhibeat; qua sibi vult exhiberi, id est, ut non ab eo aliquid commodi temporalis expectet, ita cor erit simplex et mundum in quo queritur Deus. Beati ergo mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

398[c] *Sed hoc quia paucorum est, iam incipit | de investi-*
10 *ganda et possidenda sapiencia loqui, quod est lignum vite cuius utique investigande ac possidende, id est, contemplande, talis oculus per omnia superiora perductus est, quo videri iam possit arta via et angusta porta qua ad celum intratur.* Hec Augustinus.

15 Videtur istum sanctum intendere quod iste sit brevis intellectus istius moralis principii: Omnia quecunque debetis racionabiliter velle ut faciant vobis homines, proporcionaliter illis facite quoad mores, et sic non est possibile viatorem in caritate proximo suo deficere,
20 nisi deficiat contra istud principium. Ideo Christus subtiliter et compendiose colligit sentenciam istius principii in legibus et prophetis; et cum omnia mandata decalogi sint connexa et quilibet debet velle suum proximum sibi spiritualiter proficere in integra obser-
25 vancia mandatorum, patet quod singula mandata utriusque tabule in isto principio sunt coniuncta.

All the commandments are combined in this.

CAP. XLVI.

Ex isto principio fidei claret fidelibus quomodo militans ecclesia purgaretur. Nam primo videtur quod reges
30 et potentatus seculi quererent instanter ab hiis sectis quatuor quid naturaliter et quid figuraliter sit hostia consecrata. Nam nullus debet velle in fide se decipi et specialiter in fide tam communi, citra quam populus tam in temporalibus quam spiritualibus adeo spoliatur.
35 Nam ministracio huius sacramenti valet regno Anglie multa millia marcarum in sumptibus annuatim. Quis ergo non cognosceret veritatem fidei in hoc puncto?

Doing as we would be done by will purge the church. 1. By making the orders declare what is the nature of the host.

2. B: *animi.* 11. A: *cuius itaque.* 15. A in marg.: *Johannes.*
27. B in marg.: *43.* 28. A in marg.: *1.* 35. *valet;* A: *videlicet.*

7. Matth. V, 8.

Digitized by Google

2. The orders should speak out gladly, as other poor priests would.

Et ex eadem fide scripture sequitur secundo quod hec secte quatuor et earum singula gaudenter super se acciperet istud onus, cum caritas Christi compellit, ut sacerdotes dicant populo racionem fidei scripture, ut dicit Petrus, et specialiter in hoc puncto, ad quem sensum Christus dixerat de pane: *Hoc est corpus meum;* immo cuncti possessionati de hiis sectis quatuor appeterent regem suum de illis hoc petere sub pena amissionis omnium suorum temporalium, quia (testis sit Deus) sic vellent sub pena mortis alii pauperes sacerdotes, et alii de hiis sectis quatuor mendicantes appeterent sub pena amissionis sue legis illud idem; quod si reges et principes voluerunt de sumptibus harum sectarum istud diligenter inquirere, cederet ad honorem Dei et utilitatem ecclesie militantis.

3. Friars should be diligent in publishing their faith.

Et ex istis videtur tercio quod fratres communicarent diligenter aliis in ista materia suam fidem. Sic enim volunt pauperes presbyteri scribere fratribus cum sufficienti evidencia id quod credunt; cum ergo hoc sit racionabile, quare non sic facerent fratres fidelibus sub sumptibus suis illud idem et ex eodem fidei principio?

4. The Pope would give up issuing indulgences.

Quarto sequitur quod Romanus pontifex nedum perficeret caritatis intuitu illud opus sed dimitteret indulgencias et bullas quibus populum spoliat, quia hoc est contra regulas caritatis. Numquid credimus quod in caritatem sonat concedere bullas aut privilegia, ut homines sine causa racionabili occidant multa millia populorum? nam sic homo, non Deus, vult de talibus nequiciis vindicari; et eodem modo dicitur de bullis sub quibus indulgencie conceduntur; nam si papa in potestate habeat indulgencias tales ad votum concedere, tunc peccaret graviter nisi talem spiritualem elemosinam indifferenter gratis concederet, cum hoc posset faciliter; et prestancius foret quam omnia temporalia huius mundi. Si autem in istis sit falsa et sophisticata pretensio, papa ex vi huius principii istud dimitteret, cum secundum Augustinum nemo racionabiliter appeteret, ut sibi in materia fidei concernente salutem anime illudatur.

5. Popes and bishops would live poorly and cease to rob the people.

Et ex eodem sequitur quinto quod non solum papa sed dotati episcopi pauperem vitam viverent instar

1. A in marg.: *2.* 12. A: *legie.* 16. A in marg.: *3.* 22. A in marg.: *4.* 22, 23. B: *perficerat.* 25. Codd : *quod* deest. 28. Cood.: *si homo.* 30. B: *illud dimitteret.* 39. A in marg.: *5.*

Digitized by Google

Christi, cum in isto illudunt ecclesie multis modis. Nam vendicant a Christo habere potestatem parem cum Petro et ceteris apostolis vel maiorem; et cum potestate ista sophistica spoliant populum nimis false. 5 Sed quis racionabiliter vellet sic sibi fieri? Et sic dicitur generaliter de cunctis manifestis mendaciis sacerdotum.

Et videtur ulterius sexto quod cuncti prelati cesarii illam potestatem infundabilem dimitterent et humiliter ac fideliter instar Christi et suorum apostolorum edifi- 10 carent ecclesiam, cum notum sit quod hoc foret salubre; et notorie hoc dimittunt. Cum ergo heresis sit dogma falsum, scripture sacre contrarium, pertinaciter defensatum, videtur patens quod clerus sic pertinax in hiis punctis sit hereticus manifestus. Quo concesso oportet 15 fideles supra istos montes oculos suos erigere et spem suam colligere in milites ecclesie triumphantis.

6. Prelates would devote themselves to edifying the church.

Et eodem modo possunt septimo errores purgari de brachio seculari. Cum enim seculares domini et servi sui sint fratres in Domino et debent velle illis fieri 20 sicut in statu consimili debent racionabiliter sibi velle, videtur ex vi istius principii fidei quod nullus secularis dominus teneret hominem in servitute civili, nisi in casu consimili debeat hoc racionabiliter sibi velle. Et tunc servitus talis non foret dampnifera sed utilis utro- 398[a] bique; mundus tamen clamat | quod racione defectus istius principii fidei multorum caritas refrigescit. Ista vero fides predicari debet constanter a presbyteris et per graciam Dei multi homines forent in amore caritatis meliores; et breviter non est aliquis error in mili- 30 tante ecclesia quin poterit ex isto fidei principio emendari.

7. Slavery would be ended.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *id est non solum mando: Nolite iudicare, ut non iudicemini; quod omnes homines sibi fieri volunt, ut cum nocuerint aliquibus, non iudicentur ab eis, sed eciam omnia que- 35 cunque vultis ut faciant vobis homines, facite et eis; et tunc impetrabiliter poteris orare; nam quecunque lex et prophete sparsim in omnibus scripturis preceperint, in hoc compendioso comprehenduntur mandato, quasi innumerabiles arboris rami in una radice.* Hec Crisostomus.

Chrysostom: All laws summed up in this.

7. A in marg.: *6.* 4. A in marg.: *Quid est heresis.* 15. A: *fideles* twice. 17. A in marg.: *7.* 19. A: *sunt;* B correxit. 21. A: *videtur quod.* 31. A in marg.: *Crisostomus.* 37. B: *preceperunt.*

31. Op. Imp., 825.

Digitized by Google

The faithful should correct prelates.

Ex isto claro principio fidei cum testimoniis sanctorum potest dici prelatis a via Christi deviantibus: Ecce tu facis in conversacione tua nedum michi sed toti militanti ecclesie detrimentum, quia debes nos iuvare spiritualiter sequendo Christi vestigia et patenter facis oppositum; ideo te corripio et faculas igneas caritative subtraho quibus in tali crimine es ignitus, et sic velle debeo quod tu michi facias in casu consimili; et sic emendata foret ecclesia, si generaliter istud principium fidei fuerit publicatum. Nam contra hoc principium est quod prelati spolient suos subditos modo quo faciunt, sed principium fidei requirit quod fideles subtrahant a suis fratribus temporalia, dum ea cognoverunt esse saluti sue anime nocumenta.

Rulers should take away secular power from the clergy.

Et ex isto principio fundatur quod domini temporales debent subtrahere a viris ecclesiasticis seculare dominium ad dampnum sue anime contra fidem scripture stolide occupatum. Sic enim debent viri ecclesiastici seculares dominos prudenter corripere et auferre ab ipsis peccata quibus sue anime maculantur. Ideo lex caritatis requirit quod seculares faciant proporcionaliter in prelatis; unde necesse est fidelem intelligere istum morale principium ad sensum expositum, quia sicut homo potest esse in corpore suo febricitans et vinum ardenter appetere quod excitaret amplius febrem suam, sicut homo potest esse freneticus qui inordinate appeteret gladium, ut iniuste interficiat fratrem suum; et tamen non est intencionis Christi dicere, licet talis velit in tali casu habere vinum vel gladium quod ex vi caritatis porrigat sibi illud, quia non debet racionabiliter ita velle; sic multo evidencius dum homo fuerit in febri vel frenesi spirituali: ideo ex facto Christi et verbis necesse est, ut istud morale principium intelligatur ad sensum expositum, cum Joh. XIII, 34 dixit Christus: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Quando autem cognati sui Jacobus et Philippus secularem appecierant dignitatem per matrem suam, ut patet Matthei XX, Christus non dedit eis illam sed concessit eis bibere calicem passionis; et conformiter fecit cum cunctis suis apostolis, unde ille qui predicaret patenter istud principium fidei cum suis sequentibus, iudicaretur

1. A in marg.: *Johannes.* 15. A in marg.: *Conclusio.* 30. B: *et Johannes.*

Digitized by Google

a satrapis summe hereticus. Sic enim Christus propter verba similia iudicatus fuit blasphemus, demoniacus et insanus; fideles tamen qui habent scintillam fidei concipiunt quod velle eis adiaceat, ut constanter veritates fidei sic loquantur; sed adhuc ex causis pluribus sunt ab ista operacione evangelica prepediti.

CAP. XLVII.

Sequitur in textu evangelii: *Intrate per angustam portam, quia lata porta et spaciosa via que ducit ad perdicionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta est porta et arta via que ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam.* Super quo Augustinus: *Non ideo dicit, quia iugum Domini asperum est aut sarcina gravis, sed quia labores finiri pauci volunt, minus credentes clamanti: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego vos reficiam. Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde: iugum enim meum lene est et sarcina mea levis est (hinc ergo sermo iste sumpsit exordium de humilibus et mitibus corde); quod iugum lene et levem sarcinam multi respuunt, pauci subeunt, eoque quod fit arta via que ducit ad celum, hoc est ad vitam. et angusta porta qua intratur in eam.*

Augustine: Few trust Christ's promises.

Igitur hic illi qui promittunt sapienciam cognicionemque veritatis quam non habent, precipue cavendi sunt, sicut heretici qui plerumque paucitatem commendant. Et ideo cum dixisset, paucos esse qui inveniunt angustam portam et viam artam, qua intratur ad vitam, ne se illi supponant nomine paucitatis, subiungit: Cavete a pseudoprophetis. Hec Augustinus.

Fewness of believers is not always a note of truth.

Hic videtur istum sanctum intendere quod omnes militantes debent subire ordinem secte Christi; et in hoc debent sentire suavitatem et dulcedinem legis sue. Et hic patet quod Saraceni et gentiles sunt notabiliter

All should submit to Christ's order.

4. B: *constantes.* 6. B: *ab ipsa.* 10, 11. A: *quam angustia.* 11. A in marg.: *Augustinus.* 14. *finiri;* B in marg.: *ferre.* 15. A: *clamati.* 20. A: *lenam sarcinam.* 21. B: *multi respiciunt* 22. A: *ad* omitted before *vitam.* 26. A: *qui se;* ib. A: *ideo* deest. 29. A: *subiecit.* 31. A in marg.: *Johannes.*

8. Matth. VII, 13, 14. 12. De sermone in monte, l. c. p. 232. 15. Matth. XI, 28.

Digitized by Google

The four sects are worse than Saracens.

increpandi ex hoc quod non tollunt iugum Christi super se sed ambulant per sectas alias ad infernum. Secte autem quatuor infra christianismum sunt amplius increpande, quia assumunt super se iugum asperius et onus gravius; et ipsi sicut omnes fideles vix sufficiunt secundum sui ultimum ferre onus | legis Christi. Sed 399a cum quilibet viator ex Dei gracia sufficit ferre illud onus, si non ponant obicem aliunde, nec aliquis viator est tam fortis quin illud onus sit potencie adequatum;

They serve another head than Christ.

et sic qui deserunt sectam Christi et induunt novum onus, ut patet de istis quatuor ordinibus, infideliter deserunt Christum pro regula, ac si intenderent quod non sunt homines sui sed homines habentes virtutem et potestatem ad ministrandum alteri principi aliunde.

Et ex isto cum morali principio supradicto capiunt fideles evidenciam ad humiliter loquendum istis novis ordinibus, ut intendant sinceriter iugo suavi et levi oneri secte Christi. Et ad hoc faciunt fideles racionem talem que moveret compotem racionis. Quilibet viator debet tam propinque et similiter quantum sufficit sequi Christum. Ergo iuxta dictum morale principium quilibet viator debet velle ut proximus ipsum iuvet et ipse iuvet proximum ad hunc finem, immo ut ad hoc si oporteat compellatur.

We should urge all men to return into Christ's sect.

Et hinc evidenter sequitur quod homo moveat cunctos viantes ut sincere accipiant sectam Christi et deserant cunctas extraneas, cum seducunt ab imitacione Domini Jesu Christi et per consequens retardant vel impediunt ad beatitudinem acquirendum.

Chrysostom: This refers to fasting.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Tercia hec consequencia ad terciam iusticiam ieiunii pertinet, et est pars doctrine de ieiunio facte, ut sit talis ordo narracionis: Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava, ne appareas hominibus ieiunans sed patri tuo qui in celis est, in abscondito; et pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.*

Intrate per angustam portam, quoniam omnis quidem iusticie introitus ad vitam eternam angustus est omni

2. B: *per semitas arias;* in marg.: *sectas avias.* 7. *Hic locus corruptus esse videtur.* 14. A: *aliunde* twice. 15. A: *tamen morali.* 18. A in marg.: *Nota racionem.* 23. A: *si* deest. 30. A in marg.: *Crisostomus.* 35. B: *est* twice.

30. Op. Imp., l. c. p. 825/6. 31. Matth. VI, 4, 6, 18.

Digitized by Google

viventi in carne: propter adversitatem nature carnalis. Nullus autem sic est angustus et laboriosus, quomodo ieiunii sinceriter consumati. Et ut scias, attende: Omnes quidem passiones carnales dicuntur et sunt, quia as piritu carnis moventur, sive ira, sive superbia, sive invidia sive avaricia sive vana gloria. Precipue tamen tres sunt naturales passiones et intime et proprie carnis, scilicet esca et potus, deinde amor viri ad mulierem et mulieris amor ad virum, in tercio loco sompnus. Quoniam sine illis, scilicet ira et ceteris quidem passionibus, ipsa natura carnis consistere potest, sine istis autem, scilicet esca et ceteris passionibus, neque potest consistere carnis natura. Ergo quasi partes quodammodo sunt et supplementa nature carnalis; nam ad omnes alias passiones, scilicet iram etc., non necessitas nature carnalis urget sed presumpcio spiritus carnis, ad istas, scilicet escam etc., tantum ipsa necessitas nature carnalis. Ideo et gravius est eas a natura carnali precidere quam ceteras passiones; precidere autem iram etc. labor est per colluctuacionem cordis, istas autem passiones, scilicet escam etc., precidere non solum labor est sed consumere et conterere et interficere ipsam naturam carnalem et quasi truncare substanciam ipsam quemadmodum, si quis precideret a corpore aliquod membrorum ipsius. Si ergo he tres passiones naturales sunt et intime et proprie nature carnalis, nullius passionis abstinencia sic sanctificat corpus quomodo abstinencia ab istis scilicet escis etc., ut sit homo castus, ut sit ieiunus, ut sit in vigiliis perseverans. Et nulla scilicet ire et ceterorum passio sic coinquinat corpus quomodo passiones iste, ut sit homo aut fornicarius aut epulator aut deditus sompno. Ideo et Apostolus dicit: Omne peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, quia proprie de ipsa natura carnis passio fornicacionis egreditur. Et Dominus in evangelio epulatorem proponit dampnatum, cui pauper Lazarus adiacebat; et Abraham non dicit ei: Fili, recordare quia tu hoc et hoc fecisti, scilicet mala in vita tua et nunc cruciaris, sed quia bona recepisti in vita tua; et utique Dominus in evangelio pre-

All sins are of the flesh, but specially gluttony, lust and sloth.

They are so closely connected with our nature that they are most difficult to be rid of.

Hence the need of fasting.

10. A: *ipsa* deest. 10. Codd.: *et cum hiis quidem.* 11–13. A: *sine — natura* deest. 14. B: *omnes illas.* 16. A: *scilicet escam* deest. 31. A in marg.: *Nota summe.* 38, 39. A: *nunc — vita tua* deest. 39. A: *ubique.*

32. II. Cor. VI, 18. 37. Lucae XVI, 25.

Digitized by Google

The wide gate is the devil. Why it is said to be wide.

cipit assidue vigilare: ergo propter omnes iusticias, precipue tamen propter laboriosissimum, ieiunium, dicit: Intrate per angustam portam. Porta perdicionis est diabolus per quem introitur in gehennam: porta autem vite est Christus per quem introitur in regna celestia; de qua dictum est: Hec porta Domini iusti intrabunt per eam. Lata autem porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, sed effrenate superbie licencia dilatatus. Tale aliquid Dominus dicit: Beati pauperes spiritu. Pauper spiritu est, qui cum sit magnus, modicum se ostendit. Dives autem spiritu est, qui cum sit modicus ostendit se magnum, sicut diabolus superbia natus est elatus qui cum esset minister Dei in celo quasi Deus super celos extendere se usurpavit contra Deum. Porta autem angusta dicitur Christus, non parvitate potestatis exiguus sed humilitatis racione collectus, sicut ipse de se testimonium dat: Videte quia mitis sum et humilis corde. An non tibi videtur potestate latissimus, humilitate autem angustus qui cum esset deus et Dominus maiestatis quasi homo in hoc seculo voluit apparere? Et quem totus non capit mundus, se ipsum inter angustias uteri virginalis inclusit?

Et alias intelligitur diabolus porta lata et Christus angusta quoniam diabolus omnes peccatis invo | lutos et 399[b] *universam mundi sarcinam baiulantes recipit et ducit in mortem. Christus autem non recipit in se, nisi qui omnibus peccatis se exuerint et deposuerint omnem sarcinam mundi et facti fuerint subtiles et spirituales, ut quales intrant in mundum, tales exeant de mundo.*

Adhuc latus dicitur diabolus quoniam apud illum sine lege sunt omnia. Christus autem angustus, quia sub racione legis apud eum universa consistunt. Quicquid enim est sine lege solutum est, quod autem sub lege est, angustum est. Via autem perdicionis est omnis iniquitas. Dicitur autem spaciosa, quia non est intra regulam veritatis et discipline inclusa, sed per diversa carnalium voluptatum diffusa. Et ambulantes in ea non quod debent agere, hoc agunt, sed quod eos delectaverit hoc sequuntur. Voluntas enim eorum lex est ipsorum, et non ipsi sub lege sunt sed lex sub illis. Hec Crisostomus.

3. A in marg.: *Porta duplex.* 8, 9. B: *magnitudine dilatatus.* 12. A: *superbia autem natus;* B: *superbia est natus; natus* correxit in marg.: *latus.* Recte: *superbia animi elatus.* 15. A: *Augustia.* 19. A in marg.: *Porta duplex vite perdicionis* 31, 32. A: *est sine lege — lege* deest. Recte: *sine lege solutum est, latum est.* 38. A: *enim* deest. 39. A: *sub ipsis.*

6. Psalm. CXVII, 20. 9. Matth. V, 3. 17. Matth. XI, 29.

Digitized by Google

CAP. XLVIII.

Prosequitur autem iste sanctus hec verba evangelii sub hiis verbis: *Via autem vite est omnis iusticia. Dicitur autem arta esse, quia intra regulam veritatis et discipline est inclusa. Et ambulantes in ea non quod delectat eos hoc faciunt, sed quod debent, quia lex non voluntas eorum est; nec est sub illis lex sed ipsi sub lege. Considerandum autem est, quia via ducit ad portam et nisi quis ambulaverit per viam, non potest pervenire ad portam. Sic et qui iusticiam faciunt, illi soli possunt cognoscere Christum et intrare per ipsum. Qui autem non ambulant per viam iusticie, impossibile est ut vere cognoscant Christum. Quamvis multi eciam non ambulantes per iusticiam videantur cognoscere Christum. Si autem nec fuisti nec es in via iusticie et putas te cognoScere christum, mentiris. Sicut enim qui audit quia mel dulce est nec gustat de illo, nomen quidem mellis cognoscit, graciam autem nature eius ignorat; sic et qui audit quia Christus est filius Dei, iusticia autem eius non fuerit usus, tantummodo nomen Christi cognoscit, graciam autem nature eius ignorat. Ideo non dixit propheta: Audite et videte quoniam suavis est Dominus, sed gustate et videte. Quando ergo aliquid audivimus de Christo, nomen Christi cognoscimus tantummodo ut diximus. Quando autem iusticiam Dei facimus, ipsum Christum gustamus.*

Chrysostom: The way is narrow because it is confined by law.

Without righteousness we cannot know Christ.

Similiter nec incurrit in manus diaboli, nisi qui in via ambulat peccatorum. Vis non incurrere in diabolum, declina viam que ducit ad illum, et nullam habet in te diabolus potestatem. Si autem ambulaveris in via que ducit ad illum et iam non diabolo imputes perdicionem tuam, quasi ille traxerit te ad se, sed tibi, quia tu ivisti ad illum. Numquid porta ducit ad viam? Sed illa ducit ad portam. Sic non prius diabolus ducit homines ad peccata sed peccata ad diabolum ducunt. Vides ergo, hec via perdicionis quam nociva est, quam spaciosa est? Et ideo non solum volentes sed et nolentes incurrunt in eam. Et difficile est ut natus in hoc mundo aliquantulum

So too only by the way of sin can we come into the devil's power.

2. A in marg.: *Crisostomus.* 25. B: *facimus eius.* 36. A in marg.: *Via lata.* 37. A: *sed et nolentes* deest.

2. Op. Imp., l. c. p. 826. 22. Ps. XXXIII, 9.

Digitized by Google

non incidat in eam. Quasi lata enim de longe videtur et ideo eciam infantes, antequam vite viam vel intelligant istam vident. Et cum intraverit quis in eam, prout vult se agit, nec coangustatur in aliqua parte, ita ut delectet eum ambulare per eam. Ambulant enim in ea gaudentes et ridentes, non solum manducantes et bibentes sed eciam devorantes et inebriantes. Ambulant in ea divites, mencientes, periurantes, aliena tollentes et se divites facientes. Ambulant in ea cum uxoribus, non solum cum suis uxoribus sed eciam fornicantes et adulterantes. Quid sit tribulacio nesciunt. Et quis non delectetur quantum ad carnem ambulare per eam?

The narrow way hard to find and to walk in.

Hoc autem iusticie via angusta primum non facile videtur. Et ideo qui vult intrare in eam necesse est ut aliquantulum evagetur in via illa spaciosa, donec considerans se aliquando inveniat istam. Et cum intraverit in eam non prout vult agat. Ex omni enim parte coangustatur, ita ut peniteat eum intrasse in eam. Ambulant enim tristes, lugentes, ieiunantes, et si manducantes et bibentes, non tamen sine lege timoris manducantes et bibentes. Ambulant pauperes et si divites non sibi sed aliis, aliena non tangentes, sua dispergentes. Ambulant casti, et si cum uxoribus, tamen non sine legis timore amorem suum dispergentes. Blasphemati, iniuriam passi et spoliati. Et quem non peniteat quantum ad carnem intrasse in eam? Et ne mireris quia dixi quem non peniteat intrasse per eam. Audi prophetam dicentem: Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Ideo videntes homines hanc tribulatam et angustam viam multi recedunt ab ea. Et quidam ab inicio nec accedunt ad eam, nec volunt eam videre. Quidam autem concupiscentes volunt videre eam et accedunt ad eam sed dum considerant angustias et labores eius, recedunt ab ea. Alii autem audaciores intrant in eam et postea, dum non sustinent labores et angustias | eius, iterum reversi egrediuntur de ea. 399c

Rewards of the broad way.

Adhuc autem et spaciosa dicitur illa via eciam hac de causa, quia omnia que sunt uxores, filii, parentes, amici,

1. A: *quasi latam.* 2. A: *tamquam vite.* 9. B: *cum hiis uxoribus.* 13. A in marg.: *Via angusta;* ib. Codd.: *iusticie* deest. 15. A: *se* deest. 23. A: *amorem cum.* 31. B: *non accedunt.* 32. B: *autem* deest. 35. A: *et intrant;* ib. A: *non* deest. 36. A: *ab ea.* 37. A: *eciam* deest. 37, 38. B: *hac causa.*

28. Psalm LXXII, 2, 3.

Digitized by Google

aurum, argentum, vestimenta, domus, possessiones, omnes species ciborum et potuum et omnia artificia, omnes negociaciones, milicie, honores et quicquid in seculo est, quod aut visum delectat aut auditum aut odoratum aut gustum aut tactum vie perdicionis sunt, non quia omnes qui ambulant in illis rebus peccant sed quia omnes iste res ad peccatum compellunt.

Via autem vite angusta est, quia una species est, id est, abstinencia omnium rerum. Qui enim separat se ab omnibus rebus illis, salvatur. Non dicimus, quia omnes qui sunt in illis, pereunt, sed quoniam quis eparant se ab eis, omnes salvantur. Separant autem se non corpore sed animo, non loco sed actu. Nam quamvis quis sit in mundo, non videtur esse in mundo qui non utitur mundo. Hec Crisostomus.

The narrow way is abstinence.

Videtur istum sanctum ex hiis verbis Christi concipere quod due sunt vie spirituales quibus regitur quelibet conversacio viatorum, prima via est angusta qua venitur ad patriam, et secunda via diaboli est lata qua descenditur ad penam perpetuam. Videtur autem concipere quod dux prime vie est dominus Jesus Christus, et sua lex est regula que hanc viam angustat, dum sunt in hoc seculo conversantes.

Dicitur autem angusta propter coartacionem vere legis Domini que non sinit viantes per eam per viciorum volutabra evagari; et sic videtur quod solum viantes secundum sectam pure christianam ambulant istam viam; et sicut dicit iste sanctus, quidam in principio deviant ab hac via, ut gentiles, infideles, Judei, et Saraceni cum aliis qui a principio quo concepti sunt in peccatis errant continue in progressu, quia non habent spiritualem odorem Christi, qui est dux istius exercitus tendentis ad patriam. Et sic intelligunt quidam istud Gen. XXVII, 27 figuraliter dictum de Jacob: *Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus.* Quidam autem incipiunt in ista via que ducit ad patriam, sed ex errore ducentis cicius evagantur, sicut viventes in hiis sectis quatuor et quicunque in via legis Domini finaliter non perseverant. Et ista via dicitur lata, sicut (secundum Aristotelem) error quo deviatur a meta variare poterit multis modis; et sic

Only those who walk according to Christ's sect keep the narrow way.

Some stray from the way.

14. A in marg.: *Johannes.* 37, 35 A: *sic viventes.*

Digitized by Google

The four sects leave the narrow way.

deviantes non habent legem Domini sub qua militant, ut continue in suo spirituali itinere sint artati. Et tales sunt multi qui deserunt viam Domini et captant sibi infundabiliter novas leges, ut hee secte quatuor et alii qui a via Domini elabuntur; et si in principio christianismi lata fuit ista via diaboli et multi transierunt per illam, quanto magis nunc, quando via nominetenus christianorum dispergitur et multi relinquentes viam legis Domini ambulant vias suas. Ypocrisis autem loco legis Christi artantis christicolas dilatat filios diaboli quoad famam mundi, quia deserunt *legem Christi doctam in sermone suo in Monte* et eligunt novam viam; ideo si per impossibile morientes redire poterunt ad votum viantis et dicere terminum quem attingunt, clareret quomodo multi transeunt per diabolum ad infernum et pauci transeunt per Christum ad patriam. Sed antiquum mendacium est principium seducendi quo Antichristus fingit quod quoscunque ipse absolverit sunt beati et, sicut false ipse fingit, qui ipsum sequuntur et Christum deserunt, ducuntur ad patriam. Et principium istius mendacii est quod ipse vivens vitam Christo contrariam directe graditur semitam Jesu Christi. Causa autem patencior huius dampnacionis est quod prelati cesarei qui sunt in vita Christi contrarii, ducunt populum in viam suam; et cum error ducis facit maiorem errorem in processu itineris, non mirum si multi transeunt per viam diaboli ad infernum.

If the dead could return to tell us, we should learn how many have gone to hell.

CAP. XLIX.

Warning against false prophets.

Sequitur in textu evangelii: *Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos.*

Chrysostom: Sheep's clothing is hypocrisy.

Super quo Augustinus: *Isti non fallunt oculum simplicem, qui arborem dinoscere novit ex fructibus.*

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Supra mandans apostolis suis dicens ne elemosynas*

5. A: *christianissimi.* 6. A: *lata sunt.* 13. Codd: *si* deest: 24. B: *in via.* 25. A: *ducant.* 29. A in marg.: *46.* 33. A in marg.: *Augustinus.* 35. A in marg.: *Crisostomus.* 36. B: *dicens* deest. 19. A: *ipse* deest.

29. Matth. VII, 15. 33. De sermone Domini in monte, l. c. p. 232. 35. Op. Imp., l. c. p. 827.

Digitized by Google

faciant coram hominibus, ut videantur ab eis, sicut ypocrite et ut ne orent ut ab hominibus videantur sicut ypocrite, et ut ne ieiunent coram hominibus se ostendentes sicut ypocrite faciunt. Et docuit illos ne faciant sic; et instruxit eos, quia possibile est in ypocrisi et elemosynas facere et orare et ieiunare. Propter quod quasi iam aliquid cognoscentes, quia hec omnia in ypocrisi fieri possunt loquitur dicens: Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi
399[d] *rapaces. Que sunt vestimenta | ovilia? Species simulate religionis, elemosyna simulata vestimentum ovile est, non opus ovile; et oracio simulata vestimentum ovile est, non opus ovile; ieiunium simulatum vestimentum ovile est, non opus ovile; et cetere species pietatis quibus se vestiunt lupi rapaces.*

Simulated goodness is the worst of mischiefs.

Nulla autem res sic exterminat bonum quemadmodum simulatum bonum. Nam manifestum malum quasi malum fugitur et cavetur. Malum autem sub specie boni celatum dum non cognoscitur nec cavetur, sed eciam quasi bonum suscipitur et non coniunctum est bono, id est, Christo; ideo exterminat bonum. Sic servi diaboli tunc pessime christianitatem corrumpunt, quando se simulant christianos de quibus admonet discipulos suos Christus magis autem nos omnes per illos, dicens: Attendite a falsis prophetis, quia magna virtus est homini cognoscere malum, et firma tutela salutis est scire quem fugias.

Use of heresy.

Heresis periculosa quidem res est sed utilis valde. Periculosa quidem, quia multi seducuntur per eam et pereunt; utilis autem, quia temptantur fideles per eam et ab infidelibus segregantur. Qui murmurat de periculo temptacionis, murmuret de premio probacionis. In nullo enim negocio potest requies inveniri nisi, precesserit labor. Quanto magis in spiritualibus rebus, nisi precesserit temptacio, non potest esse probacio?

Attendite a falsis prophetis. Primum scire oportet quia sunt omnino falsi christiani, nam nulla res sic perdit christianos viros magis quam hoc, quia quoscunque viderint dici christianos quasi christianos eos estimant. Si enim constat quia falsi sunt christiani, aut ille est falsus christianus aut tu. Si non tu, ille. Si ille, ut quid

7. B: *fieri volunt.* 13, 14. A: *ieiunium — ovile* deest. 17. B: *Unde manifestum.* 19. A: *sed* deest. 27, 28. A: *quidem — Periculosa* deest. 30. A in marg.: *Nota.*

Digitized by Google

How to know false christians.

eum christianum estimas, de quo Christus tibi mandavit, quia christianus non est; quem Deus suum non confitetur filium, tu quomodo estimas tibi fratrem? Sed forte dicis quomodo possum dicere illum non esse christianum, quem video Christum confitentem, altare habentem, sacrificium panis et vini offerentem, baptizantem, scripturas sanctorum legentem, omnem ordinem sacerdocii habentem. Vir sapiens, si non confitetur Christum et manifesta esset gentilitas illius et seducebaris in eam, insania erat qua seducebaris. Nunc autem, quia confitetur Christum sed non sic quemadmodum Christus mandavit, negligencie tue est, si ab eo seducaris. Qui enim in occultam foveam cadit, negligens dicitur, quia non caute prospexit; qui autem in manifestam foveam cadit, non negligens dicitur sed insanus. Quod autem de multitudine ecclesiasticorum mysteriorum dixisti, hoc audi responsum: Quoniam et simia hominis omnia habet membra et per omnia hominem imitatur, numquid propterea dicendus est homo? Sic et heresis omnia ecclesie misteria habet et imitatur misteria, sed non sunt ecclesie.

Attention is required.

Deinde sciens Dominus quia non erant manifesti gentiles sed absconditi sub christiano nomine, iam non dixit: Aspicite sed Attendite. Aspicere enim est simpliciter videre; attendere autem est caute considerare; ubi enim certa res est et indubitabilis aspicitur; ubi autem incerta et dubitabilis attenditur. Sciens ergo Christus, quia est in illis aliquid quod aliud pro alio videtur, aliud desuper positum, aliud inclusum, ideo dixit: Attendite, ut scias quia non corporali aspectu attendendum est sed vigilancia spirituali. Si enim corporaliter illos aspicias, cognoscere non potes, quia scemata christianitatis habent. Nam homines passibiles, quomodo potestis videre mendacia veritatis velamine cooperta?

Do good works and you will learn to know truth from error.

Primum ergo attendendum est per opera bona. Si enim opera iusticie facimus et a nullo errore decipimur, et ipsi omnem sentimus errorem. Nam ipsa res facit errare que facit alterius errorem non cognoscere. Nam qui non cognoscit mendacium alterius, suam non intelligit veritatem. Ergo quamdiu opera bona facimus, ipsum lumen iusticie ante oculos nostros adaperit veritatem. Sic

7, 8. B: *Vir sapiens sis si.* 9. B: *in illam.* 12. A: *seduceris.* 23. A in marg.: *Quid est attendere et quid aspicere.* 25. A: *aspicitur — dubitabilis* deest. 34, 35. B: *Si enim si.* 35. A: *a* deest; B addit. 38. A: *non* deest.

Digitized by Google

et peccata peccancium sensus tenebrescere faciunt, ut non videntes mendacium cadant in illud. Vide enim ab inicio ex quo inter homines seminatus est error fidei, non error diabolicus fecit homines malos, sed homines mali diabolicum sibi fecerunt errorem. Si error fecisset homines malos, tunc culpa erat Dei qui tales homines fecit, ut ab erroribus seducantur. Nunc autem culpa est hominis, qui voluntarie eligit errorem, quia non possunt errores prevalere in homines nisi peccata precesserint. Prius enim peccatis plurimis excecatur homo et sic diaboli seduccione decipitur et cadit in mortem. Quemadmodum enim sole manente non prevalet nox; cum autem accesserit ad occasum, tunc occupat mundum; sic quamdiu lumen iusticie in homine fuerit, tenebra erroris eum non apprehendit. Ergo bonis operibus vigilandum est, quia non error generat peccata sed peccata errorem; sicut dicit Sapiencia: Impietas hominem trahit ad errorem. Attendite. Sicut admonet: Attendite; quasi invito Deo diabolus hereses introducat, non Deo invito sed permittente. Si enim gentes non credidissent in Christum, intelligebamus virtutem fuisse diaboli qui gentes credere non permisit. Nam si diabolus aliquid potuisset, ab inicio credere non permisisset. Nunc autem ex eo quod omnes gentes crediderunt sed postea ex gentibus credentibus facte sunt hereses, manifestum est quod non fuit virtus Dei sed permissio Dei. Et quare sic admonet quasi qui noluit fieri, quia
400a *non sine iudicio vult servos | suos habere, ideo misit temptacionem. Quoniam autem non vult eos perire per ignoranciam, iam admonet, ideo temptacionem mittit, ne mali cum bonis coronentur; ideo autem admonet, ne boni cum malis pereant.*

Attendite vobis a falsis prophetis. Scriptum est; Omnis lex et prophete usque ad Johannem, non quia futuri non erant post Johannem. Fuerunt enim Agabus et Silas et multi, sed quia prophecia de Christo non erat ventura post eum, ideo post Johannem prophecia quidem cessavit. Prophete autem et fuerunt et sunt, sed qui non prophetarent de Christo scilicet venturo, sed qui interpretarentur

Prophecy is said to end with John, because he was the last to prophesy of Christ's coming.

8. A: *prevalere* deest. 19. Codd.: *Deo* deest. 29. A: *ideo ad monet.* 31. A: *bonis.* 34. B: *scilicet prophete.* 36. A: *ergo post.* 37. A in marg.: *Quod omnes christiani dicuntur prophete secundum Chrysostomum.*

17. Prov. XIII, 6. 34. Matth. XI, 13.

Digitized by Google

ea que de Christo ab antiquis fuerunt prophetata, id est, doctores ecclesiarum. Sed et omnes christiani prophete dicuntur qui in regnum et sacerdocium et in propheciam unguntur. Nec enim quis potest propheticos interpretari sensus, nisi habeat spiritum prophecie. Hec autem diximus ut ostendamus, quia prophete de quibus Christus loquitur doctores dicuntur. Sciens ergo Dominus futuros esse falsos doctores heresum diversarum contra veros doctores qui scripturas propheticas et apostolicas perversa interpretacione confunderent, ideo per apostolos suos omnium ecclesiarum doctores admonet dicens: Attendite a falsis prophetis. Hec Crisostomus.

CAP. L.

The false prophets we are warned against are Christians.

Prosequitur autem iste subtilis philosophus et profundus theologus hanc preciosam doctrinam evangelicam in hec verba: *Et ne forte dicat aliquis hereticus doctor quia non dixit falsos nos prophetas sed gentilium et Iudeorum doctores, ideo addidit dicens: Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium. Quamvis et de Judaicis quidem falsis apostolis et prophetis ista predicit, tamen de illis Judaicis qui in Christum quidem fuerant credituri ex eis, perversa autem loquentes secundum suggestionem maligni spiritus ad corrupcionem christianorum fuerant locuturi, de quibus cavendis in omni epistola sua sollicite ammonet Apostolus, quorum filii sunt et heretici modo. Oves enim christiani dicuntur, vestimentum autem ovile est species christianitatis. Vides quia de hereticis christianis loquitur Christus fugiendis, qui a foris in schemate christiani videntur ab intus autem confessionis efficacitate gentiles. Et isti multo periculosiores sunt quam illi Judaici, quoniam illi quidem reiecti ab apostolis et notati extra conventum christianorum heretici vagabantur et furtim quosdam corrumpebant incautos. Isti autem quasi fundati christiani et ecclesias suas habentes; et quid dico? ecclesias eciam regentes palam cum libertate subvertunt. Et sic multiplicati sunt ex diverso ut christiani vagi pocius videantur quam illi. Et quomodo non sunt periculosi aut quomodo suadent multis. Et ne adhuc*

13. B in marg.: *47.* 18. A: *doctores* deest. 31. A: *notat.* 35. A: *eciam* deest; B addit. 36. A: *in christiani.*

Digitized by Google

dicat hereticus, quia de veris christianis doctoribus loquitur Christus, quia christiani quidem sunt, tamen peccatores sunt. Omnis enim christianus qui facit peccatum, falsus christianus dicitur. Et vere quidem est, quia christianus
5 *qui facit peccatum nec penitet de peccato, falsus est christianus. Tamen ut scias quia non de christianis peccatoribus sed de hereticis doctoribus loquitur; non tantum dixit: Qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, sed addidit: Ab intus autem sunt lupi rapaces. Christiani*
10 *enim doctores etsi fuerint peccatores, servi quidem carnis dicuntur, quia vincuntur a carne, tamen propositum non habent perdere christianos. Et ideo non dicuntur lupi rapaces. Vides ergo quia manifeste de hereticis doctoribus dicat, qui in eo proposito schema christianorum*
15 *susceperunt providente diabolo, ut christianos iniquo seduccionis morsu dilanient. De qualibus lupis Apostolus dicit ad Ephesios: Scio quia post decessum meum intrabunt in vos lupi graves, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exient, perversa loquentes, ut ducant discipulos*
20 *post se. Audi ergo quod si es doctus ab hereticis putas, te eruditum et baptizatus ab eis putas te christianum factum. Vide doctores hereticos qui lupi dicuntur a Christo devoratores. Si ergo eruditus es ab hereticis, raptus es non eruditus; si baptizatus ab eis es, devoratus es, non*
25 *salvatus. Nam luporum est devorare, non salvare.*

Quid ergo: Est ex fructibus eorum cognoscetis eos? Fructus enim hominis est confessio fidei eius et opera conversacionis ipsius. Si ergo videris hominem christianum, statim considera si conversacio eius convenit cum scripturis;
30 *et tunc verus est christianus. Si autem non est quemadmodum Christus mandavit, falsus est. Sic enim et Johannes cum de hereticis scripsisset epistolam, non dixit. Si quis venerit ad vos non habens Christi nomen nec Ave ei dixeritis, sed si quis non attulerit istam doctrinam. Judicium*
35 *christianitatis non ad nomen retulit sed ad confessionem, quia non nomen solum Christi christianum facit sed et veritas Christi, quia in nomine Christi multi ambulant,*

By what fruits we may know men.

14. B: *dicit;* ib. A: *in* deest. 18. A: *lupi rapaces.* 19. B: *ipsis* deest. 22. A: *lupi* deest. 31. A in marg.: *Quod oportet si homo sit christianus quod conversacio eius conveniat cum scripturis sacris, quia aliter non est christianus secundum Crisostomus.* 34. A: *attulit.* 35. B: *ad* after *sed* deest.

16. Act. XX, 29, 30. 33. II. Joh. X.

Digitized by Google

in veritate autem eius pauci. Deinde vide. Numquid ovis lupum persequitur aliquando? Sed lupus ovem. Sic enim Caym persecutus est Abel, non Abel Caym, sic Ismahel persecutus est Isaac, non Isaac Ismahel, sic Esau Jacob, non Jacob Esau, Judei Christum, non Christus Judeos, heretici christianos, non christiani hereticos.

How the wolves may be known.

Ergo ex eorum fructibus cognoscetis eos. Si quis lupum cooperiat ovina pelle, quomodo illum cognoscetis nisi aut per vocem aut per actum. Ovis inclinata deorsum balat, lupus | autem in aerem convertit caput suum 400b *contra celum et sic ululat. Qui ergo secundum Deum vocem humilitatis et confessionis emittit, ovis est. Qui autem contra veritatem blasphemiis ululat, quia contra Deum, lupus est. Sicut dicit propheta de illis: Iniquitatem in excelso locuti sunt; posuerunt in celum os suum. Ovis herbam manducat, lupus carnibus delectatur. Quem ergo videris de prato scripturarum herbas floridas iusticie colligentem, ovis est; quem autem videris in sanguine persecucionis gaudentem, lupus est.*

True miracles are beneficent

Ad huc autem considera virtutes quas facit, utiles aut inutiles. Utiles sunt, quia mirabiliter fiunt et ad salutem proficiunt, ut puta infirmos sanare et alia huiusmodi que fecit Christus. Vacua autem sunt que admiracionem quidem faciunt videntibus, utilitatem autem afferunt nullam, ut puta volare per aerem, sicut et Dominum diabolus hortatatur, statuas facere ambulare aut commisceri flamme et non comburi et alia qualia Simon fecit. Nam plena opera ex Deo sunt, quia et ipse est plenus; vacua autem opera ex diabolo, sicut ipse est vanus et vacuus. Nam quia quedam mirabilia fiunt ex Deo, quedam autem ex diabolo, demonstrat Nicodemus. Non enim dixit: Nemo potest signa facere nisi Deus sit cum illo sed dixit: Nemo potest hec signa facere que tu facis, nisi Deus sit cum illo. Et antea quidem ex hoc solo cognoscebantur falsi prophete et veri, si utilia aut inutilia facerent signa, nunc autem quia futurum est ut eciam ex parte bona faciendorum signorum diabolo detur potestas et aliud querere debemus, scilicet si necessarium est secundum tempus aut non est necessarium. Si enim

13. A: *contra* after *autem* deest; ib. A: *quia* deest. 15. A: *in celum in celis.* 20. A: *utiles sunt aut.* 23. A: *Christum.* 33, 34. A: *sed dixit — illo* deest.

14. Psalm. LXXII, 8, 9. 27. Simon, i. e. Magus. 32. Joh. III, 2.

Digitized by Google

Christus mirabilia propter confirmacionem infidelium faciebat, non propter ipsos quos sanabat (ipsos enim in fide sanare poterat, non in signo), manifestum est quia modo cum nullus sit infidelis, faciendorum miraculorum necessitas non est; ergo si inutile fecerit signum, falsus est propheta, quia non facit ut alium edificet in fide sed ut se ostendat in opere. Hec Crisostomus.

Ex istis verbis huius sancti patet quod fideliter et utiliter exposuit hanc scripturam usque ad fundamentum. In ea notat enim primo grammaticam de attencione, quomodo supra simplicem inspeccionem dicit diligentem et providam intuicionem; et sic videtur duo dicere, scilicet hanc prudentem attencionem et fugam mali post perceptam maliciam, et tunc construitur cum ablativo, ut in proposito, sed primo modo cum accusativo, ut Psalmo LXXVII, 1: *Attendite popule meus legem meam.* Unde metricus

Percipit attendens, attendit homo fugiensque.

The four sects are the false prophets.

Et sicut iste sanctus exponit, Christus omnisciens precepit sue ecclesie diligenter cavere a falsis prophetis, quos scivit in sua ecclesia successuros. Nec dubium, ut litera Christi sonat et iste sanctus exponit, intelligit per istos falsos prophetas istas sectas quatuor que de se verificant verba Christi. Opera enim illorum et vita testantur quod Christus de illis prophetaverat verba ista. Cum enim Christus sit omnisciens, cognovit tales lupos dispersuros oves futuros in ecclesia. Cum ergo faciunt tantum malum in Christi ovibus et de nullis aliis magis verificatur prophecia Domini, quis negaret hec verba Christi illis competere aut quod specialiter de illis Dominus prophetavit?

CAP. LI.

The warning is clearly against future false prophets.

Non possumus autem omnia verba istius sancti exponere que quoad interpretacionem istius verbi evangelici loquitur sapienter, sed quedam sunt propter subtilitatem materie transcurrenda. Primo quidem patet ex sensu verborum Domini quod loquitur de falsis prophetis futuris in ecclesia militante, dum mandat ab

8. A in marg.: *Johannes.* 18. AB in marg.: *Versus.* 32. B in marg.: *48.* 36. A in marg.: *1.*

Digitized by Google

illis attendere. Attencio enim evangelica hec non potest ad sanum sensum referri ad illa que hominibus sunt preterita, ut nemo sane mandat nunc quod homo attendat ad pericula, que sunt in aquis diluvii; ideo periculum istorum falsorum prophetarum a quibus Christus mandat attendere pro tempore huius doctrine evangelice est futurum et nichil consequencius, quia prius dictum est quod fides ecclesie fuit per infideles duplices insultanda, scilicet per infideles a principio extrinsecos et per hereticos qui prius fideles fuerant et postmodum infideles; et illos vocat Christus falsos prophetas; falsos quidem quia patenter deviant a semita Jesu Christi; et cum ipse sit prima veritas, necesse est istos sic devios esse falsos. Prophetas autem oportet ipsos esse, quia oportet ipsos esse ypocritas et per consequens oportet ipsos false dicere futurum gaudium atque iudicium; nec ponamus vim in isto, si sequatur: Isti sunt falsi prophete, ergo sunt prophete, sicut videtur Crisostomum large loqui; et videtur evangelium Joh. XVIII, 13 loquens de Cayfa: *Cum*, inquit, *esset pontifex anni illius, prophetavit dicens: Expedit unum hominem mori pro populo.* Si autem quis dixerit quod, sicut non sequitur: Iste est falsus denarius ergo denarius, quia fructus denarii privatur per inexistenciam falsitatis, ita sciendum est de falso propheta: non contendo vero in ista dissensione verbali, sed noto verbum quod sequitur quod *veniunt* ad fideles *in vestimentis ovium;* cum enim hee secte quatuor sint generacio adultera, oportet quod sophistice | querant signa; ideo non dicit 400c
Christus quod veniunt in mente vel voluntate ovium, in quibus subiectatur christiana religio sed in vestimentis ovium. Per hoc enim potest ypocrita illudere magis fidelibus. Et ita non sequitur, si sic veniunt in vestimentis ovium quod sunt oves, cum Christus dicit postmodum quod intrinsecus sunt lupi rapaces. Et cum tota personalitas hominis consistit in spiritu et non in vestibus, patet quod ex hoc sequitur quod sunt lupi rapaces. Et cum hii false prophete pretendunt se esse prelatos vel doctores ecclesie, patet quod talium aliqui sunt vere pastores vel adiutores ecclesie, aliqui vero falsi ypocrite et ad prudenter discernendum distinc-

Not all who have sheep's clothing are sheep.

1. A: *hec* deest. 8. B: *fuit* deest. 29. B: *querunt*.

Digitized by Google

cionem istorum apponenda est magna diligencia viatori. Ideo dicit magister optimus: *A fructibus eorum cognoscetis eos*. Si enim sunt veri pastores, tunc in moribus secuntur Christum et per consequens sunt terra aratro
5 Dei trita gerens frumentum in mentibus fidelium quos eciam colunt. Si autem privantur hoc fructu, tunc sunt lupi vel vulpes.

Three notes of the wolf: pride, ravine, mischief.

Ponit autem Crisostomus tres condiciones que hiis lupis conveniunt, prima quod lupus verso capite in
10 aere contra celum ululat, secunda condicio est quod lupus carnibus delectatur, tercia condicio est quod lupus nunquam visitat oves nisi propter earum malum. Et tres condiciones contrarie sunt de ove.

The pope manifests these. 1. Pride in his claim of power.

Incipe ergo a Romano pontifice cum suis complicibus
15 et vide si verba humilitatis et fragilitatis pastores se confitentes in officio suo deficere ista secta vociferat, quin pocius inutiliter potestatem suam magnificat quod sit immediatus Christi vicarius hic in via et quod habet tantam potestatem, sicut habuit aliquis apostolus
20 vel maiorem; et ita potest quemcunque voluerit a peccato absolvere, quecunque privilegia celestia concedere et non peccare, dum occupaverit istud officium.

Sed ubi rogo maior blasphemia contra Deum? cum Petrus peccavit negando Christum et ceteri apostoli
25 peccaverunt. Numquid iste lupus sit maior illis apostolis? Sed omnia ista ypocritice pretenduntur propter fastum et cupidinem rerum mundi, nec est aliqua alia utilitas in hac blasphema pompacione sed periculum satis spissum. Ideo debet christianus notare doctrinam Criso-
30 stomi et videre prudenter quid talis lupus fundat ex sinceris floribus scripturarum et ibidem pedem figere non amplius credendo tali lupo quicquid dixerit. Et eodem modo tractandum est cum episcopis et vulpibus sodalibus talis lupi. Nam Cant. II, 15 Spiritus Sanctus
35 conqueritur in hec verba: *Capite nobis vulpes parvulas que demoliuntur vineas*. Vulpes autem plene sunt ad exercendum maliciam suam sed parvule in virtute; habent autem officium istud diabolicum quod demoliuntur vineas, hoc est, ecclesias Christi nituntur de-
40 struere, doctor autem catholicus debet versucias eorum

The bishops are like him, as it were, foxes.

9. A in marg.: *1.* 10. A in marg.: *2.* 14. A in marg.: *A.* 15, 16. B: *pastoris se confitentes.* 17. A in marg.: *Conclusiones blasfeme.* 23. A in marg.: *Obieccio.* 29. A: *Ideo dicit christianus. Ideo debet christianus.* 32. A: *tali vulpi.*

Digitized by Google

apprehendere et doctrinam Christi audacter populo publicare. Et eodem modo dicitur de monachis, canonicis ac fratribus quoad suam oracionem atque ieiunium de excellencia meritoria vite eorum qua ypocritice fingunt se excedere alios de secta simplici christiana. 5

2. Ravine: Many have been slain through papal indulgences, e. g. for the war in Flanders.

Secunda vero condicio lupina, scilicet quod carnes comedit, stat in hac secta quadruplici, quia notato quam scienciam ista curia Romana diligit, fidelis statim inveniet quod non fidem scripture sed contenciones quibus pingues mundanos posset comedere; et ad hoc 10 vadunt sue censure, citaciones et alia que ypocritice concedunt viantibus; et breviter difficile est christianum docere quod tirannus cesar Romanus ut Dioclicianus vel alius plures fideles occiderit quam occidit Romanus episcopus. Occidit enim quosdam fideles dando suis 15 irregularibus indulgencias, ut patet de occisis *Flandrensibus* et multis aliis occisis in bellis papalibus.

Other deaths have been caused by citations and by imprisonment inflicted on the faithful.

Occidit secundo citando multos fideles ad curiam tam in aqua quam in arida multis modis. Et tercio occidit incarceracione et mortibus multis aliis fideles 20 quos citat ad curiam dum dicunt sibi evangelicam veritatem. Dimitto autem occisionem anime per infidelem heresim, quia innumerabilis est numerus talium occisorum et delictum est eo amplius quo heresis infidelitatis cum potestate pretensa mundana per istos ypocritas commi- 25 scetur.

3. Mischief. They do not the work of shepherds but rob and slay the flock.

Quoad terciam condicionem patet quod nec papa nec secta sua nec aliquis prelatus trium sectarum sequencium unquam visitat ovile christianorum ad eorum salutare commodum secundum triplex officium pastorale, 30 sed ut furetur, mactet et perdat. Cum enim omnes hee secte quatuor non intrarunt per ostium in ovile ovium, manifestum est ex dicto Christi Joh. X quod sunt *fures et latrones*, et per consequens sive in persona propria sive per nuncios et literas suas venerint, hoc 35 est principaliter ut furentur et mactent et perdant animas quoad Deum, quia si cum istis paribus vicem gerunt alicuius apostoli, hoc est solummodo Scariothis, et | breviter attende ad leges suas, ordinaciones sive 400[d] miracula et in maiori parte non sapiunt utilitatem 40 anime ad beatitudinem acquirendum sed fastum seculi

6. A in marg.: *B.* 13. B: *Dioclisianus.* 19. A: *in* before *arida* deest. 27. A in marg.: *C.* 29. B: *nunquam.* 31. A: *enim* deest. 36. A: *mecient.* 41. A: *sed stastum*; ib A in marg.: *De Eucharistia.*

Digitized by Google

vel lucrum, ut heresis eorum de sacramento altaris, ubi concedunt sacerdotibus suis potenciam transsubstanciandi vel adnichilandi panem. Cum miraculum istud non sit sensibile, nec cedit ad bonum mundi sive ecclesie, quis dubitat quin sit mendacium hereticum per ypocrisim palliatum? Unde si sentencia huius Johannis de christianis sit vera, patet quod pauci vel nulli de istis sectis quatuor sunt christiani sed sex officia que fingunt se facere in ecclesia sunt ypocritice palliata.

Transubstantiation.

CAP. LII.

Sequitur in textu evangelii: *Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit, mala autem arbor fructus malos facit; non potest arbor mala fructus bonos facere neque arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur; igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

Super quo Augustinus: *Quo loco error illorum maxime cavendus est, qui de his ipsis duabus arboribus duas naturas opinantur esse, quarum una sit Dei et altera nec Dei nec ex Deo. De quo errore libris aliis et iam disputatum est uberius, et si adhuc parum est, disputabitur; nunc autem non eos adiuvare istas duas arbores docendum est. Primo quia de hominibus eum dicere tam clarum est, ut quisquis precedencia legerit et subsequencia, miretur eorum cecitatem. Deinde attendunt quod dictum est: Non potest arbor bona fructus malos facere neque mala bonos. Et ideo putant neque animam malam fieri posse, ut in melius per Dei graciam commutetur neque bonam in deterius, quasi dictum sit: Non potest arbor bona mala fieri, neque mala bona fieri, sed dictum est: Non potest arbor bona fructus malos facere neque mala bonos. Arbor est quippe ipsa anima, id est, homo ipse, fructus vero opera hominis; non igitur potest malus*

Augustine: This text gives no support to the heresy of the Manichaeans.

The tree is the man; the fruit his works.

9. A: *in ecclesia* decst. 10. B in marg.: *49.* 14. A: *fecit.* 18. A in marg.: *Augustinus.* 19. B: *est* decst; ib. B: *duabus* decst. 21. B: *De quorum.* 21, 22. B: *libris aliis disputatum est uberius.* 25, 26. A: *et sub sequencia miretur.* 27. A in marg.: *Quod arbor est ipsa anima id est homo ipse fructus vero opera eius secundum Augustinum.* 34. A: *opera eius.*

10. Matth. VII, 16—20. 18. De sermone Domini in monte l. c. p. 232.

Digitized by Google

homo bona operari neque bonus mala. Malus ergo si vult bona operari, bonus primo fiat. Sic et alio loco evidencius dicit ipse Dominus: Aut facite arborem bonam aut arborem malam. Quod si duas naturas istorum his duabus arboribus figuraret, non diceret: Facite. Quis enim hominum potest facere naturam? Deinde eciam ibi cum ipsarum duarum arborum mencionem fecisset, subiecit: Ypocrite, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali. Quamdiu ergo quisque malus est, non potest facere bonos fructus. Si enim bonos fructus fecerit, iam malus non erit. Sic verissime dici poterit: Non potest nix esse calida, cum enim calida esse ceperit, non iam eam nivem sed aquam vocamus. Potest ergo fieri ut que nix fuit non sit. Non autem potest fieri ut nix calida sit. Sic potest fieri, ut qui malus fuerit non sit malus, non tamen fieri potest ut malus bene faciat. Quia eciamsi aliquando utilis est, non hoc ipse facit, sed fit de illo divina providencia procurante, sicut de Phariseis dictum est: Que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite. Hoc ipsum quod bona dicebant et que dicebant utiliter audiebantur et fiebant, non erat illorum. Super cathedram enim, inquit, Moysi sedent. Per divinam igitur clemenciam et providenciam legem Dei predicantes possunt esse audientibus utiles, cum sibi non essent. De talibus alio loco per prophetam dictum est: Seminastis triticum et spinas messuistis, quia bona precipiunt et mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant et faciebant que ab eis dicebuntur de spinis uvas legebant, sed per spinas de vite legebant uvas, tamquam si manum aliquis per sepem mittat, aut certe de vite, que sepis fuerit involuta, uvam legat, non spinarum est fructus ille, sed vitis.

We must learn what to look for as fruits.

Rectissime sane queritur quos fructus nos attendere voluerit, quibus cognoscere arborem possimus. Multi enim quedam in fructibus deputant que ad vestimentum ovium pertinent et hoc modo a lupis decipiuntur, sicuti sunt ieiunia vel oraciones vel elemosyne que omnia nisi fieri eciam ab ypocritis possent non diceret superius: Cavete ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis.

2. A: *et* deest. 5. A: *fugaret.* 11. A: *potuit.* 13. A: *igitur.* 14. A: *fuerit.* 21. A: *super* deest. 23. A: *clemenciam et* deest. 30. B: *ut certe.* 33. B: *possumus*; ib. B in marg.: *Vestimenta ovium.*

3. Matth. XII, 33. 8. ib. 34. 19. Matth. XXIII, 3. 21. ib 2. 25. Jerem. XII, 13. 39. Matth. VI, 1.

Digitized by Google

Alms, prayer and fasting are not fruit, but sheep's clothing in which the wolf may be disguised.

Qua sentencia preposita ipsa tria exequitur, elemosynam, ieiunium et oracionem. Multi enim multa dant pauperibus non misericordia sed ambicione et pompa seculari, igitur gloria inani alia quam Dei largiuntur. Et multi orant vel pocius videntur orare, non Deum intuentes sed hominibus placere cupientes. Et multi ieiunant et mirabilem abstinenciam pretendunt eis, quibus ista difficilia videntur, et honore digna existimantur, et huiuscemodi dolis eos capiunt, dum aliud ostentant ad decipiendum, aliud exserunt ad depredandum vel interficiendum eos qui sub isto vestimento ovino lupos videre non possunt. Hi igitur non sunt fructus de quibus cognosci arborem monet. Ista enim cum bono animo in veritate fiunt, proprie sunt ovium vestes; cum autem malo in errore non aliud quam
401* *lupos contegunt. Sed non ideo debent oves odisse | vestimentum suum, quia plerumque illo se occultant lupi.*

The fruits of the corrupt tree.

Qui sunt ergo fructus quibus inventis cognoscamus arborem malam? Dicit Apostolus: Manifesta vero sunt opera carnis que sunt fornicaciones, immundicie, luxurie, idolorum servitus, veneficia, inimicicie, contenciones, emulaciones, animositates, dissensiones, hereses, secte, invidie, ebrietates, comessaciones et hiis similia; que predico vobis sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non agunt neque possidebunt; neque gaudium virtutis fuit sicut voluntas; et hoc post ad sanctos pertinet, ad peccatores vero gestus magis et cupiditas deputanda sunt. Et qui sunt fructus per quos agnoscamus arborem bonam. Idem ipse consequenter dicit: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continencia etc.

Sane sciendum est, gaudium hic proprie positum. Mali enim homines non gaudere sed gestire dicuntur proprie, sicut superius diximus voluntatem proprie positam, quam non habent mali, ubi dictum est: Omnia quecunque vultis ut faciant vobis homines, hec et vos eis facite. Ex ista proprietate verbi quod gaudium non dicitur nisi in bonis eciam propheta loquitur, dicens: Non est

2. B: *dant* deest. 8. Codd.: *exerunt.* 10. B: *intercipiendum.* 16. B: *quod illo se; plerumque* deest. 17. A: *inventus.* 24. B: *agunt neque.* 24, 25. A: *virtutis fit.* 31. A: *sicut superius diximus proprie positum.* 36. A: *qua gaudium*; A in marg.: *Nota quod boni proprie gaudent, quia gaudium non est proponisi in bonis.*

18. Gal. V, 19 et seqq. 28. ib. 22 et seqq. 36. Matth. VII, 12. 37. Is. LVII, 21.

Digitized by Google

gaudere impiis, dicit Dominus. Ita quoque posita est fides, non quecunque utique, sed fides vera. Et cetera que hic posita sunt habent quasdam imagines suas in malis hominibus et deceptoribus, ut omnino fallant et se et alios ad perdicionem suam, nisi quisque iam mundum oculum et simplicem habuerit quo ista cognoscat. Optimo itaque ordine primo actum est de oculo mundando et deinde dicta sunt que caverentur salubriter.

Sed quoniam quamvis quisque oculo mundo sit, id est, sincero et simplici corde vivat, non potest tamen cor alterius perfecte intueri, quecunque in factis vel dictis apparere non potuerint, temptacionibus aperiuntur.

Temptacio vero duplex est, aut in spe adipiscendi aliquod commodum temporale aut in timore amittendi. Et maxime cavendum est ne tendentes ad sapienciam que in solo Christo inveniri potest, in quo sunt omnes thesauri sapiencie et sciencie absconditi: cavendum igitur est ne ipso Christi nomine ab hereticis vel quibuslibet aliis male intelligentibus et huius seculi deceptis amatoribus decipiamur. Nam ideo sequitur et monet dicendo: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum celorum etc. Hec Augustinus.

A good tree is the man who is predestinate.

Videtur istum sanctum cavere de heresi Manicheorum de Deo bono et Deo malo; qua heresi Augustinus dicitur fuisse aliquociens irretitus, et sic propter evitandum istud periculum Augustinus videtur intelligere hec verba evangelica in sensu composito, ita quod iste sit sensus Domini: non stat quod sit arbor bona et fructus malos faciat nec econtra, ita quod solum intelligat per arborem bonam hominem predestinatum ad gloriam et arborem malam hominem prescitum ad penam perpetuam. Quamvis enim stat hominem facere bona de genere et esse iustum secundum presentem iusticiam, non tamen stat quod talis homo mereatur beatitudinem, sicut nec stat predestinatum mereri dampnacionem, quantumcunque malum faciat secundum presentem iusticiam; et ita videtur quodcunque peccatum presciti esse infinitum gravius quam peccatum aliquod predestinati, quantumcunque magna blasphemia appareat secundum humanum iudicium; et eodem modo de quacunque virtute predestinati quod sit infinitum maior

7. A: *de mundano.* 13. A: *est* deest. 23. A in marg.: *Johannes.*

20. Matth. VII, 21.

Digitized by Google

quam virtus aliqua presciti, cum predestinatus per illam meretur beatitudinem et prescitus per virtutem suam, quantumcunque magna appareat, non potest beatitudinem composite promereri.

CAP. LIII.

Probabile autem est hiis quibus dicta heresis suspecta non fuerit uti alia logica in hoc loco, ita quod per arborem bonam intelligatur simpliciter predestinatus ad gloriam et per arborem malam intelligatur simpliciter prescitus ad penam perpetuam, et sic non attendendo ad regulam de sensu composito logicorum concedatur simpliciter quod arbor bona non potest fructus malos facere nec econtra, cum predestinatus non potest esse prescitus nec prescitus predestinatus ex invariabili noticia vel preordinancia Dei nostri. Omnia quidem que evenient de necessitate evenient et cameracio verborum utencium ista logica est similior verbis textus et facilior ad glossandum. Et supponendo priorem logicam est difficultas si homo potest esse causa sue predestinacionis vel divine presciencie; et arguitur hinc inde per plurimas raciones.

Another sense: the good tree is the predestinate, the bad the reprobate.

Can a man be the cause of his own predestination?

Videtur autem michi nunc istam materiam esse contenciosam et inutilem et ita, cum secundum regulas Anselmi predestinancia et presciencia dicunt active actum predestinantis et prescientis et cum ille non poterit esse nisi fuerit eternus, nulla creatura posset esse principium huius actus. Actus tamen talis implicat multa tempore suo succedere que sunt in hominis potestate, et ita videtur probabile intelligendo terminos
401b passive | quod nemo potest facere suam predestinacionem, quamvis posset facere aliquid quod consequitur ad suam predestinacionem, quia si homo est predestinatus in primo instanti temporis est verum, quod ipse est predestinatus; ideo predestinacio passiva vel est eterna, convertibilis cum predestinancia Dei eterna, vel sempiterna, quam oportet in principio temporis incepisse.

This is a vain contention.

5. B in marg.: *50.* 11, 12. A: *conceditur*; A in marg. inf. fol. 401a: *Prescitus non potest esse predestinatus nec econtra.* 14. B: *innerabili.* 15. A in marg.: *Quod omnia que evenient de necessitate evenient.* 18. A in marg.: *Dubium.* 19. A: *non potest.* 22. A in marg.: *Responsio.* 25. A: *cum* deest. 30. A: *et nemo.* 31. A: *quod sequitur.*

Digitized by Google

Aliqui ergo sunt actus in talibus Deo proprii quos oportet sibi singulariter reservare et alii actus de necessitate consequentes qui possunt homini communicari; ille autem qui tenet hanc logicam tenebit consequenter secundum quod per hanc sentenciam est dicendum, et qui variat in hac logica in verbis secundum quod expedit variabit.

Chrysostom: Mystical symbolism of the grape.

Sed dimissa ista materia contencionem amantibus videndum est quid dicit Crisostomus in hoc loco. Nam super isto textu sic loquitur: *Uva misterium in se habet Christi. Sicut enim botrus multa in se grana mediante ligno suspendit, sic et Christus multos fideles per signum crucis tenet adiunctos. Similiter eciam sicut ficus multa grana uno tegmine tenet inclusa, sic et multos fideles quasi quodam dulci caritatis amplexu una tenet ecclesia. Et sunt in ficu signa hec caritatis et unitatis, caritatis quidem in dulcedine, unitatis autem in coniunccione granorum, sicut scriptum est: Deus qui inhabitare facit unanimes in domo. In uva autem est paciencie quidem signum, quia in torculari mittitur, gaudii autem in spe quia vinum letificat cor, sinceritatis quia non est aqua permixtum et delectacio suavitatis. De hiis autem scriptum est: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, paciencia, bonitas, mansuetudo, fides, modestia, continencia. Spine autem sunt heretici, sicut sermo ipse demonstrat superius dicens: Attendite a falsis prophetis. Ergo non possunt spine et tribuli ecclesiasticos fructus proferre. Sed quid proferunt? Vulnera, tribulaciones et cetera mala, quemadmodum spina vel tribulus ex quacunque parte illam conspexeris habet aculeos: sic et servos diaboli ex quacunque parte consideraveris iniquitatibus pleni sunt ut servus diaboli. Si loquitur, in dolo loquitur, si tacet, male cogitat, si irascitur, insanit, si pacienter agit, tempus exspectat nocendi et oportunitatem considerat, quando noceat. Si male agit, non erubescit, si bene facit, ad vanum gloriam propter homines facit. Quomodo proferat fructum bonum, cuius radix diabolus est? Sub arbore bona et bestie et animalia requiescunt, sub spinis autem nullum*

9. A in marg.: *Crisostomus*. 12. A: *lignum*. 15. A: *quasi* deest. 19. B: *in* deest before *uva*. 28. B: *et cetera mala* deest.

1. Op. Imp. l. c. p. 830. 18. Psalm. LXVII, 7. 22. Psalm. CIII, 15. 23. Gal. V, 22, 23.

Digitized by Google

animal requiescere potest nisi tantummodo serpentes. Sic iuxta fidelem hominem et boni et mali homines pacem capere possunt; iuxta infideles autem homines nemo pacem potest habere, neque requiescunt in eis nisi tantummodo serpentes, id est, demones qui habent cubilia in pectoribus eorum. Fructus eorum nulli procedunt ad unum: umbra enim refrigerii non est in eis, et verum est quidem, quia spinas et tribulos omnes iniquos hereticos appellavit; tamen forsitan sciens Dominus hanc heresim esse prevalituram pre omnibus tribulos eos appellavit quasi Trinitatis professores et triangulam impietatem in sua perfidia baiulantes.

It is not said that the good tree cannot become bad, or vice versa; but that the tree while bad or good brings forth corresponding fruits.

Non potest arbor bona fructus malos facere et non potest arbor mala facere fructum bonum. Non dixit: arbor mala non potest fieri bona, sed neque arbor bona mala. Alioquin qui malus est a Deo esset quod malus est, et qui bonus, in Deo est quod bonus est. Nunc autem sicut dicit: Malus non potest facere fructus bonos, id est, quamdiu malus est. Si vero factus fuerit bonus, potest ut unusquisque quod malus est aut bonus voluntatis eius sit non nature. Nam si volebat et non poterat fructus bonos proferre nature erat. Si autem potest et non vult, arbitrii est non nature. Ergo servus Dei non potest facere malum. Et si videtur tibi aliquando quod male facit, considera caute ipsum malum eius et invenies eum ab intus esse bonum. Nam ex proposito bono eciam quod videtur malum bonum est, quia bonum propositum malum opus excusat, malum autem opus propositum bonum non contempnat. Vidisti Moysen homicidium faci-entem, sed non propter suam iniuriam sed propter servorum Dei vindictam. Vidisti Jacob aliud loquentem in lingua et aliud habentem in corde, cum diceret ad Esau, quia vidi faciem tuam, sicut qui viderit faciem Dei sed non ut deciperet eum sed ut compesceret.

A bad man or an infidel cannot do good.

Similiter, malus non potest facere bonum; et si videtur tibi facere bonum, considera caute ipsum bonum et invenies illud ab intus esse malum. Nam quod ex proposito malo fit eciam bonum malum est. Nam bonum opus

7. B: *est* omitted before *quidem*. 9. B: *esse* deest. 17. A: *et qui bonum esset*. 19. B: *si autem*. 24. B: *Si videtu . Et* deest. 33. A: *qui vidi*. 34. B: *ut comprescere dixit*.

33. Gen. XXXIII, 10.

Digitized by Google

malum propositum non excusat; malum autem propositum bonum opus condempnat. Si videris infidelem humilem aut mansuetum, scito quia subdolus est in corde. De talibus enim dicit propheta: Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi sunt iacula. Si videris eum bona opera facientem, | intellige quia propter 401[e]
homines facit. De illis enim dicit Dominus: Omnia faciunt, ut ab hominibus videantur. Sicut ergo bonorum hominum omnia eciam mala bona sunt, sic malorum hominum omnia eciam bona mala sunt. Si ergo videris aliquem Deum in veritate non colentem quasi bonum, ne credas oculis tuis et dicas illum bone vite, sed crede magis Deo quam tibi qui dixit: Non potest arbor mala facere fructum bonum. Si autem dicis illum bonum mendacem fecisti Christum. Tu enim vides que sunt in facie, Deus autem que sunt in corde. Sicut enim in orto multe sunt arbores fructum inutilem facientes, in silvis autem non invenitur bonum faciens, sed aut non faciunt aut insipidum faciunt et acerbum: sic in ecclesia que ortus est Christi, Salomone dicente: Ortus conclusus, fons signatus soror mea; paradisus cum fructu pomorum, multi sunt mali. In ecclesiis autem heresum que sunt silve deserte nemo est bonus, quia etsi aliquis est bonus, propter homines est bonus et non propter Deum.

Hoc secundum fidem dixi. Que sunt autem secundum racionem? Audi: Quicunque aliquid facit aliquid est propter quod facit et nemo facit aliquid propter nihil. Qui pugnat, propter predam aut propter gloriam victorie pugnat. Qui navigat, propter necessitatem aut propter lucrum navigat. Sicut nichil potest sine radice nasci, sic nichil potest fieri sine causa. Sic qui bonum facit aut propter retribucionem regni celestis facit aut propter iudicium pene. Interrogo ergo te: Infidelis propter quid facit bonum? Propter iudicium pene dicis. Sed non timet Deum. Quomodo autem timeat Deum ne peccet in opere qui non timet ne peccet in fide, cum sit peius male credere quam male agere. Propter retribucionem dicis, sed si sperat in Deum qui non curat utrum mendaciter

8. A in marg.: *Nota quod bonorum hominum omnia eciam mala bona sunt, sic malorum omnia eciam bona mala sunt.* 26. A: *est* deest. 31. B: *faciet.* 36. A in marg.: *Nota quod peius est male credere quam male agere et melius bene credere quam bene agere.*

4. Psalm. LIV, 22. 20. Cand. IV, 12, 13.

Digitized by Google

credat aut vere, cum sit melius bene credere quam bene agere, quoniam fides sine operibus aliquid est etsi mortua est, opus autem sine fide nichil est. Ut quid ergo facit bonum? Ut videatur ab hominibus et laudetur, et ideo bonum illius malum est. Si enim sine labore poterat homo bonum facere in hoc mundo, credibile erat, ut infidelis faceret bonum propter hoc ipsum, quia bonum facere bonum est. Nunc autem cum hominibus in carne viventibus sicut contrarium sit bonum facere, sic difficile et prope impossibile, ut neque magni illi sancti perfecte potuerunt explere quod bonum est; quomodo infidelis faciat bonum cum tanto luctamine nullam spem retribucionis habens pre oculis suis? Quis agonem suscipit tam periculosum unde palmam non sperat? Quid ergo? Sine dubio sperat aliquid, ergo faciat bonum: quod est illud ut mereatur ab hominibus gloriam vanam. Nam multam dat virtutem homini ad laborandum concupiscencia vane glorie; et si cum indulgencia possum dicere maiorem dat virtutem homini ypocrite concupiscencia vane glorie, quam fidelibus spes regni celestis. Et hec est racio, contra spem regni celestis adversatur natura carnis. Concupiscencia autem vane glorie ex carne est: et ideo consentit ei carnis natura. Ideo ergo dicit: Omnis arbor que non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur, quia et mala arbor videtur facere iusticiam sed non bonam nec ad usum proficientem. Nam qui propter Deum facit iusticiam, Deus illam mandavit et facit. Qui autem propter vanam gloriam facit bonum, diabolus illud facit; et ideo diabolus delectatur in eo. Falsos igitur christianos quos Deus in ignem mittendos promittit Christus, quo modo tu putas participes gracie tue? Hec Crisostomus.

Right belief better than right action.

Vain glory a powerful motive.

CAP. LIV.

Ad intelligendum verba subtilia huius sancti oportet notare distincciones et equivocaciones communium terminorum. Nam bonum et malum dicuntur satis equivoce ut aliquod est bonum nature, sic quelibet

We must be precise in language.

3 B: *faciat.* 7, 8. A: *quia facere bonum est.* 9. A: *sit contrarium.* 13. B: *Quid agonem.* 15. B: *ideo facit bonum.* 19. A: *homini* deest. 20. B: *hec* deest. 22, 23. A: *consistit ex carnis natura.* 27. A: *et facit* deest. 30. B: *Deus* deest. 31. Codd.: *modo* deest. 32. A in marg.: *51*; A in marg.: *Johannes.* 35. A in marg.: *1.*

Digitized by Google

Distinction between natural and moral good.

creatura, et aliud bonum moris cuiusmodi sunt virtutes. Media autem inter ista vocantur a quibusdam bona de genere, quia aliquam similitudinem habent cum virtutibus et a circumstancia quadam necessaria ad meritum fidelis deficiunt, sicut ille prescitus qui facit bonum ecclesie sed deficit in virtute finalis perseverancie.

Tales igitur, licet sint in gracia secundum presentem iusticiam, tamen cum habent peccatum finalis impenitencie, quia peccant continue in Spiritum Sanctum, deficiunt a gracia predestinacionis; ideo quicquid fecerint non est meritorium vite eterne sed continue edificant ad iehennam.

Two kinds of evil: of pain, of guilt.

Et sic duplex est malum, scilicet malum pene et malum culpe. Malum pene est pena nociva et capit subdivisionem multiplicem sicut pena; malum autem culpe est ipsa culpa et multipliciter dividitur sicut culpa. In istis autem distinccionibus latent quedam equivocaciones; ideo cum contradiccio non | nominis tantum sed rei et nominis non repugnat quod iste sanctus cum aliis dicat quod bonum virtutis sit aliquid et nichil, sic bonum vel malum aliud; et sic de predicacionibus aliis in quibus doctores multum equivocant. 401[4]

We should rejoice in pain, since it is ordained by God.

Difficultas autem antiqua est de duplici membro mali, cum sancti ut fidem accipiunt quod omne malum pene sit iustum a Deo volitum et causatum; et sic sancti debent de omni malo huiusmodi delectari. De malo autem culpe est sermo multiplex, cum quidam dicunt quod non est sed deest, et loquendo de culpa vel peccato formaliter pene omnes concedunt quod non est a Deo et (ut Augustinus concedit) non habet causam efficientem sed deficientem.

Whether sin exists.

Super quo verbo quidam mussitant cum peccatum, si est in subiecto, peccante aliquo subiectatur et Deus vult punire peccatum et ecclesie sue proficere; ymmo Spiritus Sanctus dicit: *Omnis qui facit peccatum servus est peccati.*

2. A in marg.: *2.* 3. A in marg.: *Bonum tripliciter nature et moris et bonum de genere malum duplex pene et culpe.* 5. A in marg.: *3.* 14. A in marg.: *1.* 15. A in marg.: *2.* 18. B: *in hiis autem.* 21. B: *aliquid* deest. 22. B: *et malum;* B in marg.: *Duplex malum.* 26, 27. A in marg.: *Malum pene.* 30. B in marg.: *Peccatum.* 34. A in marg.: *Obieccio.*

37. Rom. VI, 17.

Digitized by Google

Ex quibus videtur quod habet causam proficientem, efficientem et subiectantem et finientem et dominatur peccatori ipsum facienti, licet serviat Deo nostro.

Tales sunt multe equivocaciones stantes in racionibus analogicis et dimittentes defectus qui sunt veraciter ipsum nihil. Nec contingit logicum loqui de peccato in ista materia, nisi vel scienter vel ignoranter equivocaciones huiusmodi demonstraret.

Three kinds of being: ideal, causal, individual.

Sed ulterius notandum est secundum sanctos et specialiter secundum Augustinum quod res dicitur habere triplex esse, scilicet esse intencionale vel ideale, quod habet in Deo, et esse causale quod habet in causis secundis. Vel tercio esse individuale vel effectuale, quod habet in natura sua propria; et in ista equivocacione laborant plurimi in loquendo. Et sic quidam concedunt quod malum pene habet esse ideale vel intencionale eternum in Deo; cum Deus eternaliter intendit quod peccatum ad mundi pulcritudinem et beatorum gaudium puniatur. Peccatum autem Deus non intelligit per ydeas, sed (ut placet Lincolniensi) per eternam carenciam idearum. Et iuxta tales equivocaciones ponunt doctores conclusiones quas non omnes auditores intelligunt, ut communiter dicitur quod Deus non vult quod aliquis peccet, licet velit quod peccatum diaboli vel hominis puniatur; et sic fabulantur logici de multis consequenciis in quibus studiosissimi sunt decepti, ut ista consequencia secundum logicos est formale: Istud peccatum punitur, ergo informat vel instituit peccatorem; et: Deus vult quod illa consequencia sit bona, et Deus vult antecedens; ergo Deus vult et consequens, et per consequens Deus vult quod istud peccatum instituat peccatorem. Et in ista materia laboravit sollicite Bradewardinus. Videtur enim ipsum dicere quod Deus vult quod homo peccet, sicut Deus vult quod puniatur ad pulcritudinem universi, et sic Deus necessitat hominem ad peccandum, sicut est auctor peccati.

Some (as Bradwardine) say that God ordains sin.

Et quantum ad controversias sanctorum per detecciones equivocancium videtur evadere, et ita sicut Deus

11. A in marg.: *Esse triplex.* 17. B: *cum Deo.* 19. B: *bonorum gaudium.* 20. A in marg.: *Lyncolniensis.* 23. A: *quod* deest. 33. A in marg.: *Opinio Bradwardyni de peccato.*

Digitized by Google

eternaliter intelligit peccatum, vel quod homo peccet, sic eternaliter ordinat quod sic peccet.

Wyclif, being suspected of heresy, dares not speak thus.

Ego autem *cum sum magis suspectus de heresi*, non audeo ita loqui sed concedo quod peccatum diaboli incepit in mundi exordio et Deus ipsum intellexit et novit sine idea peccati (ut placet Lincolniensi). Et ita non est consequencia naturalis vel bona, ut dicunt logici, ubi alterum extremum est esse primum peccati, cum Deus non velit istam consequenciam esse bonam; et ita malum pene habet ideam eternam in Deo sed non taliter malum culpe; et ita concedunt quidam cum Apostolo Eph. I, 5 quod *Deus eligit predestinatos in Christo ante mundi constitucionem.*

The predestinate are elect before the world was made.

Sed dubitatur ulterius si predestinati sint electi ante mundi constitucionem, et videtur quod sic, quia oportet quod Dei predestinancia vel Dei activa eleccio pro quacumque mensura fuerit veritatem habeat terminantem. Ideo concedunt quidam tamen pro nomine et terminis anagogicis quod hoc positivum quodcunque fuerit est eternum; et sicut Deus eternaliter eligit et ordinat creaturam, sic illud eternaliter est ordinatum et electum a Deo et eternaliter habet esse ideale in Deo. Sed negant talia cum nominibus substantivis que connotant qualitatem vel esse existencie creature. Et ita videtur quod pena peccati fuit ante mundi exordium ordinata. Causa enim peccati est a Deo volita, licet non sit a Deo volitum quod sic peccet. Et patet quodammodo unde est malum, quia malum pene est a Deo et malum culpe est a creatura peccabili, licet ordinancia Dei eterna de illo malo precesserit.

In what sense God ordains sin.

Sed difficultas communis est si peccatum a Deo fuerit ordinatum, sicut Deus eternaliter causam sibi efficientem ordinat et finalem. Et videtur Lyncolniensem dicere quod peccatum quoad esse suum primum non habet causam aliquam efficientem vel finalem, sicut peccatum non est secundum esse suum primum, sed deest. Ideo loquendo de peccato lingue sepe balbuciunt sed loquendo de esse secundo peccati quod est esse necessarium atque felix, de quanto peccatum ex Dei gracia

3. A in marg.: *Opinio Johannis.* 7—8. B in marg.: *Non est consequencia bona, ubi (alterum) extremum est esse pri(mum).* 12. B: *elegit.* 14. A in marg.: *Dubium.* 28—29. A in marg. int.: *Quod malum pene habet esse a Deo, malum culpe est a creatura peccabili.* 33. A in marg.: *Lyncolniensis.*

Digitized by Google

proficit et creaturis pluribus facit bonum; sic Deus vult peccatum et est a Deo ad bonum ecclesie ordinatum. Et tamen Deus non vult vel ordinat quod quis peccet, et ita laborant quidam anxie in equivocacione de de-
5 ficere peccati et esse bono peccati quod quidam vocant esse secundum, licet peccatum non habeat esse primum.

Sin has no being, save in a secondary sense.

402ᵃ Alie autem sunt difficultates notabiles | in sermonibus huius sancti, ut videtur innuere quod presciti qui sunt arbores de silva non faciunt fructum bonum, hoc est,
10 opera ad suam beatitudinem promerendam, et si quandoque faciunt bonum de genere, hoc fit cum acerbitate peccati finalis impenitencie; et sic est malum non solum quoad tempus sed malum simpliciter. Propositum autem Pauli quo voluit persequi christianos et extinguere
15 nomen Christi, quia credidit ipsum non esse Deum sed pure hominem fuit malum culpe, quia infidelitatis sed non malum finalis impenitencie; in ypocritis autem est communiter illud malum.

Unde quidam dicunt quod nos occidui sumus maniaci
20 infideles, quia in penam peccati prioris sumus a Deo stulticia excecati quod peccatorem maximum ut papam ex statu perverso assumpto credimus impeccabilem, et sic in indulgenciis, in quiditate hostie consecrate et sic de peccatis similibus multi occidui maniace sunt seducti.
25 Potest autem probabiliter intelligi propositum esse bonum, quando homo sincere est in proposito ad secundum legem Christi ecclesie prodessendum et tunc evacuat inanem gloriam et errores particulares perfidie, ut Paulus habuit infidelem errorem de Christo, licet habuit rec-
30 tum propositum generale; et sic sincerum et sanctum propositum facit in homine opus bonum, licet ad sensum equivocum foret malum.

We western Christians are punished with blindness.

CAP. LV.

Sequitur in textu evangelii: *Non omnis qui dicit: Do-*
35 *mine, Domine, intrabit in regnum celorum; sed qui facit*

3—6. A in marg. int.: *Quod peccatum non habet esse primum sed deficere vel deesse sed habet esse secundum.* 7. A: *notabiles* twice. 8. B: *et ut videtur.* 8, 9. A: *innuere quoniam sunt arbores.* 13, 14. A: *Propositum autem mali.* 22. *assumpto;* ita codd.; recte: *assumptum.* 23. A *in* before *indulgenciis* deest. 28. A: *et Paulus.* 31. B: *esse bonum.* 33. B in marg.: 52.

34. Matth. VII, 21.

Digitized by Google

Augustine: Not words, but deeds shew us to be good.

voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum. Super quo Augustinus: *Ne putemus ad illos fructus iam pertinere, si quis Domino et magistro nostro dicat: Domine, Domine, et ex eo nobis arbor bona videatur. Sed illi sunt fructus, facere voluntatem Patris qui in celis est, cuius faciende se ipsum exemplum prebere dignatus est.*

To 'say' may be used of mere speech or may include the mind and will of the speaker.

Sed merito potest movere quomodo huic sentencie conveniat illud Apostoli, ubi ait: Nemo in spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu et nemo potest dicere: Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto, quia neque aliquos habentes Spiritum Sanctum possumus dicere non intraturos regnum celorum, si perseveravint usque in finem nec intraturos possumus dicere Spiritum Sanctum non habere neque illos qui dicunt, Domine Domine, et tamen non intrant in regnum celorum, possumus dicere habere Spiritum Sanctum. Quomodo igitur nemo dicit: Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto, nisi quia Apostolus proprie posuit verbum quod est, dicit, ut significet voluntatem et intellectum dicentis? Dominus vero generaliter posuit verbum quo ait: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine etc. Videtur enim dicere eciam ille qui nec vult nec intelligit quod dicit, sed ille proprie dicit, qui voluntatem ac mentem suam sono vocis enunciat. Sicut paulo ante quod dictum est, gaudium in fructibus spiritus proprie dictum esse non eodem modo quo alibi dicit Apostolus. Non gaudet super iniquitatem, quasi quisquam possit super iniquitatem gaudere, quia illa elacio est anime turbide gestientis non gaudium; nam hoc soli boni habent. Ergo dicere videntur eciam illi qui non hoc quod sonant dicere videntur, ut intellectum cernunt et voluntatem agunt, sed voce tantum sonant, secundum quem modum Dominus ait: Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in regnum celorum. Vere autem hoc proprie illi dicunt, a quorum voluntate et mente non

2 B: *Augustinus 244.* (sic). A in marg.: *Augustinus.* 3, 4. A: *et magistro* deest. 4. A: *Domine* once; 5. B: *scilicet facere.* 10. B: *anethema.* 13—15. A: *celorum non habere* deest. 13. Codd: *si perseveraverint usque in finem* deest. Addidi. 15—17. Codd. *Neque illos—habere Spiritum Sanctum* deest. Addidi. 26. B: *eo modo.* 28. A: *possit.* 29. A in marg.: *quod boni proprie gaudent non autem mali licet habeant elacionem anime.* 30. A: *dicere videntur* deest. 31, 32. B: *cernant . . . agant.* 33, 34. A: *Domine* once.

2. De sermone Domini in monte l. c. p. 234. 9. I. Cor. XII, 3. 27. I. Cor. XIII, 6.

Digitized by Google

abhorret prolacio sui sermonis, secundum quam significationem Apostolus dixit: Nemo potest dicere Dominum Jesum nisi in Spiritu Sancto. Et illud ad rem maxime pertinet, ne decipiamur tendentes ad luminosam contemplacionem veritatis, non solum nomine Jesu Christi domini nostri per eos qui nomen habent et facta non habent, sed eciam quibusdam factis atque miraculis, qualia propter infideles, cum fecerit Dominus, monuit tamen ne talibus decipiamur arbitrantes ibi esse invisibilem sapienciam, ubi visibile miraculum viderimus; adiungit dicens: Multi dicent mihi in illa die etc. Hec Augustinus.

Christ warned us against being misled by miracles.

Videtur hunc sanctum intendere quod non solum sufficit Christo dicere: *Domine, Domine* nudo sermone et intellectu anime, sed oportet quod dicat ad honorem Trinitatis sermone, anime intencione et tercio opere. Ideo signanter dicit Christus tercio *sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum.*

We must acknowledge Christ not only in word but in truth and in deed.

Et patet quam insipida est instancia sophistarum qua arguunt quod omnis qui ter dicit Domine, scilicet mente, opere et sermone, bis dicit Domine et per consequens omnis qui ter dicit Domine ut sic indisponit se ut intret beatitudinem, quia ut sic dicit Domine Domine, et impertinens foret textus Christi: *Non omnis qui dicit michi Domine Domine intrabit in regnum celorum*, nisi binarius huius diccionis indisponeret hominem ad introitum beatitudinis.

Sophistical contention.

Dicimus autem sophistis quantum ad istum obiectum quod attendendum est non solum ad terminos in scriptura sed ad taciturnitatem vel omissionem terminorum cum precisione que in terminis est inclusa; et sic videtur Christum intelligere quod non sufficit ad beatitudinem quod homo dicat bis Domine, voce et mente, sed oportet quod addat tercium Domine, scilicet faciendo mandatum Dei in opere vel non sinentibus circumstanciis voluntatem Dei impleat propria voluntate.

Answer to it.

Et hinc quidam capiunt quod quilibet salvandus exercitet suam potenciam quoad Patrem, recte credat

2, 3. A: *Dominus Jesus.* 5. A: *Jesu* deest. 12. B: *istum sanctum.* 13. A in marg.: *Johannes*; ib. *Christo*; B in marg.: *Christiano.* 16. A: *tercio* deest. 28. A in marg.: *Responsio.* 37. A in marg.: *Nota.*

2. I. Cor. XII, 3.

Digitized by Google

exercitan | do suum intellectum quoad Filium, et tercio 402b
oportet omnino quod finaliter et plene conformet voluntatem suam divino beneplacito quoad Spiritum Sanctum, eo quod Christus magis attendit ad bona opera quam ad verba, quia Deus non est Dominus nudorum verborum sed operum, cum sit realissima veritas in abstracto.

Other sophists try to shew that the command to do the will of God is superfluous.

Sed secundo quidam sophisticantes obiciunt subtilius quod oportet omnem dicentem Domine Domine facere ut sic voluntatem Dei patris, quia si elicit actum meritorium et perseverat in actu huiusmodi usque ad mortem, tunc facit voluntatem Dei patris. Si autem quiescit in dicto binario et non usque ad mortem perseverat in gracia, tunc est veritas quod sic facit et per consequens tota Trinitas vult huiusmodi veritatem, et sic sive hoc faciat sive omittat, cum oportet quod faciat veritatem quam oportet esse voluntatem Patris, videtur quod oportet omnem viantem voluntatem facere Trinitatis; ad quid ergo adderet Christus illud tercium quod inevitabiliter consequitur ad priora?

Some ask why men should be punished since God necessitates to sin.

Et hic remurmurant quidam contra illud quod dicunt alii placere Deo quod homo peccet, ymmo quod Deus ordinat et necessitat ut sic peccet. Nam tunc videtur quod ut homo peccat facit voluntatem Dei tamquam servus fidelis, quia opus bonum quod consequitur ad peccatum; et sic videtur mirabile quod Christus dampnet hominem precise propter hoc quod homo facit ecclesie utilitatem et Dei voluntatem ad quam Deus necessitat. Quomodo igitur dicit Mattheus quod talis homo sit arbor mala que fructum bonum non potest facere, quia aliter non potest facere quam facit ad quod Deus necessitat? Quomodo ergo propter tale servicium quod simpliciter conformat Dei voluntati excidetur talis arbor et in ignem mittetur? Numquid est graciosum premium huius domini sic dampnare servum suum propter hoc quod complet fideliter sui domini voluntatem? Tales sunt multe literales instancie contra illos qui dicunt quod omne peccatum est Deo beneplacitum et quod Deus necessitat ad omne opus positivum, immo ad peccatum quodlibet faciendum.

2. B: *omnino* deest. 8. A in marg.: 2. *Quod Deus est realissima veritas in abstracto et ideo non est dominus nudorum verborum sed operum.* 13. A: *in dicto* deest. 23. A in marg.: *Obieccio.* 34. A in marg.: *Responsio.*

Digitized by Google

We say that God does not ordain sin and that man sins by his free will.

Propter talia inconveniencia que videntur sonare in Dei blasphemiam dicimus nos cum antiquis quod Deus non vult peccatum nec necessitat ad peccandum, et tamen cum hoc concedimus quod omnia que evenient de necessitate evenient, quia omnia positiva a quibus peccatum excipitur, ymmo omnia peccata, cum homo omissione se ipsum necessitat ad peccandum, necessario sunt futura, et cum hoc impossibile est quod aliquis peccet nisi propterea racionabiliter sit culpandus, cum hoc sit in eius libera voluntate. Dico autem propter peccatum originale, quod hoc est in eius potestate libera vel sui generis quod est ipse; et ita non dicimus quod Deus vult peccatum, quia tunc Deus vellet esse primum peccati vel quod homo peccaret (quod idem est) sed Deus permittit peccatum et illud ex sua gracia convertit in bonum, ideo nemo in peccando facit Domini voluntatem sed sui precepti contrarium. Verumptamen ex magnificencia huius domini oportet quod ipsemet graciose faciat ut sua volicio sit impleta, quia dum punit homines misericorditer pro peccato, impletur sua eterna volicio, et sic impletur sua voluntas que ex eius eternitate consequitur. Et ita non dicimus quod homo in quantum peccat facit vel implet Domini voluntatem sed Dei voluntati resistit, non sic tamen quin ex Dei omnipotencia voluntas Domini impleatur; nec concedimus si homo sit occasio per peccatum quod impleatur Dei voluntas, quod ut sic Dei faciat voluntatem, et sic videtur Crisostomum sentire quod prescitus sit occasio a Deo graciose accepta quare completur Dei volicio; et tamen propter iniquitatem sui propositi ipse non facit Dei voluntatem sed resistit culpabiliter quantum potest; et ita dicendum est de aliis obiectibus qui sunt contrarie sentencie quam tenemus. Deus enim qui est per se iustus non vult vel ordinat nisi iustum velit vel ordinet penam ex iniusticia consequentem. Et ita dixerunt sancti ante nos quod peccatum esse non est veritas sed falsitas, licet ad illam falsitatem veritas ex Dei omnipotencia consequatur. Et ideo dicit Augustinus quod ex veritatis vehemencia veri-

God allows sin and makes it work for good.

The sinner does not do God's will, but God makes sin fulfil his will.

1. A in marg.: *Nota de voluntate Dei et peccato.* 4—6. A in marg.: *Quod omnia que evenient necessario evenient et tamen peccare est in libera homini voluntate.* 8. A: *quod quis.* 17. A: *sed in.* 26. Codd.: *quod si.* 35. *Aliquot verba exciderunt.* 39. A in marg.: *Nota logicam Augustini.*

Digitized by Google

tas ipsa est falsitas, quia si verum sit falsum esse, veritas est quod falsum est, et hoc est falsitas. Et conformiter dicitur de peccato; ideo loquendo de esse primo peccati vel falsitatis contra Dei beneplacitum ipsum non est a Deo volitum, licet Deus velit veritates racionales que sequuntur.

Preachers may do good to their audience and not to themselves.

Unde Augustinus super isto verbo *Numquid colligunt de spinis uvas etc.* (ut recitatur superius) dicit: *Si aliquando malus utilis est, non hoc ipse facit sed fit de illo divina procurante providencia.* Et sequitur hoc ipsum quod pharisei bona dicebant sed quod que dicebant utiliter audiebantur et fiebant non erat illorum. Per divinam igitur providenciam legem Dei predicantes possunt esse audientibus utiles, cum sibi non essent. In istis tamen locucionibus oportet attendere quod peccatores proprie male faciunt et non bona nisi equivoce. Et patet in parte studenti solucio ad obiectus. | 402[c]

CAP. LVI.

Chrysostom: The false prophets we are warned against are christians.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Falsos prophetas de quibus cavendum erat locutus non alios esse nisi falsos christianos et falsos christianorum predicatores his verbis manifeste demonstrat, scilicet: Non omnis qui dicit michi Domine Domine etc. Gentiles enim aut Judei priusquam credant non dicent Christo: Domine, Domine, sed illi soli qui tam ex Judeis quam gentilibus visi sunt quidem credidisse in Christum, conversantes autem et predicantes contra voluntatem Dei et Christi preceptum facti sunt falsi predicatores.*

The fruit by which we must judge is conformity to the law of Christ.

Item, quoniam falsos prophetas et veros ex fructibus eorum docuit discernendos, hic iam manifestius docet qui sunt fructus quibus discernuntur probi doctores et reprobi. Qui enim dicunt Christo tantummodo Domine, Domine, et faciunt voluntatem Dei, illi soli probabiles sunt. Et que est voluntas Dei ipse Dominus docet: Hec est

6. A in marg. inf.: *Quod peccatum quoad esse primum non est a Deo volitum, licet Deus velit veritates racionales que sequuntur etc.* 11 Codd.: *quod* deest 17. A: *obiectus* sequitur in textu: *Crisostomus autem super isto textu sic loquitur. Falsos prophetas de quibus cavendum;* ib. A: *Crisostomus* in marg. 18. B in marg.: *53.* 19. A in marg.: *Crisostomus.* 23. A: *Domine, Domine* deest; ib. A: *Gentiles autem Judei.* 24. A: *dicunt.* 25. A: *ex gentilibus.* 34. A: *Domini.*

19. Op. Imp. l. c. p. 831. 34. Joh. VI, 40.

Digitized by Google

autem voluntas eius qui misit me, ut omnis qui videt filium hominis et credit in eum, habeat vitam eternam. Ergo voluntatem Dei facere, hoc est, credere in Christum, sicut et alibi Judeis interrogantibus quid faciemus ut operemur opera Dei, respondit: Hoc est opus Dei ut credatis in illum quem ipse misit. Credulitatis autem sermo et ad confessionem respicit et ad actum. Qui ergo sic confitetur Christum, sicut ipse docuit, ille credit Christo; qui autem non sic confitetur quomodo docuit, ille non credit et qui non sic conversatur quomodo ille mandavit non credit Christo. Credere autem Christo obedire est Christo. Qui autem non confitetur aut non conversatur secundum verbum eius, ille nec obedit Christo nec credit Christo, propterea tam ille quam iste non intrabunt in regnum celorum.

Christ's warning is against the friars.

Ex istis verbis huius sancti doctoris patet fidelibus luce clarius cum conversacione fratrum quod Christus ipsos intelligit quando dicit: *Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium*, quia illi de se ipsis patenter verificant hoc evangelium; et blasphemum est dicere: Christus parcit detegere sue ecclesie eorum versuciam vel quod intelligit per hec verba communia Fratres qui ex facto docent quod sunt precipua sub illis verbis contenta; et conformiter dicitur ad glosas Fratrum quoad textus librorum novi testamenti qui in tractatu alio sunt collecti. Et ut breviter utar verbis sanctorum, Fratres et tres alie secte dicunt implicite quod doctrina Christi in sanctis apostolis et specialiter post ascensionem Domini non fuit sufficiens, sed ad regulandum religiosos postmodum incompleta, vel quod non fuit satis difficilis ad beatitudinem promerendum, vel si hoc hee quatuor secte negaverint, dicant ex qua racione vel auctoritate superaddita super religionem Domini sunt fundate. Et cum hoc non possunt ostendere, manifestum videtur quod deserentes legem Domini et constituentes sibi novam extraneam ipsam diligencius amplectuntur. Et cum hoc sit signum manifeste ingratitudinis, patet quod hee secte quatuor

The friars say implicitly that Christ's teaching sufficed for the apostles but not for them.

2. B: *hominis* deest. 5. A in marg.: *Nota.* 8. A: *ille* deest. 9. B: *autem* deest. 11. A: *Credere enim.* 16. A in marg.: *Johannes.* 19. A: *que veniunt.* 24. B: *ab illis verbis.* 29. Codd.: *nota fuit.*

12. Joh. VI, 28, 29.

Digitized by Google

incurrunt anathema, quam predicit Apostolus I. Cor. ultimo: *Si quis non amaverit dominum Jesum Christum, anathema sit.* Et cum secundum istum sanctum ille qui nec credit in Christum nec conversatur ut Christus docuit, est sibi inobediens, videtur quod iste secte quatuor ex suis novitatibus non diligunt Salvatorem, et cum finaliter perseverant in isto proposito, credentes suam conversacionem esse in hoc meritoriam, videtur quod sunt heretici quos Dominus hic describit.

Augustine: Christ knows only those who work righteousness.

Sequitur in textu evangelii: *Multi dicent michi in illa die: Domine Domine, in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et virtutes multas fecimus; et tunc confitebor illis quia nunquam novi vos; discedite a me, qui operamini iniquitatem.*

Super quo Augustinus: *Non ergo cognoscet nisi eum qui operatur equitatem. Nam et ipsos discipulos suos prohibuit gaudere de talibus, scilicet quod demonia illis subiecta fuerunt. Sed gaudete, inquit, quia nomina vestra scripta sunt in celis, credo vero quod in illam sanctam civitatem Jerusalem matrem nostram supracelestem ad quam suspiramus, in qua nonnisi sancti gloriosique viri regnabunt. An nescitis, ait Apostolus, quoniam iniqui regnum Dei non possidebunt?*

Miracles may be worked by the wicked.

Sed forte quis dicat non posse iniquos visibilia illa miracula facere et mentiri pocius illos credat qui dicturi sunt: In nomine tuo prophetavimus et demonia eiecimus et virtutes multas fecimus. Legat igitur quanta fecerint resistentes famulo Dei Moysi magi Egypciorum, aut si hoc non vult, quia non in nomine Christi fecerunt, legat que ipse Dominus dicit de pseudoprophetis, ita loquens: Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi et pseudoprophete et dabunt signa magna etc. Ecce predixi vobis.

Quam igitur mundo et simplici oculo opus est ut inveniatur via sapiencie, cui tante malorum et perversorum hominum decepciones erroresque obstrepunt, quos omnes

5. B: *hee secte.* 9. B: *describit* etc. 15. A in marg.: *Augustinus.* 17. *id est quod.* 18. B: *sibi fuerunt subiecta.* 19. A: *scribuntur.* 25. A: *post istos credat.* 29. B: *fecerunt.* 30. A: et *pseudoprophete* deest. 33. Codd.: *magna usque eciam electi.*

1. I. Cor. XVI, 22. 10. Matth. VII, 22, 23. 15. De sermone Domini in monte l. c. p. 235. 17. Lucae X, 20. 19. I. Cor. VI, 9. 31. Matth. XXIV, 23.

Digitized by Google

evadere, hoc est, venire ad pacem certissimam et immobilem stabilitatemque immortalis sapiencie. Vehementer enim metuendum est ne studio altercandi et contendendi quis non videat quod a paucis videri potest, ut parvus sit strepitus contradicencium, nisi eciam ipse obstrepat sibi. 402[d] *Quo pertinet eciam illud Apostoli: | Servum autem Domini non oportet litigare sed mitem esse ad omnes, docibilem, pacientem, cum modestia corripientem diversa sencientes et veritati resistentes, ne forte det illis Deus penitenciam ad cognoscendam veritatem: Beati ergo pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* Hec Augustinus.

Danger of wrangling.

Ex istis verbis huius subtilis sancti sunt multa utilia sacerdotibus annotanda, primo quod vocata miracula quibus sensus hominum obstupescunt non darent fidem fidelibus ad discredendum verbis evangelicis, ut Augustinus docet ex verbis tam legis nove quam veteris, ut patet Matthei XXIV et Exodi VIII. Signa autem talia sensibilia que vocantur miracula possunt fieri per artem demonum. Fides igitur insensibilis infinite superat ista signa. Et hec racio quare fideles ad fidem scripture attenderent.

Et ex isto patet ulterius quod hee secte quatuor et specialiter prelati cesarii timerent sibi de reprobacione Christi in die iudicii, cum ipsi sunt longe plus a Christo viris quos hic reprobat elongati. Non enim in nomine Christi hee secte quatuor prophetant sed propheciam scripture nituntur multipliciter obscurare; nec eiciunt demonia sed evidenter iniciunt, et ipsi in persona propria sunt meridianum demonium, apparencias virtutum indicant preter mendacium quod abscondunt quod ipsi virtute benediccionis panis sacramentalis panem ipsum adnichilant et sine utilitate ecclesie accidens sine subiecto ultra omne miraculum Christi conservant, sed absque dubio mendacia ista heretica non dabunt istis introitum in beatitudine pro die iudicii. Isti enim quos Christus hic reprobat videntur principaliter sola vana maculari gloria. Sed iste secte quatour sunt multis heresibus et peccatis pluribus irretiti. Ideo ex fide Deus non parcet illis in die iudicii.

The sects should dread the day of judgment.

2. A: *que immortalis* deest. 4, 5. B: *parum sit strepitus.* 8, 9. A: *et veritati resistentes* deest. 12. A in marg.: *Johannes.* 13. A in marg.: *r.* 22. A in marg.: *2.* 28. B: *imiciunt.* 32. A: *abique subiecto.*

6. II. Tim. II, 24. 10. Matth. V, 9.

Digitized by Google

Patet tercio quomodo Augustinus sentit quod ad senciendum sincere veritatem fidei in ista materia oportet vitare omnes altercaciones sophisticas et omnes contenciones mundanas, quia pacificis concedit Deus noticiam prophetice veritatis. Et hoc movet quosdam lites istas dimittere et veritati vite christiane sollerter intendere.

CAP. LVII.

In the judgment-day mens works and motives will be manifest.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *In qua die? Quando venerit in maiestate patris sui et separaverit eos ab invicem, sicut pastor gregem suum: quando iam nemo ausus est garrula contencione sermonum aut mendacium defendere aut contradicere veritati, quia tunc iam non mundialis et vana gloria desideratur sed flamma iudicii et pena timetur. In illo die quando os non loquitur et opus non absconditur, sicut in hoc tempore. Sed econtra opera singulorum loquentur et ora tacebunt, quando non persona interrogatur et consciencia videtur, sed econtra consciencia discutitur et persona confunditur, dicente Apostolo: Cogitacionibus invicem se accusantibus aut eciam defendentibus. In illa die, quando nemo excusat peccatorem, sed omnes accusant, nec alter pro altero intervenit, sed singuli ibi timebunt, quia in illo iudicio non erunt testes adulatores homines, sed angeli veraces, non erunt iudicantes personarum acceptores homines, sed Deus iustus qui reddat unicuique iuxta opera sua, quam proprie timencium hominum et angustias paciencium vocem expressit dicens: Domine Domine. Non enim sufficit illi semel dicere Domine quam necessitas timoris astringit. Nonne in nomine tuo prophetavimus? Considera quia in nomine dicunt, non in spiritu, quia in nomine Christi multi ambulant qui non habent spiritum Christi sed seducendi causa. Ideo non ex nomine Christi cognoscendi sunt Christiani sed de spiritu Christi. Ergo prophetant in nomine Christi, in spiritu autem diaboli, quales sunt dominatores. Sed sic discernuntur, quoniam diabolus interdum vera dicit. Sanctus autem Spiritus nunquam mentitur. Concessum est autem et diabolo interdum dicere veritatem, ut mendacium suum*

1. A in marg.: *3*. 8. B in marg.: *34*. 37. B: *verum dicit*.

9. Op. Imp. p. 831. 20. Rom. II, 15. 28. Rom. II, 6.

Digitized by Google

rara veritate commendet. Si autem nunquam diceret verum nec ad temptacionem poterat proficere seduccio eius. Demonia enim eiciunt in nomine Christi habentes spiritum inimici. Magis autem non eiciunt; sed eicere
5 *videntur colludentibus sibi demonibus ipsis, et ideo semper eiciunt et nunquam sanant. Semper ante illos demones quasi castigati clamant et nunquam quasi timentes recedunt. Faciunt et virtutes secundum ea que diximus non utilia et necessaria sed inutilia et vana.*

10 *In omnibus igitur secundum Christi preceptum discuciendi sunt fructus eorum. Si bona conversacio, et vera confessio. Si autem aut confessio conversacioni non convenerit aut conversacio confessioni, fallibilis est. Tunc iurabo illis quia nescio qui estis. Tunc sustinebo, quia*
15 *grandem iram grandis dilacio precedere debet, et grandis dilacio iustius facit esse iudicium Dei et digniorem interitum peccatorum.*

God does not know sinners in the sense that he does not know them as His.

Sciendum quia peccatores nescit Deus, quia nec digni sunt ut cognoscantur. Sic enim et Apostolus ait: Cognovit
20 *Dominus qui sunt ipsius, non quia non cognoscit ipsos sed illos suos esse non cognoscit. Ideo qui pereunt non fuerunt illius. Aut quomodo te Deus cognoscat, cum tu Deum cognoscere nolis. Sicut enim omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videntur vere cogno-*
25 *scere, quia non digne colunt, sicut servi Dominum, sicut factura factorem, et hoc est secundum naturam quidem cognoscere, non autem secundum voluntatem. Sic et Deus*
403a *naturaliter omnes cognoscit | sed non eos videtur vere cognoscere, quia non eos diligit quasi factor facturam,*
30 *quasi dominus proprios servos. Et hoc est secundum naturam cognoscere, non secundum voluntatem, quia omne malum extraneum est a Deo.*

Jurat autem Christus, non ut veritatem suam commendet sed ut incredulitatem condempnet. Non enim si non
35 *iuraverit Christus, mentitur, sed ut illi amplius confundantur firmiori responso, quoniam qui mendax est neminem putat dicere veritatem neque ipsum Deum. Qui enim non seduccione diaboli deceptus mentitur sed proposito men-*

11, 12. A: *et vera confessio* deest. 12, 13. B: *conveniat.* 14. Codd.: *tunc usque tunc.* 15. A: *grande.* 19. A: *sicut.* 22. B: *fuerant ipsius.* 27. B: *autem* deest; ib. A in marg.: *Cognicio Dei duplex secundum naturam et secundum voluntatem, et sic cognicio hominis quoad Deum etc.*

19. II. Tim. 2, 19.

Digitized by Google

dax est, nunquam desinit esse mendax neque post mortem. Nam mors animam quidem a corpore separat, anime autem propositum non amittit. Vis scire? Considera eos eciam post mortem mencientes? Domine in nomine tuo hoc et hoc fecimus. Numquid nesciebant ipsi apud se quia nunquam dilexerant Christum nec fecerant voluntatem eius? Sed putant se, sicut in hoc seculo homines deceperunt, sic et ibi Deum fallere possunt. Ideo eciam non dixit illis: Discedite a me qui operati estis iniquitatem sed qui operamini, quia iniqui non post mortem desinunt esse iniqui, quia etsi peccare non possunt, tamen peccandi propositum tenent. Hec Crisostomus.

How the truth will be known at the judgment day.

Ex ista sentencia huius sancti excerpi possunt fidelibus flores multi notabilis veritatis. Capi enim debet primo a fidelibus status diei iudicii, quomodo tunc per se cognoscentur a fidelibus veritates presentes, preterite et future. Ideo in illo iudicio non erunt vociferaciones veritatum huiusmodi sed sine vociferacione veritates tales erunt cognite tam iudicantibus quam eciam iudicatis. Ex quo patet, cum foret superfluum, quod non erunt pro recusandis reprobis advocati, et istam veritatem catholicam pro rectificanda consciencia debet fidelis sollerter menti imprimere.

The falsehoods of the sects will be exposed.

Secundo videtur hunc sanctum dicere quod in illo die verebuntur demones seminare mendacia, temptare aliquos vel pro aliis procurare. Sicut enim nunc sepe seminant veritatem et postmodum plus colorate decipiant, sic nichil faciunt nisi pro fine aliquo licet malo. Et in isto verecundarentur hee secte quatuor tam spissim seminare incolorata mendacia. Nam Romana curia dicit quod papa habet potestatem pro illo die indulgencias concedendi et dampnandi reprobos sicut placet; et tamen certum est ex fide quod ex ficta sua simulacione et defectu docendi oves sequi Christum propter sinistros mores non habebit tunc potenciam se ipsum a dampnacione perpetua excusandi. Et eodem modo dicitur de sectis sequentibus. Tunc enim clarescet quod sincere christiana religio supra istos privatos ordines prevalebit. Nam ficta obediencia facta hominibus non valet ad beatitudinem adquirendum, nisi de quanto inclinat ad obedienciam summi iudicis faciendum, et tunc

2. B: *a carne.* 6. B: *Christum* deest. 13. A in marg.: *Johannes.* 24. A in marg.: 2.

Digitized by Google

non perstrepent contenciones Fratrum de mendaciis incepcionis et prevalencie sui ordinis cum aliis mendaciis usque ad illud iudicium seminatis Et ex hoc moventur quidam garrulas voces dimittere et iuste vite intendere, quia ex hoc et non ex priori homines in illo iudicio sunt salvandi. Et hoc movet aliquos, ne credant erronee in hac via, quod credant scripture et non falsis fabulis nec glose infundabili sed conversacioni domini Jesu Christi, quia facta dant fidem efficaciorem quam voces.

It will be vain to plead that some of their works were good in kind.

Tercio videtur hunc sanctum intendere quod dampnandi in die iudicii dicent in mente et gestu quomodo fecerunt multa bona de genere sed sine vocali strepitu Deus eos ex sua ypocrisi et defectu sui servicii secundum legem evangelicam iudicabit; et notat multum hic sanctus quomodo dampnandi dicent quod prophetarunt in nomine Christi superficiali apparencia quoad mundum, sed non possunt evadere suum defectum vel omissionem in isto quoad obliquitatem intencionis, quoad substanciam dicti et quoad occupacionem mundanam evangelizacionis rectitudinem excludentem. Si ergo Deus nescit illos esse de ecclesia, quanto magis pompantes modernos falsius operantes.

High position in the Church will be of no avail.

Quarto notat is sanctus quod ad discernendum dampnandos in die iudicii fidelis debet notare tam suam conversacionem quam suam confessionem. Oportet enim quod conversentur excludendo ypocrisim atque mendacium, quia Christus qui est veritas nescit tales esse servos suos fideles sed pocius scit contrarium, cum in ypocrisi perseverant. Ideo signanter isti ypocrite leguntur pompare licet false de eminencia sui status; et tunc creditur quod Romanus pontifex cum cardinalibus delitebit. Nec video quod tres secte alie et fratres specialiter tunc ex suo statu vel opere laudabuntur. Si autem statum illum ex consciencia recta reliquerint et statum quem Christus instituit ut veri christiani assumpserint, tunc possunt confidere de Christi fructuosa noticia illo die.

CAP. LVIII.

Sequitur in textu evangelii: *Omnis ergo qui audit verba mea hec et facit ea assimilabitur viro sapienti*

10. A in marg.: *3.* 11. Codd.: *gustu.* 23. A in marg.: *4.*
40. A: *mea* deest.

39. Matth. VII, 24, 25.

Digitized by Google

qui edificavit domum suam supra petram; et descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam et non cecidit: fundata enim erat supra firmam petram. Et omnis qui au | dit verba mea hec 403b
et non facit ea similis erit viro stulto qui edificavit 5
domum suam supra arenam: et descendit pluvia et venerunt flumina et flaverunt venti et irruerunt in domum illam et cecidit et fuit ruina eius magna.

Augustine: He builds on the rock who does what Christ bids.

Super quo Augustinus: *Non enim quisque firmat que audit vel percipit nisi faciendo. Et si petra est Christus,* 10
sicut multa scripturarum testimonia predicant, ille edificat in Christo qui quod ab illo audit et facit. Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti et irruerunt in domum illam et non cecidit; fuit enim fundata supra petram. Non igitur iste metuit ullas caliginosas super- 15
sticiones (quid enim aliud intelligitur pluvia, cum in mali alicuius significacione ponitur) aut rumores hominum quos ventis comparatos puto: aut vite huius fluvium, carnalibus concupiscenciis tamquam fluentem supra petram. Horum enim trium qui prosperitatibus 20
inducitur, adversitatibus frangitur, quorum nihil metuit qui fundatam habet domum scilicet consciencie sue super petram, id est, qui non solum audit precepta Domini sed eciam facit. Non enim habet stabile fundamentum, si audiendo et non faciendo ruinam edificat. Ait con- 25
sequenter: Omnis qui audit verba mea et non facit ea etc. Hec Augustinus.

Chrysostom: What is required of those who follow Christ.

Crisostomus autem super isto textu sic loquitur: *Et frequenter miramur quia homines aut promissionibus flexi aut terroribus fracti aut persuasionibus falsorum* 30
doctorum circumventi relinquunt fidei veritatem et ad mendacium infidelitatis transmigrant. Quod certe si vel hanc unam Christi sentenciam caute intelligeremus et recordaremur, nunquam de perdicione talium hominum stuperemus. Quomodo enim permaneat apud Deum qui 35
nunquam stetit in Christo? Aut quomodo teneat illum veritas qui nunquam tenuit veritatem? Aut quomodo servet eum iusticia qui iusticiam non servavit? Omnis

11, 12. B: *iste edificent.* 13, 14. B: *et offenderunt in domum illam.* 17. Codd.: *nisi aut.* 24. A: *sed et facit.* 28. A in marg.: *Crisostomus.* 35. B: *apud Christum.*

9. De sermone Domini in monte l. c. p. 236. 11. I. Cor. X, 4. 26. Matth. VII, 26. 28. Op. Imp. l. c. p. 832.

Digitized by Google

qui audit verba mea hec et facit ea. Que verba? Que superius dixit. Ut qui vult esse christianus verus, non solum non occidat sed non irascatur sine causa. Non solum non periuret sed nec iuret. Non solum non for-
5 *nicetur sed nec usque ad oculum concupiscat; non solum non percuciat sed nec percussus repercuciat et non solum aliena non tollat sed eciam cogenti dimittat; non solum amicos sincere diligat sed eciam inimicos; elemosinas faciat non coram hominibus, oracionibus instet intrans*
10 *in cubiculum suum, ieiunia celebret non cum tristicia, non iudicet fratrem suum peccantem, sed sue infirmitatis consideracione ignoscat. Non det sanctum canibus neque margaritas suas mittat ante porcos; petat, querat, pulset et accipiat. Attendat autem a falsis prophetis. Qui ergo*
15 *se talibus edificaverit mandatis, quomodo potest fieri ut aliquando fractus temptacionibus cadat? Aut econtra. Quomodo percussus temptacionibus stabit qui nullius iusticie fundamento ligavit? Quis ista custodivit et cecidit? Et culpamus Deum, quia non custodivit illum.*
20 *Si autem illic prevalet fortitudo diaboli, in quibus iusticia Christi non invenitur, magis in illorum perdicione laudandus est Deus, quam culpandus, quia hi soli pereunt qui mandata Christi contempnunt.*

Similabo eum viro sapienti. Non dixit: Estimabo illum
25 *virum sapientem sed similabo eum viro sapienti. Ergo alter est qui similatur, alter est vir cui similatur. Ergo qui similatur homo est, cui similatur Christus est. Christus enim est sapiens vir qui edificavit domum suam, id est, ecclesiam supra petram, id est, supra*
30 *fortitudinem fidei. Nam fortitudo fidei dicitur petra, propter quam et Simon Petrus est dictus, ad quem dicit Deus: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt ei. Quis est stultus? Diabolus de quo dixit Jeremias: Clamavit*
35 *perdix et congregavit filios quos non genuit, fecit divicias suas non cum iudicio, in medio dierum derelinquet eas et in fine erit stultus.*

7. A: *non aliena non*; ib. B: *nec solum.* 12. B: *Nec det.* 14. B: *autem* deest. 22. A: *qui hi voli.* 24, 25. A: *dicit estimabo eum*; *virum* deest. 28. A: *Christus*; *est* deest. 29. B: *supra* after *est* deest. 33. A: *ecclesiam meam* deest. 36. A: *derelinquerunt.*

32. Matth. XVI, 18. 34. Jer. XVII, 11.

Digitized by Google

The faithless are the house of the devil built upon the sand.

Iste igitur diabolus insipiens ubi edificavit domum suam? Super arenam. Domus enim eius ante Christum fuerunt omnes gentes. Sicut enim sancti sunt domus Christi, ita et impii sunt domus inimici. Edificati autem fuerunt super arenam, id est, super inconstanciam infidelitatis. Si enim constancia fidei dicitur petra, recte et inconstancia infidelitatis arena vocatur, id est, idolatria, que per varias idolorum culturas semper dispersa est, aut certe super arenam, id est, super carnales homines infideles. Ideo autem tales homines arena dicuntur, non terra, quoniam terra quidem fructum facit, arena autem sterilis manet. Deinde quidem, quia terra unita est et in se ipsam constricta; arene autem grana non conveniunt sibi nec adherent ad invicem. Sic sunt et omnes infideles qui sub diabolo sunt, non sunt uniti nec unum sapiunt, sed sunt per diversas opiniones dispersi. Et alias quidem sic dicit, alius autem sic. Sic et dogmata philosophorum docent que sunt contraria | semper sibi. Eo 403c *modo perfidia hereticorum qui nunquam sapiunt unum, sed quot sunt tot sentencias habent. Propter quod arene assimilatur omnis diaboli populus. Populus autem Dei non solum unitus est quasi terre que quamvis compacta sit, tamen solubilis est; sed est sicut lapis constrictus indissolubilis. Tercio quia diaboli populus innumerabilis est sicut arena: Dei autem ex multis vocatis pauci electi.*

The rain is doctrine.

Pluvia autem est doctrina, quia sicut pluvia irrigat terram, ut proferat fructum, sic doctrina hominem irrigat, ut iudiciam operetur. Sic dicit Deus per Isaiam de tollenda a Iudeis doctrina: Mandabo, inquit, nubibus, ne pluant super eam pluviam. Nubes enim dicuntur prophete et apostoli, quia sicut nubes baiulant pluviam et effundunt super terram, sic prophete et apostoli accipiunt verbum a Deo et effundunt ipsum super racionabilem terram. Sunt autem nubes que a Spiritu Sancto excitantur et sunt nubes que a spiritu potestatis aeris sunt, sicut dicit propheta: Est tenebrosa aqua in nubibus aeris. Nubes autem que a Spiritu Sancto excitantur candidam baiulant aquam, id est, sanctam et

There is false doctrine as well as true.

1. B: *insipiens vir.* 17. A: *dogma.* 18, 19. B: *et modo.* 19. A: *faciunt.* 21. A: *assimilant.* 24. A: *indissolubilis est.* 30. A: *tollendum.* 34. B: *illud super.* 36. A: *sunt* deest.

30. Is. V, 6. 36. Psalm. XVII, 12.

Digitized by Google

veram doctrinam. Que autem a spiritu potestatis aeris tenebrosam baiulant aquam, id est, falsam et impiam doctrinam que non illuminat, sed tenebrescere facit mentes eorum qui suscipiunt eam.

5 *Venti autem sunt ex parte quidem mala immundi spiritus, qui intrant precordia hominum et flant: ex parte autem bona spiritus diversarum virtutum sunt vel angeli qui invisibiliter in sensus hominum operantur et adducunt ad bona. Et vide proprietatem rerum: Pluvie pro-*
10 *prium est mollire et solvere, ventorum autem cum virtute urgere. Sic ergo impiorum nubes falsa sua doctrina et promissionibus molliunt homines et blandimentis et percussionibus solvunt, diabolus autem intrat in corda eorum quasi ventus et invisibiliter urget consentire men-*
15 *daciis eorum vel in cetera peccata compellit.*

'Winds' are spirits of good or evil.

Sic et in parte bona sancte nubes doctrinam iusticie persuadent hominibus et racionabiliter placant. Spiritus autem Sanctus vel angeli quasi prosperi venti properantes in cordibus faciunt homines adquiescere veritati. Sicut
20 *enim non est possibile ut ex sola pluvia fructificet terra, nisi inflaverit super eam ventus, sic non est possibile ut sola doctrina corrigat hominem, nisi cooperatus fuerit Spiritus Sanctus in corde ipsius.* Hec Crisostomus.

CAP. LIX.

25 Videtur istos sanctos et specialiter hunc Johannem intelligere per tria domum viantis infestancia, scilicet pluvias, flumina atque ventos, tria temptacionis genera que concuciunt viatorem, ita quod per pluviam intelligatur dogma nigrum hereticorum mentes hominum
30 dissolvencium. Pluvia enim quandoque sonat in doctrinam catholicam que mentes fidelium irrigat per instruccionem salutiferam, ut proferant flores virtutum tamquam gemmas nitentes, ex quibus fructus operum merencium beatitudinem oportet procedere. Quandoque
35 autem per pluviam incorporatam in nube distemperata intelligitur dogma hereticorum quod dissolvit a fide Christi mentes hominum. Ventus autem secundum or-

Chrysostom understands by rain, wind and floods three kinds of temptation.

9. A: *Et vite.* 11. A: *nubes fit sua doctrina.* 14. A: *eorum* deest.
17. A: *persuadet.* 23. A: *Sanctus* deest; ib. B: *Hec Crisostomus* deest
24. B in marg.: *46.* 25. A in marg.: *Johannes.* 34. B: *precedere.*

Digitized by Google

dinem Crisostomi signat spiritus malignos, qui talem malam pluviam impetuose inferunt in mentes hominum qui ab illis malis spiritibus superantur; ita quod ventus quandoque figurat bonum spiritum, ut Spiritum Sanctum vel bonum angelum, iuxta illud Cantic. IV, 16: *Veni Auster et perfla ortum meum et fluent aromata illius.* Ventus autem quandoque figurat malum spiritum, ut in hoc evangelio et in auctoritate predicta: *Surge aquila et veni Auster.* Flumina autem que sonant in malum sunt homines fastu eloquencie tumentes, ut sunt heretici diversis pluviis pestiferis adimpleti.

The rock is Christ; the sands, the falsehoods on which heretics are grounded.

Duplex autem est fundamentum domus spiritualis quod tangit hoc evangelium, scilicet petra solida et arena. Petra autem immobilis erat Christus a qua Petrus propter firmitatem fidei capit nomen. Arena autem propter raciones multiplices est falsitatis fundamentum a qua heretici generaliter sunt fundati. Et concordat ipsorum divisio cum sparsi sunt minutatim, sicut fundacio spargitur arenosa, et sicut arena est infructifera habens continuacionem instabilem propter defectum bone pluvie irrorantis, sic hereticorum fundacio est instabilis et divisa, non ferens fruges virtutum, quia sibi deficit solidum fundamentum. Et ita (ut dicit Crisostomus) Christus est ille vir sapiens, cui fidele membrum ecclesie vel ipsa tota ecclesia similatur. Domus autem secundum Augustinum vocatur consciencis vel doctrina fidei que taliter est fundata. Unde heretici et isti novi ordines non fundantur super Christum sed super arenam, ut patet multitudine eorum instabili. Et patet in parte quomodo domus viancium, hoc est, doctrine in quibus quiescit sua anima propter impulsus insultancium variantur. Nam domus | super Christum 403[d] fundata stabit stabilis et domus fundamenti arenosi concutitur per procellas.

Crisostomus autem suum sensum exequitur in hec verba: *Flumina autem ex parte sunt quidem mala, homines inmundo spiritu pleni et in verbositate structi, quales sunt philosophi dogmatum diversorum, oratores, grammatici ceterique secularis sciencie professores, de quorum ventre exeunt flumina aque mortis. Ex parte autem bona, evangeliste, doctores populi ceterique sapientes*

16. B: *autem* deest. 18. B: *sint.* 35. A in marg.: *Crisostomus.* 40. A: *mortue.*

36. Op. Imp. l. c. p. 833.

Digitized by Google

secundum Deum, de quorum ventre exeunt flumina aque vive. Ecclesiam ergo quam Christus vir sapiens supra petram edificavit, neque pluvia mendacis doctrine corrumpit neque diabolus impellit neque violentorum flu-
5 *minum impetus movet. Nam et si humiliatur ecclesia propter tentacionem, tamen perire non potest propter fidem Christi. Nec est contrarium quod quidam de ecclesia cadunt. Illi enim nunquam christiani fuerunt. Sicut enim non omnes qui sunt ex Israel hii sunt Israelite, sic non*
10 *omnes qui christiani dicuntur et Christi sunt. Christianorum enim opera sunt aspicienda, non nomina. Dicit enim Apostolus: Cognovit Dominus qui sunt eius et: Discedat ab iniquitate omnis qui invocat nomen Domini. Ergo qui discedit ab iniquitate ille est Christi, qui*
15 *non vacue nominant nomen Christi; qui vero vacue nominant nomen Christi illi tales nec supra petram fidei erant edificati, sicut inferius ostendemus. Adversus domum autem quam edificaverat stultus sibi super arenam, id est, adversus gentiles et omnes impios qui*
20 *sunt diaboli domus, descendit pluvia, id est, veritatis doctrina per propheticas et apostolicas nubes. Descenderunt venti, id est, gracie spirituales aut angeli qui invisibiliter operantes homines ad fidem veritatis inclinant. Venerunt flumina, id est, quatuor Evangeliste aut ceteri sapientes*
25 *et impegerunt in domum illam. Et sic cecidit domus diaboli spiritualibus instrumentis et erecta est domus Christi. Et ne mireris quia gentes venientes ad pedes decidisse dicuntur. Ceciderunt enim diabolo ut superent Christo. Jacet enim omnis homo, quamdiu ambulat in peccatis, sed*
30 *diabolo stat, Christo autem iacet. Cum autem conversus fuerit ad iusticiam, diabolo quidem cadit, Christo autem surgit. Dicit enim propheta de hominibus liberatis a Christo: Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem.*

The church cannot fail though its apparent members may.

Item, Dominus quamdiu fortis armatus custodit atrium
35 *suum, in tuto sunt omnia eius, cum autem venerit forcior, diripiet vasa eius, scilicet impios, ex quibus edificata fuerat diaboli domus. Sic ergo secundum propheciam captivi dicuntur, quantum ad diabolum, qui ad libertatem fidei sunt conversi, directi dicuntur secundum Christum,*

9. A: *in Israel.* 12. B: *et* deest. 35. B: *Domum suam.* 36. A: *diripit*; ib. A: *impios* deest. 37 B: *fuerit.* 39. B: *et directi.*

12. II. Tim. II, 19. 33. Psalm. LXVII, 19. 34. Lucae XI, 21, 22.

Digitized by Google

consequenter et cecidisse dicuntur quantum ad statum suum priorem qui surrexerunt in fide.

The devil's house of idolatry was destroyed by Christ.

Et facta est ruina eius magna, videlicet ydolis in toto mundo destructis, mendaciis in tota terra convictis erroribusque solutis, quia totus mundus diabolo cecidit, Christo autem surrexit. Sic ergo domum quam stultus edificaverat super arenam rex sapiens spiritualibus armis sanctorum suorum destruxit, domum autem quam sapiens Christus edificavit super petram, stultus diabolus fallacibus argumentis ministrorum suorum nunquam poterat dissipare. Huic ergo viro sapienti Christo similis est christianus omnis, qui edificat super Christum. Qui enim audit verba Christi et facit ea, ipse est qui se edificat super Christum, qui edificat se in mansuetudine, edificat se super petram, id est, Christum. Christus est enim mansuetudo. Qui edificat se in castitate, edificat se supra petram, id est, Christum; Christus enim est castitas. Qui edificat se in misericordia, edificat se super petram, id est, Christum; Christus est enim misericordia. Et in quacumque specie boni edificaverit se homo, super petram Christum edificasse videtur, quia omne bonum est Christus. Similis est autem Christo, quia sicut Christi ecclesiam edificatam supra petram nulla adversitas diruere potest, sic talem christianum, qui se edificaverit super Christum nulla adversitas diruere potest, ut dicat cum Paulo: Quis separabit nos a charitate Christi? Tribulacio an angustia etc. Stulto autem diabolo similis est omnis christianus qui se edificat super arenam. Super arenam autem edificat se, qui audit verba Christi et non facit ea. Verba enim que non convertuntur ad opus arena est spargilis.

Sicut enim grana arene non conveniunt in unum neque adherent ad invicem, sed semper sunt separata, sic verba que audiuntur et non convertuntur in unam iusticie massam per opus separata sunt et dispersa. Et ideo assimilantur arene, que nunquam in semetipsa coniungitur. Ergo super arenam se edificat omnis christianus, qui ex auditu solo verborum credit in

3. B: *in* deest. 9. A: *Christo* deest. 15. A: *se* deest.

26. Rom. VI, 35.

Digitized by Google

Christum et non per opera bona se confirmat in Christo. Sed et qui facit opera mala super arenam edificat. Arena est omnis malicia, sicut diximus supra. Et qui in bonis mundialibus instruit se, super arenam edi-
5 *ficat; similis autem stulto diabolo est, quia sicut diaboli domus, id est, idolatria a Christo destructa est per opera ministrorum eius et graciarum, sic et ille hodie aut cras destruendus est a diabolo per opera ministrorum eius et demonum vel hominum impiorum. Et*
10 *hi tales sunt quos cavere de ecclesia signavimus supra, eo quod non se edificaverunt supra petram sed*
404[a] *magis | super arenam.*

Et erat ruina eius magna. Quomodo magna? Sicut enim domus que habet validum fundamentum, si pars
15 *aliqua parietis vel tecti ceciderit, ruina eius magna non erit, quia potest fieri ut iterum reparetur. Si autem fundamentum eius casum fuerit passum, tunc est ruina eius magna, quia tota venit desursum. Sic et christianus si fornicatus fuerit aut adulteratus aut homicidium*
20 *fecerit, cecidit quidem, tamen ruina eius magna non est, quia potest iterum poenitencia surgere sicut David. Si autem de fundamento fidei aliquid fuerit passus, id est, si prevaricatus fuerit et ad gentiles, ad hereticos transierit, tunc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit.*
25 Hec Crisostomus.

The christian may fall and be restored, but he who has lost the faith is ruined beyond restoration.

CAP. LX.

Sequitur in textu evangelii: *Et factum est cum consummasset Jesus verba hec, admirabantur turbe super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem*
30 *habens et non sicut scribe eorum et Pharisei.* Super quo Augustinus: *Hoc est quod ante dixit per prophetam esse significatum in Psalmis, cum diceret: Fiducialiter agam in eo eloquia Domini, eloquia casta, etc., ut ibi sequitur usque ad septuplum. Propter quem numerum*
35 *admonitus sum eciam precepta ista ad septem illas sentencias referre, quas in principio sermonis huius*

5. A: *est* deest. 13. Recte: *Et erit.* 14. A: *sed pars.* 18. A: *et* deest. 24. A: *iterum ruina.* 31. A in marg.: *Augustinus.* 32. A: *signatum.*

27. Matth. VII, 24. 31. De sermone Domini in monte l. c. p. 236. 32. Psalm. XI, 6.

Digitized by Google

posuit, de beatis, cum diceret: et ad illas septem Spiritus Sancti operaciones quas Isaias commemorat: sed sive iste ordo in his sit considerandus sive alius aliquis, facienda sunt que audivimus a Domino si volumus edificare super petram. Hec Augustinus.

Quidam ex hiis verbis concipiunt quod Augustinus velit hoc capitulum evangelicum Matthei septimum consummari in doctrina septenarii duplicata, et hinc in principio quinti capituli narrat Christus septem beatitudines et septem Spiritus Sancti operaciones. Et videtur Chrisostomum calculare quatuordecim doctrinas quas Christus in isto sermone donavit fidelibus, sed (ut docet Augustinus) nisi vis modica est in istis.

Admiration does not imply faith but may lead to it.

Ideo videamus quid iste secundus sanctus dicit super isto textu: *Placatus,* inquit, *racionabiliter intellectus hominis laudem generat: victus autem admiracionem. Quicquid autem digne laudare non possumus hoc admiramur. Admiracio tamen eorum magis ad Christi gloriam pertinebat plus quam ad fidem ipsorum. Non enim ideo mirabantur quasi credentes in Christum, sed quia irreprehensibiles audiebant sermones. Si autem credentes essent in Christum, non mirarentur, sed crederent. Nam omne dictum aut factum illud movet admiracionem quod superat facientis aut dicentis personam; ut puta, si homo aliquid tale dicat aut faciat quod excedat naturam mensure eius. Quamvis autem magnum sit quod Deus dicit aut facit, tamen minus est quam Dei potencia. Ideo quicquid a Deo dictum aut factum audivimus non admiremur, quia omnia minora sunt quam Dei potencia. Tamen audiebat populus cum silencio et gravitate et admirans proficiebat in verbis suis, quia admiracio etsi ipsa non est ex fide, tamen invitacio est ad fidem. Nam qui admiratur de verbis doctrine, quamvis adhuc non credat, tamen in ipso lumine credulitatis consistit, ut credat.*

Turbe erant que admirabuntur, id est, populus vulgaris, non erant illic pharisei aut principes populi aut sacerdotes qui solent non discendi studio audire, sed contradicendi, non ut aliquid salutis adquirant sed aliquid

1. B: *et* deest. 6. A in marg.: *Johannes.* 11. A: *undecim.* 15. A in marg.: *Crisostomus.* 26. B: *excedit.* 37. B: *illi pharisei.*

2. Is. XI, 2. 16. Op. Imp. l. c p. 834.

Digitized by Google

calumnie inveniant. Et ideo simpliciter audiebat populus simplex. Si autem aliqui eorum affuissent, sine dubio silencium et gravitatem populi, sicut consulti fuerant, contradiccionibus suis conturbassent, quia ubi maior sciencia, ibi malicia forcior. Qui autem festinaverat esse prior, difficile contentus erit esse secundus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens. Omnis doctor servus est legis, quia neque supra legem addere potest aliquid secundum proprium suum sensum neque subtrahere aliquid secundum proprium intellectum, sed hoc tantummodo predicat quod habetur in lege. Nec enim potest mens humana detractare quod sapiencia divina dictavit. Sic enim ait Salomon: Ne addas verbis Domini neque detrahas inde. Qui enim hoc ausus est facere se sapienciorem putat esse quam Deum et incipit esse falsus testis, quia illud dicit quod nec audivit nec vidit. Christus autem dominus legis est et subtrahere potest de lege quod propter necessitatem temporis iussit, ut puta propter duriciam cordis iussum fuerat dare libellum repudii. Dominus illud quasi potestatem habens subduxit dicens: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Item et addidit quod propter infirmitatem operum minus fuerat iussum, ut puta: Antiquis dictum est: Non occides; ego autem dico: Non irascaris. Ideo ergo mirabantur, quia non quasi servus legis sub potestate constitutus illud docebat quod fuerat iussum, sed quasi dominus legis et habens potestatem sua auctoritate addebat super quod dictum dicens: Antiquis dictum fuerat hoc, ego autem dico hoc. Hec Crisostomus.

Christ, as master of the law, could add to or withdraw from it.

Iste doctor videtur verificare dictum Apostoli quo dicit quod Greci querunt sapienciam, cum iste Grecus sapienter compendiose et exquisite exposuit sapien-
404[b] ciam verbi Christi. Nec fuit impeditus per terro | rem Antichristi, quia Antichristus tam loco quam tempore quam eciam stulta subieccione ab illo distitit; et capi videtur posse ex verbis que innuit quod ex causa quadruplici alium sequebantur dominum predicantem, ut primi propter discendum viam ad patriam dirigentem,

Reasons that drew the crowd to Christ,

1. to learn the way of salvation.

5. A: *illic malicia;* ib. B: *Qui enim.* 9. A: *de suo remo.* 12. B: *humana directiare.* 13. *Non addas.* 22. B: *quod* deest. 28. A: *hoc* after *dico* deest. 30. A in marg.: *Johannes.* 32. A: *exponit.* 37. A in marg.: *1.*

13. Deut. IV, 2, XII, 32, Prov. XXX, 6. 21. Matth. XIX, 6. 23. Matth. VI, 21, 22. 31. I Cor. I, 22.

Digitized by Google

2. for bodily healing,

sicut viri apostolici. Secundi propter corporalem sanitatem sibi vel suis domesticis adquirendum. Sanabat enim Christus omnia infirmitatum genera tam corporalia quam spiritualia, non propter suum lucrum, ut medici vel simoniaci hodie predicantes sed gratis propter honorem Dei predicavit et sanavit populum dupliciter et omnimode benefecit.

Et sic videtur iste sanctus innuere quod Mattheus intendit Christum esse verum Deum, eo quod Christum asserit esse legis dominum aliqua supplentem que de lege veteri minus ydonee fuerant intellecta et aliqua suspendentem que pro tempore fuerunt utilia sed eorum servacio non est ulterius duratura, ut de cessacione legalium.

3. to see Christ's miracles,

Tercio vero secuti fuerant quidam Christum propter admiracionem vel cibarium que ipsum communiter fuerant comitata. Si enim homo laborat per magnam distanciam ad videndum ludum, quanto magis laboraret populus ad videndum Christum sic miracula facientem.

4. to entangle him in his talk.

Quarto secuti sunt Christum et attenderunt suis sermonibus pharisei et ministri pontificum ut ipsum caperent in sermone. Prima sequela fuit laudabilis, secunda excusabilis, tercia increpabilis et quarta omnino condempnabilis.

We may not add to Christ's law.

Et videtur ex sentencia ista evangelica quod homo non debet pro sua viacione ad patriam addere novam legem, sicut faciunt iste secte (ut dicit Crisostomus) innuentes vel dicentes quod Christus in dacione sue legis fuerat imperfectus, quod est contra fidem Gen. I°, 10: *Vidit Deus cuncta que fecerat et erant valde bona.* Et in hoc specialiter cognoscitur blasphemia Antichristi, ut papa sibi vendicat quod sit precipuus legislator et membra sua cum tribus sectis sequentibus constituunt sibi regulas tamquam leges et emunt ab ipso ut postmodum confirmentur.

Sed sanum est nos sincere tenere sectam Christi et pure de Christo tamquam legislatore optimo Deo nostro et domino contentari. Nec addamus aliquid ad Christi regulam tamquam legem, quamvis interpretari liceat quomodo lex Christi debet intelligi, sicut fecerunt sancti priores; hoc tamen sub condicione et cum

1. A in marg.: 2. 6. B: *saciavit.* 15. A in marg.: *3.* 19. A: *mirabilia.* 20. A in marg.: *4.*

Digitized by Google

formidine, si et quatenus nostra sentencia consonat legi Dei. Et nota diligenter dicta Crisostomi capitulo proximo recitata, ubi dicit quod quidam cadunt de ecclesia; quos Augustinus sepe dicit nunquam fuisse membra ecclesie, et iste sanctus expresse dicit quod nunquam fuerunt christiani.

Et hinc videtur quibusdam mirabile quod Antichristus urget ut fidem credere quod ipse sit caput ecclesie universalis et prelati nostri vendicant non solum quod sint christiani, sed quod sunt rectores ecclesie apostolos imitantes. Fideles autem dicerent si auderent quod supponunt ex probabili evidencia, non tamen credunt ut fidem quod papa et iste secte quatuor sunt de ecclesia vel christiani nisi forte dicatur equivoce quod sunt ecclesia malignancium sequentes vestigia Scariothis.

The sects are ill founded and will have a great fall.

Sed dimissa ista loquela contenciosa notandus est sensus Crisostomi quem addit de pluvia, vento et flumine. Consonum quidem est quod verba Domini habeant plures sensus catholicos quam comprehendere sufficiamus hic in via. Videtur autem Crisostomum sentire quod edificantes taliter qualiter edificant hee secte quatuor super arenam edificant et non sunt veraciter christiani, quia oporteret quod fundamentum suum foret in unitate christiani operis commassatum, modo autem discontinuati a vita et regula Salvatoris. Isti autem videntur facere ruinam magnam et funditus infra breve corruere, quia ipsis deficit fundamentum. Christiani autem licet ad tempus peccaverint, quia servant fidem Domini, faciliter possunt ex gracia Dei resurgere.

14—15. A: *vel — ecclesia* deest. 31. A: *Explicit tractatus de Sermone Domini in Monte divisus in duos libros ad similitudinem scripti quod super isto edidit Augustinus. Secundus tractatus.*

Digitized by Google

Digitized by Google

I. Index of Bible-Quotations.

Gen. 1, 11 350
— 1, 16 228
— 1, 18 2
— 1, 31 2
— 3, 1 150
— 3, 17 351
— 3, 19 . . . 67, 143, 183, 269
— 14, 3 74
— 19 74
— 27, 27 423
— 31, 42 13
— 32, 30 319
— 33, 10 441
— 30, 7 297
Exod. 3, 6 13
— 7 84
— 15 271
— 20 . . . . . 7, 11
— 20, 13 132
— 21, 27 140
— 22, 18 194
— 33, 11 35
— 33, 20 52
— 33, 25 315
Lev. 21, 7 75
Deut. 4, 2 469
— 6, 5 12
— 11, 29 98
— 12, 32 469
— 13, 31 296
— 27, 12 98
— 27, 13 98
— 32, 7 . . . . . 13, 403
I. Reg. 1, 13 261
— 2, 27 35
— 15, 11 36
III. Reg. 2 363
— 3, 12 36
— 11, 31 61
— 12, 27 36
— 18, 27 263
— 18, 40 201
IV. Reg. 1, 10 201
— 11 71
— Job. 1, 11 297
— 3, 8 98
— 7, 1 250
— 14, 1 132
— 21, 17 108
Psalm. 2, 1 219
— 2, 12 78
— 4, 5 . . . 122, 140, 259, 260
— 4, 19 316
— 7, 5 206
— 9, 21 368
— 11, 6 467
Psalm. 16, 8 158
— 16, 15 34
— 17, 12 462
— 17, 29 90
— 18, 9 72
— 21, 19 219
— 26, 8 318
— 26, 13 25
— 28, 2 258
— 30, 21 304
— 31, 1 395
— 33, 1 251
— 33, 2 . . . . . 236, 306
— 33, 9 421
— 33, 14 55
— 33, 15 . . . . . 55, 78
— 35, 7 22
— 36, 3 335
— 36, 20 . . . . . 20, 381
— 37, 7 150
— 37, 8 159
— 44, 8 285
— 44, 14 65
— 45, 5 319
— 48, 2 121
— 52, 6 111
— 53, 19 269
— 54, 17 251
— 54, 122 442
— 61, 8 194
— 67, 7 440
— 67, 16 4
— 67, 19 465
— 67, 27 258
— 68, 23 218
— 72, 2 422
— 72, 3 422
— 72, 8 430
— 72, 9 430
— 73, 23 381
— 75, 2 270
— 77, 1 431
— 77, 2 11
— 81, 6 268
— 86, 2 104
— 86, 3 104
— 88, 31—33 410
— 88, 31—34 409
— 90, 12 409
— 103, 15 . . . . . 316, 440
— 108, 9 218
— 108, 21 . . . . . 69, 99
— 108, 28 20
— 109, 1 143
— 110, 2 281
— 110, 10 . . . . . 22, 63
Psalm. 113, 16 323
— 117, 20 420
— 118, 19 324
— 118, 63 250
— 118, 96 83
— 118, 105 . . . . . 107, 108
— 118, 176 19
— 119, 5 31
— 121, 17 104
— 128, 8 24
— 134, 6 . . . . . 279, 281
— 136, 9 152
— 138, 8 145
— 139, 6 242
— 141, 6 24
— 145, 6 395
— 148, 8 22
— 148, 15 382
Prov. 3, 22 199
— 6, 23 108
— 9, 10 63
— 13, 6 427
— 13, 7 56
— 14, 12 90
— 25, 21 . . . . . 147, 251
— 25, 22 82
— 30, 6 469
— 30, 7 134
— 30, 8 134
— 31, 10 27
ult. 18 108
Sap. 1, 1 . . . . . 50, 333
— 1, 4 90
— 5, 6 227
— 6, 13 81
— 7, 26 227
Eccli. 1, 16 . . . . . 62, 63
— 1, 13 404
— 5, 5 333
— 6, 37 405
— 10, 14 144
— 10, 15 . . . . . 22, 144
— 10, 16 60
— 12, 13 73
— 13 48
— 14, 5 48
— 18, 23 316
— 19, 19 405
— 23, 9 . . . . . 184, 185
— 23, 12 186
— 27, 6 297
— 34, 9 296
— 33, 11 296
Cant. 2, 15 433
— 4, 12, 13 442
— 4, 16 464

Digitized by Google

Cant. 5, 2 200
— 5, 3 30
Is. 1, 2 208
— 1, 16 . . . . . 78, 313, 321
— 1, 19 109
— 5, 6 462
— 11, 2 . . . . . 62, 108, 468
— 11, 9 3
— 13, 26 82
— 42, 1 49
— 49, 6 81
— 52, 5 113
— 53, 6 90
— 53, 9 . . . . . 116, 321
— 54, 13 304
— 54, 23 273
— 57, 21 437
— 60, 10 104
— 64, 4 63
— 66, 1 297
Jerem. 4, 2 181
— 17, 5 88
— 17, 11 461
Ezech. 3, 17 75
— 8, 16 262
— 9, 4 31
— 34, 8 76
Dan. 2, 34 104
— 2, 35 104
— 4 84
— 5 134
— 7, 14 97
— 13, 30 297
Mich. 7, 1 105
Habacuc. 2, 4 66
Mal. 1, 6 268
— 1, 30 233
— 2, 2 . . . . . 69, 99
— 4, 2 227
Matth. 3, 44 219
— 4, 11 . . . . . 142, 354
— 5, 1 . . . . . 2, 7
— 5, 2 10
— 5, 3 14, 23, 26, 50, 56, 136, 305, 420
— 5, 4 . . 24, 145, 50, 62, 407
— 5, 5 . . . . . 30, 38, 152
— 5, 6 . . . . 33, 50, 62, 183
— 5, 7 . . 21, 38, 40, 50, 228
— 5, 8 . . . . 50, 53, 329, 413
— 5, 9 . . . . . 54, 59, 455
— 5, 10 . . . . . 61, 365
— 5, 11 . . . . . 20, 65, 69
— 5, 12 . . . . . 65, 67
— 5, 13 5, 69, 71, 72, 300, 383
— 5, 14 . . . . . 76, 103, 237
— 5, 15 . . . . . 105, 106, 237
— 5, 16 84, 111, 237, 240, 245, 255, 322
— 5, 17 113
— 5, 18 114
— 5, 19 . . . . . 119, 120
— 5, 20 . . . . . 123, 124
— 5, 21 . . . . . 127, 317
— 5, 22 11
— 5, 23 . . . . . 134, 138
— 5, 24 134
— 5, 26 291
— 5, 27 149
— 5, 28 . . . . . 149, 153
— 5, 29 156
— 5, 30 157
Matth. 5, 31 165
— 5, 33—37 177
— 5, 34 297
— 5, 37 . . . . . 180, 184
— 5, 38—42 189
— 5, 40 . . . . 197, 205, 291
— 5, 41 . . . . . 198, 205, 214
— 5, 42 . . . . . 203, 296
— 5, 43—48 217
— 5, 44—47 408
— 5, 44 . . . . . 24, 199
— 5, 45 . . 86, 226, 227, 408
— 6, 1—4 235
— 6, 1 . . . . . 252, 317, 436
— 6, 2 . . . 236, 238, 247, 253
— 6, 3 . . . . . 251, 252
— 6, 4 . . . . . 252, 253, 418
— 6, 5 256
— 6, 6 . . . . . 259, 260, 418
— 6, 7—8 264
— 6, 9 . . . . . 9, 267
— 6, 10 . . . . . 272, 277, 301
— 6, 11 283
— 6, 12 . . . . . 41, 291
— 6, 14 307
— 6, 15 307
— 6, 16 311
— 6, 17 326
— 6, 18 418
— 6, 19 322
— 6, 20 322
— 6, 21 . . . . . 322, 469
— 6, 22 . . . . 87, 88, 159, 326
— 6, 23 . . . . . 5, 179
— 6, 24—26 332
— 6, 24 . . . . . 346, 376
— 6, 25—27 21
— 6, 25 . . . . . 169, 333
— 6, 26 . . . . 334, 355, 376
— 6, 27—39 339
— 6, 28 355
— 6, 31—33 342
— 6, 31 284
— 6, 32 345
— 6, 34 . . . . . 284, 346, 353
— 7, 1 357
— 7, 2 . . . . . 106, 357
— 7, 3—5 369
— 7, 6 . . . . . 371, 383
— 7, 9—11 395
— 7, 7 u. 8 394
— 7, 12 . . . . . 411, 412
— 7, 13 . . . . . 417, 437
— 7, 14 417
— 7, 15 . . . . . 362, 424
— 7, 16 . . . . . 105, 312, 357
— 7, 16—20 435
— 7, 21 . . . . . 365, 438, 447
— 7, 22 454
— 7, 23 248
— 7, 24, 5 . . . . . 459, 467
— 7, 26 71
— 8, 9 19
— 8, 12 142
— 8, 22 142
— 8, 25 142
— 8, 30 142
— 9, 6 469
— 10, 1 93
— 10, 25 221
— 10, 27 109
— 10, 34 57
— 10, 37 376
Matth. 10, 42 67
— 11, 7 81
— 11, 12 177
— 11, 13 427
— 11, 21 218
— 11, 28 . . . . . 91, 417
— 11, 29 420
— 12, 23 221
— 12, 24 221
— 12, 32 . . . . . 221, 222
— 12, 33 436
— 12, 34 436
— 12, 39 382
— 12, 49 278
— 12, 50 278
— 13, 18 49
— 13, 30 242
— 13, 41 275
— 14, 27 57
— 15 29
— 15, 12 163
— 16, 18 461
— 16, 19 39
— 16, 22 8
— 16, 23 8
— 16, 26 334
— 17, 20 316
— 18, 3 16
— 18, 6 . . . . . 5, 165
— 18, 15 75
— 18, 19 91
— 18, 23 220
— 19, 8 106
— 19, 12 72
— 19, 21 23
— 19, 29 46
— 21, 23 386
— 21, 27 386
— 21, 43 275
— 22, 14 272
— 22, 16 386
— 22, 21 386
— 22, 23 386
— 22, 30 . . . . . 167, 273
— 22, 39 24
— 22, 40 412
— 23, 2 436
— 23, 3 . . . . . 120, 121, 436
— 23, 8 49
— 24, 2 263
— 24, 12 73
— 24, 23 454
— 25, ... 42
— 25, 21 125
— 25, 23 . . . . . 76, 142
— 25, 33 278
— 25, 34 306
— 25, 40 . . . . . 45, 48
— 26, 50 141
— 26, 52 359
— 26, 60 364
— 27, 4 220
— 27, 46 151
— 28, 20 91
Marci 2, 23 221
— 5, 41 151
— 8 29
— 12, 19 386
— 16, 15 4
Lucae 2, 14 277
— 3, 5 291
— 6, 20 15
— 6, 27 41

Digitized by Google

Lucae 6, 30 310
— 6, 36 . . . . . 41, 408
— 6, 37 . . . . . 366, 377
— 6, 38 377
— 7, ... 84
— 7, 14 151
— 9, 1 93
— 9, 54 201
— 10, 10 96
— 10, 13 218
— 10, 19 93
— 10, 20 454
— 11, 4 293
— 11, 5—13 296
— 11, 21 465
— 11, 23 309
— 11, 33 109
— 11, 34 331
— 11, 41 48
— 12, 20 299
— 12, 22 284
— 12, 35 108
— 12, 42 76
— 12, 47 . . . . . 6, 199
— 13, 1 291
— 14 . . . . . 6, 393
— 14, 26 . . . . . 166, 169
— 15, 7 144
— 15, 8 108
— 16, 24 31
— 16, 25 419
— 17, 32 74
— 17, 3 220
— 18, 2 340
— 18, 11 247
— 19, 8 140
— 19, 12 273
— 19, 22 5
— 19, 40 36
— 20, 28 386
— 22, 19 289
— 22, 24 164
— 22, 31 299
— 22, 32 . . . . . 299, 359
— 23, 34 220
— 23, 43 53
— 24, 25 134
— 24, 49 79
Joh. 1, 12 . . . . . 93, 96, 268
— 1, 18 52
— 1, 19 386
— 3 84
— 3, 2 430
— 3, 15 131
— 3, 19 328
— 3, 34 106
— 4, 14 33
— 4, 21 263
— 4, 34 . . . . . 33, 278
— 5, 6 227
— 5, 22 . . . . . 142, 144
— 5, 35 108
— 6, 6 297
— 6, 27 . . . . . 84, 284, 285
— 6, 28, 29 453
— 6, 38 278
— 6, 40 432
— 6, 41 284
— 6, 45 . . . . . 304, 273
— 6, 53 388
— 7, 12 66
— 7, 24 360
— 7, 37 33
Joh. 8, 12 81
— 8, 34 116
— 8, 48 66
— 9, 16 117
— 10, 1 20
— 10, 15 169
— 10, 38 . . . . . 105, 310, 382
— 11 90
— 11, 33 151
— 12, 13 436
— 12, 25 334
— 12, 31 333
— 13, 6 354
— 13, 34 416
— 14, 6 . . . . . 91, 396
— 14, 9 51
— 14, 21 12
— 14, 30 333
— 15, 15 398
— 16, 11 362
— 16, 12 383
— 16, 23 399
— 16, 33 81
— 18, 5 411
— 18, 13 432
— 18, 20 112
— 18, 23 . . . . . 195, 362
— 18, 36 277
— 18, 38 374
— 19, 23 79
— 19, 24 79
— 21, 3 224
Act. 2, 2 . . . . . 201, 202
— 3, 2 251
— 4, 32 260
— 7 11
— 7, 51 281
— 7, 59 . . . . . 220, 226
— 8, 15 95
— 8, 18 94
— 8, 20 96
— 8, 21 95
— 9, ... 411
— 11, 27 354
— 13 83
— 17 83
— 18, 3 355
— 19 83
— 20, 34 343
— 20, 29 429
— 20, 30 429
— 22, 26 194
— 23, 3 . . . . . 194, 196, 219
— 23, 5 196
— 24 83
— 25, 10 362
— 27 . . . . . 393, 83
— 28, 10 355
Rom. 1, 9 178
— 1, 14 83
— 1, 17 66
— 2, 4 333
— 2, 6 450
— 2, 11 91
— 2, 14 . . . . . 298, 368
— 2, 15 456
— 5, 3 . . . . . 65, 355
— 5, 10 144
— 6, 6 109
— 6, 17 443
— 6, 22 226
— 6, 35 466
— 7, 2 106
Rom. 7, 18 279
— 7, 23 306
— 7, 24 151
— 7, 25 . . . . . 159, 287
— 8, 7 . . . . . 132, 154
— 8, 12 83
— 8, 15 306
— 8, 17 227
— 8, 23 268
— 8, 28 . . . . . 81, 165, 303
— 9, 25 91
— 9, 30 91
— 10, 4 . . . . . 90, 91
— 11, 20 62
— 11, 21 333
— 12, 11 86
— 12, 12 319
— 12, 14 . . . . . 27, 98, 218, 225
— 12, 17 225
— 12, 18 86
— 12, 20 . . . . . 147, 251
— 4, 5 227
— 13, 1 101
— 13, 10 . . . . . 66, 327
— 13, 12 36
— 14, 3 357
— 14, 10 144
I. Cor. 2, 9 63
— 2, 15 182
— 2, 18 111
— 3, 1 383
— 3, 12 88
— 3, 17 . . . . . 136, 269
— 4, 5 358
— 5 407
— 5, 5 202
— 6, 1 212
— 6, 3 363
— 6, 4 212
— 6, 5—8 212
— 6, 9 454
— 7, 4 172
— 7, 6 . . . . . 168, 170
— 7, 10 . . . . . 166, 170
— 7, 11 170
— 7, 14 219
— 7, 15 220
— 7, 19 166
— 8, 1 . . . . . 22, 400
— 9, 6 344
— 9, 13 344
— 9, 14 343
— 9, 15 344
— 9, 17 344
— 9, 19 370
— 9, 20 379
— 9, 22 83
— 9, 26 . . . . . 106, 226
— 10, 4 454
— 10, 13 . . . . . 299, 301
— 10, 16 289
— 10, 33 237
— 11, 3 151
— 12, 3 . . . . . 448, 449
— 13, 1 83
— 13, 6 448
— 13, 8 83
— 15, 25 143
— 15, 31 178
— 15, 54 . . . . . 167, 278
— 16, 1 359
— 16, 2 315
— 16 83

Digitized by Google

Rom. 16, 22 466
II. Cor. 1, 18 308
— 2, 16 84
— 3, 18 313
— 4, 18 23
— 4, 16 81
— 5, 10 . . . . . 106, 144
— 5, 20 75
— 6, 2 91
— 6, 14 90
— 6, 18 419
— 9, 7 203
— 11, 3 313
— 11, 12 343
— 11, 20 193
— 11, 25 . . . . . 355, 357
— 11, 31 178
— 12, 14 374
Gal. 1, 10 . . . . . 111, 237
— 1, 20 178
— 1, 23 111
— 3, 1 . . . . . 129, 134
— 3, 28 . . . . . 91, 167
— 4, 1 268
— 4, 6 306
— 4, 13 296
— 5, 13 370
— 5, 17 . . . . . 159, 329
— 5, 19 437
— 5, 22 440
— 5, 26 111
— 6, 2 174
— 6, 4 111
Eph. 1, 5 446
— 2, 1 159
— 2, 13 91
— 2, 14 54
— 2, 19 104
— 3, 17 136
— 3, 18 . . . . . 83, 86
Eph. 4, 26 135
— 4, 28 355
— 5 328
— 5, 1 82
— 5, 5 151
— 5, 8 275
— 5, 9 90
— 5, 13 . . . . . 89, 327
— 5, 23 151
— 5, 29 313
— 6, 12 275
Phil. 2, 8 14
— 2, 15 107
— 2, 16 107
— 3, 20 . . . . . 67, 83
— 4, 17 237
Col. 2, 18 159
— 2, 19 159
— 3 328
— 3, 1 89
— 3, 2 81
— 3, 5 327
— 3, 11 . . . . . 167, 372
— 3, 14 86
— 4, 6 71
— 2, 9 355
I. Thess. 2, 4 . . . . . 19, 383
II. Thess. 3, 8 355
I. Tim. 3, 2 76
— 9, 5 392
— 4, 12 3
— 9, 14 . . . . . 218, 220
— 5 83
— 5, 24 358
— 6 338
— 6, 7 376
— 6, 8 81
— 6, 10 56
— 6, 17 . . . . . 56, 215
II. Tim. 2, 24 . . . . 292, 455
II. Tim. 2, 19 . . . . 257, 465
— 2, 4 281
Tit. 2, 11 72
— 3, 10 388
Hebr. 1, 1 11
— 3, 13 . . . . . 285, 289
— 6, 4—6 223
— 6, 16 181
— 12, 7 78
Hebr. 12, 8 78
— 12, 11 13
— 12, 14 73
Jac. 1, 2 90
— 1, 13 300
— 3, 5 52
— 4, 6 144
— 5, 12 180
I. Petri 2, 22 4
— 3, 9 225
— 4, 8 146
— 5 338
— 21 6
II. Petri 1, 14 81
I. Joh. 1, 8 . . . . . 164, 373
— 2, 15 49
— 2, 16 87
— 3, 15 129
— 5, 16 210
II. Joh. 10 . . . . . 388, 429
Apocal. 3, 20 407
— 5, 8 257
— 6, 10 226
— 8, 3 257
— 10, 6 181
— 14, 13 326
Numeri 12, 11 140
— 22, 30 363
Sophonie 1, 12 108
Oseas 6, 6 228
Tob. 12, 12 258

Digitized by Google

II. Index of Names.

A.

Aaron 140.
Abel 430.
Abraham 13, 31, 300, 367, 419.
Abu Nasr Alfarabi 82.
Adam 336, 367.
Agabus 354, 427.
Agamemnon 248.
Albunazar 82.
Alexander (erarius) 220, 223, 226.
Ambrosius 290.
Ananias 98, 202.
Andreas 224.
Anglia 59, 172, 309, 413.
Anna 261.
Anselmus 394, 439.
Antichristus 6, 8, 12, 16, 18, 19, 20, 26. 27, 29, 37, 39, 59, 71, 74, 75, 79, 97, 103, 119, 120, 142, 188, 193, 201, 289, 310, 311, 357, 361, 362, 364, 368, 374, 375, 381, 382, 383, 397, 410, 424, 469, 471.
Antiochia 354.
Aristoteles 71, 87, 394, 423.
Athenienses 83.
Augustinus 1, 2, 4, 5, 6, 9, 10, 12, 13, 14, 21, 22, 23, 24, 26, 27, 30, 33, 35, 36, 40, 48, 50, 54, 56, 60, 61, 62, 65, 66, 75, 76, 77, 78, 79, 90, 91, 95, 102, 103, 105, 106, 109, 111, 114, 119, 123, 124, 125, 127, 129, 130, 134, 135, 136, 142, 145, 146, 147, 148, 149, 152, 155, 157, 158, 162, 165, 169, 170, 171, 172, 175, 178, 179, 181, 184, 189, 191, 193, 195, 196, 197, 200, 201, 204, 205, 206, 217, 221, 222, 223, 228, 233, 235, 238, 239, 243, 247, 248, 251, 254, 256, 257, 259, 264, 265, 267, 271, 272, 273, 276, 277, 279, 280, 284, 285, 288, 289, 290, 291, 294, 296, 298, 300, 301, 302, 304, 305, 307, 311, 313, 322, 323, 326, 327, 328, 332, 334, 337, 339, 343, 346, 347, 348, 349, 351, 353, 356, 357, 360, 363, 367, 369, 371, 372, 373, 374, 375, 387, 388, 393, 394, 396, 397, 411, 413, 414, 417, 424, 435—438, 441, 445, 448.
Avicenna 72, 197.

B.

Baal 263, 267, 364.
Babylon 368.
Balaam 363.
Balthasar 134.
Barnabas 162, 355.
Beda 71.
Belial 59, 90, 277, 399.
Bonifacius VIII (papa) 266.
Bradewardinus 445.

C.

Capharnaum 219.
Caym 430.
Caymiticum castrum 349.
Cleophas 393.
Corinthii 212.
Chrysostomus 2, 3, 4, 5, 16, 25, 30, 31, 32, 33, 40, 51, 54, 55, 64, 67, 68, 70, 71, 77, 104, 107, 108, 109, 112, 115, 116, 121, 122, 125, 129, 131, 134, 138, 141, 145, 146, 147, 148, 153, 155, 158, 160, 162, 173, 174, 175, 185, 188, 206, 209, 212, 214, 216, 217, 228, 232, 235, 239, 243, 244, 248, 249, 250, 254, 256, 257, 259, 260, 261, 266, 267, 271, 272, 275, 276, 277, 279, 280, 290, 295, 301, 302, 307, 314, 318, 321, 323, 326, 328, 329, 330, 331, 334, 337, 339, 340, 341, 350, 351, 353, 365, 366, 376, 380, 381, 389, 390, 393, 402, 405, 407, 410, 415, 418, 420, 423, 424, 428, 431, 432, 433, 440—443.
Cyprus 162.
Cys 36.

D.

Daniel 19, 84, 104, 316.
David 36, 61, 236.
Diocletianus 434.
Dionysius (Areop.) 87.

E.

Egypcii 173.
Egyptus 115, 173, 174.
Ephesii 429.
Ephesus 354.
Epicurei 352.
Esau 430, 444, 470.
Ezechiel 31, 75.

F.

Flandrenses 434.
Francia 39.

G.

Galacia 354.
Galatae 129, 131.
Galilea 19.
Garisim (mons) 98.
Greci 141, 290, 469.
Gregorius 5, 108, 224.

H.

Hebal (mons) 98.
Hebrei 124, 141, 285, 333.
Hebreus populus 367, 368.
Helbidias 290.
Heli 35.
Helias 201, 204, 263, 267, 364.
Herodes 291.
Hibernia 172.

I et J.

Innocentius III. 141.
Isaac 13, 367, 430.
Isaias 3, 62, 103, 321.
Isidorus (Hisp.) 72.
Ismahel 430.
Israel 61, 75, 328, 363.
Israelitica (plebs) 6.
Jacob. 13, 328, 367, 423, 430. 441.
Jacobus 52, 416.
Jericho 396.
Jerobeam 36.
Jeronymus 73, 290.
Jerosolyma vide Jerusalem.
Jerusalem 31, 61, 104, 168, 177, 182, 188, 263, 354. 496, 411.
Job 132, 297.
Johannes (Bapt.) 108.
Johannes (Evang.) 1, 33, 49, 64, 131, 164, 165, 219, 226, 373, 386, 388, 397, 407, 427, 429, 435, 463.
Jordan 19, 78.
Joseph 169, 209, 297, 353.
Josaphat (vallis) 115.
Josephus 124.
Judas 96, 220, 299, 354. 383.
Judea 270, 354.

Digitized by Google

Judei 133, 153, 181, 219, 221, 251, 268, 277, 362, 370, 373, 423, 430.
Jupiter 266.

L.

Laban 13.
Latini 141.
Lazarus 31, 151, 419.
Leviathan 98.
Levite 386.
Lincolniensis 17, 41, 48, 81, 88, 184, 282, 445, 446.
Loth 74.
Lucas 6, 15, 16, 26, 331, 377, 378, 393, 397, 450.

M.

Macedonia 354.
Manichei 351, 438.
Marcus 4, 46.
Maria Magdalena 84.
Martha 338.
Mattheus 1, 11, 19, 21, 235, 305, 378, 397.
Matthias 99.
Mattusale 91.
Mendicantes 2, 291.
Mendici 291.
Mercurius 266.
Moyses 13, 35, 120, 121, 122, 125, 129, 140, 166, 173, 175, 190, 368, 436.

N.

Nabugodonosor 84.
Nazareth 115.
Nicodemus 430.
Noe 367.

P.

Palestini 69.
Paulus 52, 53, 76, 78, 100, 107, 151, 164, 165, 166, 189, 196, 202, 220, 226, 246, 268, 338, 354, 355, 362, 367, 368, 373, 382, 383, 393, 406, 411, 437, 447, 466.
Petrus 6, 8, 40, 95, 96, 164, 165, 202, 204, 220, 224, 251, 299, 300, 301, 338, 359, 381, 382, 414, 415, 433, 446.
Pharao 300.
Philemon 411.
Philippus 416.
Pilatus 362, 364, 374.

R.

Romana civitas 194.
Romana curia 434.
Romanus pontifex 414, 433, 434, 459.

S.

Salomon 6, 28, 36, 61, 91, 134, 147, 185, 186, 227, 262, 316, 339, 340, 363, 386, 405.
Samaritani 26, 66, 263, 396.
Samaria 36.
Samuel 368.
Saraceni 417, 423.
Saul 36, 355, 368.
Scarioth 94, 96, 100, 223, 300, 356, 383, 411.
Seth 367.
Silas 162, 427.
Simon 95, 96, 383, 430.
Simon (Magus) 94, 95, 98.
Sion 3, 104.
Stephanus (mart.) 220, 281.
Susanna 297, 363.
Synay (mons) 368.

T.

Thomas 202.
Timotheus 3.
Tobias 42, 258.

V.

Vitelo 85.

W.

Wyclif 446.
— De Christo et suo adversario Antichr. 18.
— De Eucharistia 69, 99, 101, 141, 290.
— Sermones 71, 72, 73, 80, 81, 82, 84, 85, 87, 88, 89, 274, 283.

Z

Zacharias 109.
Zacheus 140.
Zaphira 98.
Zebedeus 224.

Digitized by Google

III. General Index.

(Printed in the orthography of the text.)

A.

Accidens non potest esse sine subiecto 290.
Angusta porta quid est 417, 420.
Antichristus (papa) seducit viatores per seculum 26.
Antichristus innuit quod laicus debet ad bullas per se intendere 382.
Quandoque Antichristus vel secularis tyrannus dicit, quod habet potestatem ad fideles persequendum, mentitur super Deum 103.
Discipuli Antichristi dicunt quod papa a solo Deo potest corrigi 74.
De sacramento altaris (vide de hostia consecrata) 289—290, 310, 455.
Apostoli qui habuerunt Spiritum Sanctum non audebant eligere Matthiam in apostolum loco Iude, sed illam eleccionem arbitrio Domini limitarunt 99.
Arbor bona bonos fructus facit quomodo intelligitur 435—447.
De avaricia 315.
Adultis non est baptizacio ministranda nisi prius in fide ecclesie sunt instructi 393.

B.

Beatitudo finis optimus quem homines possunt acquirere 14.
Ad beatitudinem quid sufficit 449—452.
Nec benediccio nec malediccio virtutem habet, nisi in precepto Domini sit fundata 98.
Unde bulle mortue cum frigidis imaginibus Petri et Pauli valent ad penam tartari acquirendam 382.
Fideles habent consuetudinem quod bullas pape iniquas audacter exponunt igni 382.
Candelabrum est ecclesia, cuius lampas est Christus 109.

C.

Cantus organicus distrahit a cogitacione supracelestium 261—262.
— non fundatur in fide scripture 261.
Cardinales tam stolide et frontose eligentes hominem in Christi vicarium eligunt unum diabolum ex sua superbia profundius condempnandum 99.
Caritatis regula necessitat dominos seculares abstrahere facultatem temporalium a clericis 5.
Expers caritatis superflue orat Deum 293.
In celum quis intrabit 447, 448.
Christum quare apostoli sequebantur 469.
Christus et apostoli nunquam tales bullas scripserunt ut papa 383.
Christus non edocuit apostolos se exercitare in factis scolasticis 246.
Christus quare excitatus est ad docendum 2.
Christus propter tres raciones ascendit in montem 3.
Christianus non debet tali lupo ut Antichristo et suis credere 433, 434.
Non potest civitas abscondi supra montem posita quomodo intelligitur 103, 104, 112, 113.
Illa civitas est ecclesia militans 103, 104.
De concupiscencia carnali 149—156.
De confessione auriculari 141.
Esto consenciens adversario tuo quomodo intelligitur 142—149.
Mirum foret quod contrariantes Christi haberent tantam virtutem ad maledicendum vel benedicendum, sicut habuerunt apostoli Christum in moribus imitantes 98.
De correpcione fraterna 369—383.
Pessimum signum est quod clerus a papa usque ad episcopos et curatos intendit actibus bellicis appetens dominium seculare 26, 27.
Omni creature debemus proficere 83.
Petite et dabitur vobis quomodo intelligendum 394—402.

D.

Debita nostra que sunt 291—293.
Omne peccatum est debitum 293.
Debitum pecunie est secundum leges hominum exigendum 293, 294.
Non sunt magis luxuriosi in mundo quam decani capitulares 374.
Deus provide dispensat cum humano genere quod aliqui sint divites et alii pauperes 216, 217.
Utrum Deum videre possumus ante diem iudicii 53.
Deum videre quomodo possumus 51—54.
Verba Dei in monte non solum ad preteritorum solacium extenduntur, sed ad consolacionem presencium qui in causa Domini exprobrantur 68, 69.
Visio Dei duplex, intuitiva et umbrosa 51, 52.
Cognicio dei duplex 457.
Radicalis causa regnacionis diaboli est peccatum superiorum ecclesie 73.

Digitized by Google

Diei malicia quid est 353—356.
De dileccione 217—234.
Diligere quid est 222.
Finis cuiuslibet doctrine evangelice debet esse caritas et summus gradus caritatis est diligere inimicos 232—234.
Viator tenetur inimicos diligere 141.
Dissensio inter Petrum et Paulum 164.
— Paulum et Barnabam 164.
— quis apostolorum esset maior 164.
De divorcio 174—177.
Doctrina apostolorum fuit salubrior quam predicacio cuiuslibet graduati 426.
Dominus sine virtute, quid significat 35.
Quomodo contingit hominem esse in ecclesia militante 126.
Domus spiritualis duplex 464.

E.

In ecclesia militante sunt due maneries militancium, scilicet predestinati et reprobi 120.
Maiores in ecclesia cadunt a sequela Christi 7, 8.
Partes ecclesie sunt qui secuntur Christum in moribus 105.
Contra matrem ecclesiam peccant qui sal fatuum non evacuant 73.
De elemosynis 316, 317.
Episcopus negligens quis est 75, 76.
Esurire iusticiam quomodo intelligitur 33—40.
Omnis veritas et omnis erroris destruccio est in evangelio 91, 92.
Loca evangelica quae sunt postillanda 1.
Nota infidelitatis est evangelizare propter commodum temporale 347.
Evangelizacio supremum opus ierarchie 4.
— debet esse voluntaria 347.
Evangelizans non predicare debet propter nomen, famam vel lucrum 2, 7.
Excommunicacio, que est maledicciо, non nocet christicolis 69.

F.

Non quid quisque facit sed quo animo faciat considerandum est 327.
Omnia quecunque debemus racionabiliter ut nobis faciant homines illis faciamus 413.
Fidelis nihil det amico vel inimico nisi ad salutem anime 407.
Fideles sacerdotes conforment sua opera suis sermonibus 113.
— debent delictum fratris dimittere 376—383.
— tradiciones legis hominum tamquam suspectas de heresi abiciunt, dum in lege Domini fundate non fuerint 12.
— in primitiva ecclesia non audebant dicere quod dederunt Spiritum Sanctum 95.
Quisque fidelis evangelium addiscere debet 92.
Fideles dicunt quod cuncti christiani et specialiter seculares domini debent ad disposicionem huius salis fatui (pape) apponere medicinam 74.
— in operacione evangelica sepe sunt propediti 417.
— non debent ab aliis mendicare 290, 291.
— habeant oculum purum, cor simplex et intencionem rectam 235—239.
Non est fides quod quidquid papa secundum iudicium suum dixerit erit factum 99.
Fides scripture est sufficiens ad regendam ecclesiam militantem 37.
Jam nemo audet propter Antichristi versuciam defendere fidem Christi 310.
Defectus fidei viantes deviare facit 326.
Fratres non voluntarie evangelizant 347—356.
— dicunt quod lex Dei sit incompleta 453, 444.
— — — ipsa hostia sit nichil in forma nichili 101, 102.
— et capitulares clerici inepti sunt ad populum corripiendum 372—376.
— sanctum dant canibus 387, 388.
— pascunt populum cum lapide 401.
— fingunt quod papa sit caput universalis ecclesie 401.

G.

Gaudium duplex 319.
Vana gloria cavenda est 239—247.
De vana gloria 111, 112, 239—247, 315.
De gula 315.

H.

De hostia consecrata 101, 102, 388, 389, 400, 401.
De humilitate 17—24.
Signa humilitatis secundum Lincolniensem 17—20.
De hypocritis 247—261.
Hypocrisis precipue in elemosina, oracione et ieiunio precavenda est 322.

I.

De ieiunio 311—314, 315, 316, 317, 418, 419.
— — religiosorum modernorum 314.
Implecio decalogi quomodo intelligitur 131—134.
De indulgenciis a pena et a culpa 102.
— — ad inimicum suum persequendum 192, 193.
Curatus debet notificare suis subditis, ubi est securior indulgencia comparanda 39.
Non sunt indulgencie nisi concesse a domino Jesu Christo 37.
In scriptura non legimus aliquos apostolos indulgencias concessisse 37.
Papa non habet potestatem tales indulgencias concedendi 38—40.
Iniusticia Deo facta sonat in Dei blasphemiam 129.
Rectificacio intencionis prestancior est mille bullis papalibus 347.
Utrum viantes iudicare poterunt qui sint partes ecclesie 105.
De iudicio 357—365.
— — temerario 358—362.
Omne iudicium humanum secundum legem Christi et sermonem Domini in monte fiat 364, 365.
Omnes viatores simpliciter non iudicent quoad penam inferendam propter iniuriam sibi factam 366, 367.
Fidelis debet habere mentis iudicium ad paciendum vel auxilium reprobis subtrahendum 365.
In die iudicii omnes veritates cognoscentur 458, 459.
De iuramento 177—189.
Juramentum an sit superfluum 177, 178.
Licet in casu iurare 179, 180, 181—185, 188, 189.
Nisi habundaverit iusticia vestra quomodo intelligitur 123.
Justicia in quo consistit 34.
De iusticia 420—423.
Justicia coram hominibus quid est 235—237.

Digitized by Google

L.

Nolite putare quoniam veni solvere legem quomodo intelligitur 113—118.
Discipuli Antichristi scindunt tunicam Christi inconsutilem, quia legem Christi lacerant 79.
— dicunt quod lex Christi est impossibilissima 79.
— dilatant legem Christi 79.
— super legem Christi investiunt leges humanas 79.
Quamcunque legem humanam quis dogmatizando docuerit ipsam fideles non accipiunt, nisi de quanto ex lege Domini est fundata 11,12.
Lex civilis, papalis sive canonica statim contempnitur, nisi de quanto origo eius in lege Domini est edocta 12.
Olim propter servacionem legis Christi martyres, eciam tenelle virgines qualescunque penas corporis tolerarunt, modo superiores ecclesie non audent pro defensione legis Christi perdere pauca temporalia 13.
Admittere super legem Domini legem hominum extraneam in lege Domini non fundatam indicat perdicionem amoris legis Christi 12.
Lex papalis, lex humana est in magna reverencia, lex Dei non estimatur 147, 148.
Adversarii legis Christi dicunt fidem evangelii esse falsam 158.
Dacio libelli repudii tempore legis veteris fuit licita 174, 175.
Leges humane introducte legi Dei contrarie sunt heretice 175.
Novas leges legi Dei addere non debemus 470, 471.
Leges civiles non directe proficiunt, ymmo nocent et multo magis leges papales circa beneficia curatorum 200.
Bonum esset, non esse in ecclesia legem civilem 200.
Lex hortans ad iniuriandum est heretica 213.
De amore legis Domini 228.
Lex papalis, imperialis et regalis sentencie divine de iudicio contradicunt 367.
— Christi sufficiens est ad totam militantem ecclesiam regulandum 367, 368,
In lege gracie apostoli pura lege evangelii fuerunt regulati 368.
Populus Hebreus in lege veteri optime secundum legem Domini fuit regulatus 367, 368.
Leges humane sunt admittende a doctoribus, de quanto consonant legi Dei 368, 369.
Lex Dei per se sufficit 380.
De lucerna corporis nostri 326—329.
Lucerna quot modis accipitur 108, 109, 110.
Non valet excusacio qua quidam dicunt quod non habent lucernam accensam, quia deficit eis lumen sciencie 110.
Vos estis lux mundi, quomodo intelligitur 76—92.
Proprietates lucis que sunt 76, 80—90.
Doctrina Christi de luce sufficeret christiano pro regimine in via et patria 82.
Lucis proprietates dicunt cuilibet christiano, quomodo vivet quoad Deum, quoad se ipsum, quoad proximum et quoad mundum 81—90.
Hodie dici non potest de episcopis: Vos estis lux mundi, cum sint tenebre 78.
Lux meritoria prelatorum debet esse patula aliis 245.
Omnes homines ut filii lucis ambularent secundum doctrinam Apostoli 80, 81.
Beati qui lugent quomodo intelligitur 28—33.

M.

Malum duplex, malum pene et culpe 444.
A malo liberari quid est 302—307.
Quot mala sunt a quibus liberari debemus 304, 305.
Mandata minima que sunt 119, 120, 124, 125.
— que sunt servanda 124.
De heresi Manicheorum qua S. Augustinus dicitur fuisse irretitus 438.
Laudabiliter quiescimus ab operibus manualibus in die dominica 117.
De matrimonio 165—177.
Consuetudines circa matrimonium in Anglia et Hibernia 172, 173.
Maxilla dextra quomodo intelligitur 193—197.
Mendicantes captant sibi divitem populum quem statim spoliant post sermonem 2.
Miracula non dant fidem ad discredendum verbis evangelicis 455.
De misericordia 40—50.
Misericordia quid est secundum Lincolniensem 41.
Prima misericordia est amor relevandi stultum a stulticia miserie 42.
Eximium opus misericordie est predicacio 42, 43.
Beati misericordes quomodo intelligitur 40.
In omni communicacione christiani cum homine misericorditer est agendum 204.
De miticia 24—27.
Mites possidebunt terram vivencium quomodo intelligitur 26.
Modius, quomodo intelligitur 109, 110.
Moralia legis veteris sunt tenenda 117, 124.
Beati mundo corde, quoniam videbunt Deum quomodo intelligitur 50—54.

N.

Omnia que evenient de necessitate evenient 101, 102, 267, 451.
Non sequitur: Si omnia que evenient de necessitate evenient, tunc non expedit orare 267.

O.

Per obedienciam Augustinus non intelligit fictam obedienciam in novis ordinibus sed solum obedienciam Deo 14.
De octo beatudinibus 14—17.
Si oculus dexter scandalizat te quomodo intelligitur 156—165.
Oculum simplicem quis habet 330—332.
— sordidum quis habet 330—332.
Offere munera quomodo debemus 134—141.
Christus damnat iniusta opera et iniustos sermones 129, 130.
Omnia opera Christi humanitus a deitate fuerunt exemplata 2.
Orare que debemus 400.
De oracione dominica 267—307.
Digne dicentes oracionem dominicam habent a Deo potestatem esse filii Dei 271.
Oracio dominica predestinatis videtur competere 271.
— predestinati infinitum melior quam presciti 399.
Ante oracionem animam preparare ebemus 316, 317.
Oracionis adiutorium est ieiunium 316.
De cogitacione orantis qualis debet esse 256 - 267.

Digitized by Google

Sacerdotum oraciones non proficiunt 263.
Omnes militantes debent subire ordinem secte Christi 417, 418.
Ad rectitudinem oracionis requiritur quod oretur instanter, prudenter et indefectibiliter in nomine Trinitatis 399.
Novi ordines plus laborant pro excellencia sue secte 238, 239.
Novi ordines sunt magis secularibus insolentes 357.
Non valet consuetudo ordinis sive secte, nisi in lege Dei sit fundata 37.
Novi ordines deserunt sectam Christi 223–224.
— dicunt quod secta sua est melior quam secta quam Christus instituit 225.
— fundantur super arena 464, 466.

P.

De purgatorio 53.
— pace 54—61.
Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, quomodo intelligitur 54—61.
Panis cotidianus quid significat 284—288.
Panem nostrum quare dicimus 288, 289.
Panis quare dicitur cotidianus 289–290.
Papa dicit se esse immediatum Christi vicarium 433.
Unus papa severissime alteri maledicit 18.
Papa in nullo gradu est in opere evangelico 18.
— remurmurat, quando mundus non cedit sibi prospere 19.
— nescit de aliquo nec eciam de se ipso, si sit predestinatus a Domino 38.
— exigit quod cesar et quicunque alii appetant suorum oscula beatorum 19.
— concedit blaspheme indulgencias et privilegia 19, 20
— multos fideles occidit 434.
— non ovile christianorum ad eorum salutare commodum visitat 434.
— incurrit maius debitum quoad Deum, quando 294, 295.
— non renueret iudicari per iudicem secularem, cum S. Paulus sic iudicari elegit 362, 363.
— dimissa lege Domini legem suam exequitur 380, 381.
— audet multa concedere que Christus non videt 383.
— est capitalis simoniacus 381.
— et prelati vitam pauperem vivere debent 414, 415.
Populus cui papa maledicit benedicitur a Deo 99.
Papam qui temptaverit corripere cum suis minabitur mortem 18.
— Papa blasphemé insolescit honoribus 18.
— tantum elevatur in suis laudibus quod promovendus ipsas reticens cum dedecore tamquam inhabilis sit repulsus 18.
Citacio papalis in quo fundatur 19.
Bulla papalis docet quendam papam fecisse oracionem quandam et concessisse ad instanciam regis Franciae duo millia annorum 39.
Christus vocavit se episcopum animarum et non papam 76.
Neutrius pape monitis debemus parere, nisi de quanto sonant in Christi obedienciam 100.
Pape in prolixitate oracionum deficiunt 266.
Ambo pape moderni decidunt a papali officio quoad Deum 141, 142.
Bulle pape non valent nisi ad duo sc. ad subversionem evangelii et extollenciam Antichristi 382.
Pape non est credendum in sentencia de hostia consecrata, nisi in fide scripture se fundaverit 394.
Contra indulgencias papales 37–40.
Cavende sunt homini due particule valde periculose, scilicet cor et lingua 10.
Pater noster, quare dicimus 267—272.
Paupertas spiritualis humilitas est 15.
De paupertate spirituali 15—17.
Paupertas spiritualis excutit divicias mundanas viantibus onerosas 15.
Pauperes spiritu qui sunt 14, 15.
Beati pauperes spiritu quomodo intelligitur 50.
Pauperes subditi debent de prelatis subtrahendo oblaciones iudicare 363, 364.
Peccata levia radices sunt gravium 122, 123.
Peccatum pape est bonum ad deformitatem a Christo in prelatis inferioribus precavendum 74.
— Deus non intelligit per ideas sed per eternam carenciam idearum 445.
— diaboli incepit in mundi exordio 446.
Viantes habent de peccato noticiam sed confusam 130.
Opera peccati tenebre nominantur 328.
— bona lux nominantur 328.
Si quis vult peccata sua dimitti, oportet quod dimittat aliorum 307, 308.
De sacramento penitencie 148, 149.
— percussione 209—213.
Beati qui persecucionem paciuntur propter iusticiam, quomodo intelligitur 61—69.
In quolibet libro novi testamenti relucet quecunque perfeccio 1.
De septem peticionibus 267—307
In septima peticione est fructus omnium peticionum precedencium 304, 305.
De iusticia phariseorum 128.
Plebs sine disciplina que est 78.
Romanus pontifex dimitteret indulgencias et bullas quibus papatum spoliat, cum hoc sit contra caritatis regulas 414.
Romanus pontifex cum suis complicibus a secta Christi deficit 433.
Pontifices nostri excommunicant hominem qui defendit causam Dei 68, 69.
Populus sine lege quis est 91.
De potestate 96–103.
Omnis potestas in fide scripture non fundata est ab Antichristo false ficta, ut potestates a papa et sectis quatuor introducte 97.
Infinitum melior est habere potestatem in sacerdocio spiritualiter et sacramentaliter ministrandi quam habere potestatem pecuniam ministrandi 96.
Habere potestatem virtuose vivendi est infinitum maior potestas quam aliqua potestas terrena 94.
Nullus viator debet pompare de plenitudine potestatis 100–101.
Potestas ficta crevit cum heresi de hostia consecrata 101.
Fictio et abusio potestatis est minera mendacii per quam diabolus decipit plebem 103.
Potestates multe sunt ficte sine fundacione in scriptura, ut Antichristus seculariter dominetur 97.
Magnitudo potestatis sequitur filium imitatorium Christi in moribus quam prelatum qui per cardinales est electus 99.
De predestinacione 439, 440, 446, 447.
Solum predestinati sun dispositi ad orandum oracionem dominicam 305.

Digitized by Google

Infinitum melius est habere graciam predestinacionis quam dona alta vel potestatem temporalem 96.
Peccatum predestinati infinitum gravius quam presciti 438, 439.
In predicantibus requiritur regula divine prudencie 388.
Predicator debet docere verba evangelica, non apocripha, non ludicria neque fabulas 3, 4.
— — inturbato animo populo dicere verbum Dei 7.
— docens doctrinam mellifluam et in operibus contrarius dissipat prius doctam 7.
Deridendi sunt qui non admittunt aliam predicacionem nisi ydempticam 71.
Predicacio est eximium opus misericordie 42, 43.
Homo potest catholice detinere munera a suo prelato, dum ille defuerit notorie a caritate 137.
Prelati cesarii potestatem infundabilem dimitterent 415.
— visitant ut rapiant et pascantur 375.
Curatus simplex non audet contra prelatos malos rebellare 375.
Prelatus notorie criminosus et specialiter omittens officium quoad Deum non debet recipere stipendium 296.
Prelati sunt contrarii legi Dei recipiendo dotacionem et seculare dominium 147.
— ecclesie novi lugent pro peccatis alienis sed pocius fovent ipsa propter pecuniam 33.
Condiciones humilitatis a prelatis ecclesie elongate 18—20.
Prelati nostri sunt peiores quam Simon magus, nam fraude et pecunia dignitates mundanas emunt 95.
Utrum prelati hodierni ut papa, cardinales, episcopi et archidiaconi sint tante potestatis, sicut erant apostoli 92—100.
Prelati non habent potestatem esse sal terre et lux mundi 93.
— non habent potestatem faciendi miracula 93, 94.
— docentes sensum catholicum et viventes contrarie, docentes dogma falsam, obmutescentes in doctrina non sunt de ecclesia 121.
— moderni non habent tantam potestatem quantam habuerunt apostoli, quia de prelatis nostris est certum quod ecclesiam non edificaverunt sicut apostoli 101, 102
— — incedentes per viam morum Christi contrariam non habent tantam potestatem quantam habuerunt apostoli 98.
— militantis ecclesie debent esse lucerna, sicut lux erant Christus et sui apostoli 105.
— qui non docuerint legem Christi, utrum sint in ecclesia militante 121.
False dicunt prelati quod pertinet suo statui habere temporalia 110, 111, 113, 118.
De presciencia 439, 446, 447.
Privilegia vel libertates quas papa concedit hominibus non sunt fides catholica sed deliramenta a fidelibus deridenda 99.
Prophete falsi qui sunt 424—435, 452—456.
— significant sectas quatuor 431, 432.
De pudicicia 27—30.
Pudicicia duplex corporis et anime 29.
Clerus superior est pudicicia precipue peroranandus 27, 28.
Pudicicie frenum est miticia vel conformitas Christi in moribus 28, 29.

R.

Regnum Dei quid est et cui tribuitur 272—277.
Regnum celorum duplex, ecclesia militans et triumphans 119.
Omnes religiosi moderni ypocrisi maculantur 319.
— eligunt societatem mardosam 314.
— relinquunt religionem Christi 314.
Religiosi moderni maiorem curam apponunt ad continuacionem sui mardosi ordinis quam pro multiplicanda iusticia in ecclesia militante 352, 353.
Res dicitur habere triplex esse 445.
De restitucione rei ablate 204, 205, 206.
Rex debet impedire adulteria et furta in prelatis 363.
De rege iniquo 60, 61.
Reges et potentatus seculi querant a fratribus quid in natura sua sit hostia consecrata 413, 414.
Catholici debent ritus novellos abicere 113.
Multi plus ponderant tales ritus qui dimitti poterunt quam mandatum Domini 247.

S.

Sacerdotes moderni benedicunt armis duplicibus ad populum occidendum 27.
Moderni sacerdotes errant servantes tempora et suas ceremonias dimittendo legis substancialia 118.
Sacerdotes simplices student superiores ve prelatos ad ordinacionem Domini reformare 35.
Omnem sacerdotem et omnem christianum oportet sequi Christum 8, 9.
Sacerdotes Christi necessitantur excitare coniuges ad mutuam caritatem 175.
Sal quid ostendit 69.
— infatuatum quid est 69.
Salis proprietates 71, 72.
Sal est Christi divinitas 71.
Salis imposicio est Christi incarnacio 71.
Vos estis sal terre quomodo intelligitur 69—76.
Sal a putrefaccione peccati preservat subiectos 72.
Sancti priores prophetando recto sensui evangelii studuerunt 160, 161.
Multi qui se reputant esse sanctos succumbunt diabolo per peccatum inanis glorie 112.
Sanctum dare canibus etc. quomodo intelligitur 383—394.
Saraceni et gentiles sunt increpandi quare 417, 418.
Moderni satrape innituntur isti principio, quod oracio, de quanto est longior, de tanto melior 266.
Quatuor secte in peccato contra ecclesiam sunt indurati 308, 309.
— occidunt multas partes ecclesie militantis 309.
— inficiunt totam ecclesiam 309—311.
— timerent de reprobacione in die iudicii 455.
Quatuor secte novelle quare arguuntur 308—311,
Pauci vel nulli de sectis quatuor sunt christiani 435.
Utrum christiani contra sectas quatuor debeant procedere 410.
Superiores sectarum fingunt se habere potestatem a Domino ad subditos taliter puniendum 97.

Digitized by Google

Homo moveat cunctos viantes ut accipiant sectam Christi et deserant cunctas extraneas 418.
Secte quatuor captant sibi infundabiliter novas leges 424.
— — sunt increpande, quia assumunt super se iugum asperius et onus gravius 418.
Nullus dominus secularis teneret hominem in servitute civili, nisi in casu consimili debeat hoc racionabiliter sibi velle 415.
Sermo Domini in monte sufficeret ad regulandum viatores 368.
Sermo Christi in monte sermo eius primus et publicus 10.
De dignitate sermonis Christi in monte 10, 11, 12.
— servitute 415.
Duobus dominis an servire debemus 332—339.
Sollicitudo cuiuslibet hominis debet ferri in Deum 338—353.
Infidelitas est causa quare circa nobis minus utilia tantum solliciti sumus 350 - 356.
Signum infidelitatis est propter honorem vel lucrum appetere statum ecclesiasticum 346—350.
Contingit fidelem tam ab amico quam inimico bona maiora et minora substrahere 407.
De superbia 21—24.

T.

De talione 189—217.
Pena talionis fuit iusta tempore legis veteris, tempore legis gracie homines micius sunt pertractandi 211.
Temporales domini dicent et defendunt Dei iusticiam 36, 37.
Temporales venditores veniarum et fratres prohibent pecunias colligere 37.
Bonum est conferre temporalia a clero 74, 75.
Temporalia capere debemus secundum regulam legis Christi 341, 342.
Domini temporales debent subtrahere a viris ecclesiasticis dominium seculare 416.
In temptacionem duci quid est 296 - 300.
Temptari quando sonat in bonum 300, 301.
Deus homines temptat in penam peccati prioris 300, 301.
Theologia omnibus aliis studiis melior, nobilior ac expectabilior est 43, 44.
Quos thesauros thesaurizare debemus 322—326.
Fictas tradiciones necesse est destruere, cum sint abusus contra legem Domini introducti 97, 98.
De tristicia 319 - 322.

U. V.

De usura 216—217.
Propter timorem scandali factum non est veritas catholica divulganda 163.
Voluntas Dei que est 277—283.
— accipitur tripliciter 281.
— dupliciter potest fieri 281.
De voluntate libera 450, 451.

W.

Wyclif confitetur se esse suspectum de heresi 446.

Corrections.

Page	19,	line	3,	read	fructuose	for furtuose.
"	28,	"	34,	"	*miticia*	" miticicia.
"	43,	"	5,	"	*intrepide*	" *trepide.*
"	51,			"	God;	" God.
"	61,			"	righteousness'	" righteousness.
"	69,	"	33,	"	*culcatur*	" *calcatur.*
"	69,	"	35,	"	*culcari*	" *calcari.*
"	125,	"	4,	"	kingdom	" kingdome.
"	182,	"	4,	"	arbitrari,	" arbitrari.
"	185,	"	16,	"	fine. Nec potes	" fine, nec potest.
"	271,	"	14,	"	filii Dei	" filii; Dei

Digitized by Google